3 1761 04411 7026

L. Arab. Bb
H 1545 ky

Hājī Khalfa

كشف الظنون

عن

اسامى الكتب والفنون

LEXICON

BIBLIOGRAPHICUM ET ENCYCLOPÆDICUM

A

MUSTAFA BEN ABDALLAH

KATIB JELEBI DICTO ET NOMINE HAJI KHALFA CELEBRATO

COMPOSITUM.

AD CODICUM VINDOBONENSIUM PARISIENSIUM ET BEROLINENSIS

FIDEM

PRIMUM EDIDIT LATINE VERTIT ET COMMENTARIO INDICIBUSQUE

INSTRUXIT

GUSTAVUS FLUEGEL

SCHOLÆ REGIÆ AFRANÆ QUÆ MISENÆ IN SAXONIA FLORET PROFESSOR.

TOMUS SECUNDUS

LITERAS BÁ —— JÍM COMPLECTENS.



5C6547
17.7.53

LEIPZIG:

PUBLISHED FOR THE ORIENTAL TRANSLATION FUND
OF GREAT BRITAIN AND IRELAND;

BY

A. J. VALPY, RED LION COURT, FLEET STREET, LONDON.

M.DCCC.XXXVII.

Z
7052
H3
1835
t.2

Abhinc annos tres emisso primo Lexici Bibliographici et Encyclopaedici tomo cum ab eo tempore indefesso studio in opere juste continuando et digne perficiendo perseverarem, saepius et vehementer me optasse fateor, ut viri intelligentes et ab omni partium studio alieni judicium de libro ejusque editionis institutione interponerent, ut, quae vitiosa admisissem, ea in posterum evitarem et rationem ipsam, quam in elaborando libro secutus eram, mutatis mutandis magis fortasse iis commendarem. Nonnulla certe nomina occurrent in hoc secundo tomo, quae aliqua ex parte a modo, quo in primo tomo ea scribenda esse arbitratus sum, recedunt, cum novi fontes, unde in altero volumine componendo haurire contigit, me alia eaque meliora edocerent, et in volvendis libris et manu scriptis et impressis plura se mihi offerrent, quae prioribus potiora substituere suadebant. Ea partim jam huic praefationi subjungenda curavi, partim in commentario et indicibus locupletissimis indicata et emendata invenientur.

Quodsi paucissimi viri docti, quantum scio, ad hunc usque diem libri censuram scribebant, eam potissimum ob caussam, quod major exemplorum pars in Angliam transmissa iis distribuebatur, qui prius nomen dederant, et pauca, quae restabant, Lipsiae vendi serius innotuerat, tamen illis etiam viris humanitatis studio, quae vitio verti possint, liberaliter et benigne enunciantibus plura debeo, quibus, ubi mihi in oculos venerunt, in continuanda editione grato sum usus animo. Vellem, ut plura dedissent; major enim inde utilitas in me meumque opus redundasset, quod certe ita comparatum est, ut qui in arabicas literas incumbit, eo facile carere nequeat. Illud vero iterum hic monendum esse censui, ut quod ipsi *Haji Khalfae* vitio dandum sit, id ejus editori

ne perperam et injuste imputetur. Liber multa habet, quae corrigenda esse non solum videntur, sed etiam corrigenda sunt, nec tamen editoris est, verba auctoris, quem edit, ibi corrigere, ubi omnes codices iique optimi in defendenda lectione mire consentiunt, et quo minus vera adest mutandi textus ratio, eo accuratius in adnotatione ad ejusmodi quaestiones erit respondendum. Operi enim extremam manum non accessisse, in limine tomi primi docui et pluribus etiam argumentis clarissime doceri potest, et cum ob ipsam libri naturam nec studium subtilissimum diligentissimumque nec subsidia locupletissima pennam a vitiis immunem praestarent, eo minori jure auctori tribuuntur errores nullo modo evitandi. Quis libros bibliographicos eosque praestantissimos nostro tempore compositos gloriari velit omnium vitiorum expertes esse? At vero opus qualecunque bibliographicum in Mohammedanorum terris de Mohammedanorum libris conscribere, multo difficilius est, cum auctor minime sperare possit, fore, ut bibliothecae vel publicae vel privatae omnia opera contineant in nostro libro laudata. Quod cum ita sit, ut auctor omnes libros commemoratos ipse neque inspexerit neque inspicere potuerit, fides danda fuit aliorum verbis et scriptis, quae multam sane emendandi materiem exhibebant, ideoque liber serius ab alio viro docto novis curis subjiciebatur. At nec hae extremae curae satis erant ad omnia dubia removenda et ea refutanda, quae contra dici possent, ut ex opere ipso et additamentis ex altera libri recensione repetitis et uncis inclusis clarius patet. Antequam tamen ad locum progrediamur, ubi de altera hac editione disserendum erit, plura afferre liceat, quae supra dicta exemplis illustrent. *Ibn Abi Jamrae* (ابن ابى جمرة) in libro cognomen (كنية) tribuitur *Ibn Asad* (ابن اسعد), *Ibn Sa'id* (ابن سعيد) et *Ibn Sa'd* (ابن سعد), codicibus variis locis in varia scribendi ratione consentientibus, nec editori successit, ex libris et impressis et scriptis, qui virum alto silentio reticent, quid rectius sit, enucleare. Fac tamen, te nomen illud alio loco vel hac vel illa ratione scriptum vidisse, licetne proprio jure

textus verba, quae omnes codices defendunt, eamque ob caussam naturam libri ita mutare, ut alienam opinionem substituas, cum tibi persuasum sit, auctorem, quem et ipsum recta nominis scriptio fugerit, loco laudato certissime ita scripsisse? Ita sive *Ibn-eljemáa* sive *Ibn Jemáa*, idque haud dubie rectius, scribitur eodem codicum consensu. Alias legitur باذش, alias بادش, جمادى et جماذى, et quae sunt alia. Idem observandum est de varietate in annorum, quibus viri docti mortui sunt, descriptione conspicienda, cujus rei exemplum ii loci continent, ubi de morte *Ansárii* et *Redhi-ed-dín*i *Ghazzi* sermo est. Quae si nondum sufficiunt ad rationem probandam, quam editor in contextus verbis imprimendis ingressus est, similia hic negligentiae documenta, quae ab auctore vel sonte vel insonte edita sunt, iis addere liceat, quae in prooemio primi tomi proposuimus. Opus ille describit titulo تحفة insignitum, idemque serius نفحة appellavit, unde apparet, eum literas punctis notatas vel confusas reperisse vel ipsum confudisse. Pariter inverso ordine librum جواهر الجمل (nisi اجمل legendum) loco alieno (cf. n. 4298) inseruit.

Alia, quae emendata invenies in hoc tomo posteriori, ejusmodi erant, ut a novis praesidiis proficiscerentur. Sic habes antea فوطى *Futi* scriptum, quod in *Foweti* mutavi, cum فُوَطِى scribendum esse serius edocerer. Eodem modo nomen حلولو bis tantum in hoc opere obvium in codice, de quo statim verba faciam, uno loco حُلُولُو scriptum est, altero حَلَّولُو, nec nomen idem alias a me inveniri potuit. Porro عطية modo *Atíya*, ut solet, scripsi, modo *Otayya*, quae forma aliis minus placuit; admisi eam, cum *Cámúsi* auctor (v. c. sub radice سلم) nomen habeat *Ibn Otayya* (ابن عُطَيَّة) legendum. Utrumque dici patet, ubi alterutrum praeferendum, vix dici poterit. Alia nomina tam varie et dubie exarata sunt, ut verbi caussa omnes fere codices et ipsa editio Tabularum *Haji Khalfae* Chronologicarum Constantinopoli impressa (ad annum 389) formam غليون

exhibeant, quam et in editione (n. 2784) haud recusavi, quamvis mihi persuasum sit, rectius غلبون scribi, praesertim cum locus in vitis *Ibn Khallikáni* scriptionem hanc defendat. Omnibus ad hunc diem *Teifáshi* scribere placuit, egomet ipse ita nomen scripsi; contra non sine ratione nunc *Tígáshi* (التيغاشى) scribendum esse jubeo. Nomen مطلب, quod *Motalleb* pronunciarunt, rectius *Mottalib* (مطّلب) legi, docet v. c. locus *Cámúsi* in radice بشر et des Vergers (p. 100). Multi viri docti ab urbe Hispaniae بطليوس originem trahentes adjectivo relativo بطليوسى appellantur, quod ejusdem *Cámúsi* auctor vocalibus بَطَلْيُوسِى notavit, cum in codicibus modo بطّليوسى, modo بَطَلْيُوسِى scriptum esse vidimus, unde intelliges, non unam tantum auctoritatem audiendam et admittendam, nec statim eam rationem, quam in nominibus propriis scribendis sequendam censui, rejiciendam esse, cum in hac saltem parte omnem, quam potui, curam posuerim. Nec vero, licet persaepe totum diem in quaerenda justa unius nominis scriptione magno taedio consumserim, semper contigit quaesita investigare, neve me hic immunitatem ab omnibus vitiis arrogare voluisse in animum inducas, sed id tantum monere te volui, ut, quantum in me fuit, me studuisse persuasum habeas, ut, quae dixi, omnia ad veritatem adducerem. Pauca hic tantum attuli, quae in rem meam faciunt, plura reticui.

Jam de fonte loquar, unde multa hausi et in posterum hauriam, quae praecedentibus vel novam auctoritatem addunt, vel alia aliter intelligenda et rectius scribenda esse docent; de codice enim loquor, quem quidem in praefatione ad primum tomum laudare, nec tamen inspicere licuit, d'Ohssonianum dico, quo jam Cl. Hamaker commodissime et felicissime usus est. Etenim ut compertum habui, virum praeclarissimum Baronem d'Ohsson, legatum quondam regis Sueciae ad regiam Batavorum aulam, eodem nunc munere fungi ad aulam Berolinensem et Dresdensem, ad tempus certum ut codicem illum mecum benigne communicaret, ei scripsi. Preces ille non solum humanissime admisit, sed codicem etiam

Lugduno Batavorum arcessivit, ubi in manibus Cl. *Weyersi* erat, qui catalogum manuscriptorum bibliothecae Lugduno-Batavae orientalium, cujus specimen Hamaker emiserat, continuandum et absolvendum in se suscepit. Loca, quae Cl. Hamaker in Specimine ex illo codice petierat, jubebant, ut eum in optimis exemplis numerandum esse recte judicaretur, nec me opinionem fefellisse, quovis die clarius perspicio. *D'Ohsson*o, viro summe venerando ut gratias maximas hic agam, non modo liberalitas ejus et urbanitas in universum impellit, sed potissimum ratio ipsa, qua se liberalem et benignum in me praestitit. Codex par judicandus est in priore quidem parte ei, quem B. nominavi et in tomi primi prooemio fusius descripsi; attamen in ultimis tantum hujus voluminis paginis eo sum usus, nec comparationem ipsam absolvi. Mire quidem, quantum vidi, ab initio cum Codice illo Academiae Vindobonensis, qui optimae notae est, congruit, librarius autem sive librarii (nam particula libri media alia manu scripta est) in posteriore parte alium codicem atque in priore secuti esse recte dicuntur. Ibi enim a textu codicum Vindobonensium et Parisinorum ita discrepat, ut ejus recensio plane alia esse, eaque propius ad Berolinensem istum, quem minime praedicandum esse existimavi, accedere videatur; de qua re serius, natura libri tota diligentius examinata, disputabimus. — Habet haec in fine: قد وقع الفراغ من تحرير هذا الكتاب بعون الملك الوهّاب على يد الغريب الضعيف المحتاج الى رحمة ربّه اللطيف محمّد [بن] سعيد الخليلى مفتى الشافعية سابقا بالقدس الشريف وذلك فى يوم السابع والعشرين من شهر رجب المعظم سنة اثنين وسبعين ومأئة والف والحمد لله على التمام والكمال والصلاة والسلام على سيّد الآنام وعلى آله وصحبه الكرام unde apparet, codicem a *Mohammed* [*Ben*] *Said Khalili* quondam sectae Shafiiticae Hierosolymitanae Mufti accurate descriptum scriptionemque die vicesimo septimo mensis Rejeb anni 1172 (i. e. mense Novembri anni 1758) absolutam esse.

Praeterea intra hos duos annos tres Lexici nostri codices in Europam advectos esse, fama et literis ad me perlatum est. Eorum primus et fortasse praestantissimus est ille, quem bibliotheca Parisiensis tomo primo a nobis saepius laudata comparavit, ut Cl. Reinaud, conservator manuscriptorum orientalium bibliothecae regiae adjunctus et Academiae Inscriptionum membrum, officiose et amicissime mecum verbis communicavit his: Paris ce 28 août 1835. La bibliothèque royale vient d'acquérir un nouvel exemplaire du dictionnaire bibliographique de *Hadji-Khalfa*, qui présente de grands avantages sur les autres exemplaires de la bibliothèque. C'est une nouvelle édition du travail primitif de *Hadji-Khalfa*, corrigée et augmentée par عربجی پاشی ابرهیم افندی, lequel mourut en 1190 de l'hégire (1786 Chr.). Non seulement les dates laissées en blanc se trouvent ici remplies, mais on y remarque un certain nombre d'articles nouveaux. La copie du reste est extrêmement belle."

Nondum omnem spem ante hos paucos menses abjeceram, fore ut hunc quoque codicem brevi tempore accurate possem examinare; attamen morte *de Sacy*i praeceptoris dilectissimi, qui novissimas literas amoris plenas ad me dederat, spes illa quodammodo ad irritum cecidisse vel saltem differenda esse videtur. Quaeri tamen potest, num ille novam i. e. tertiam editionem sive recensionem libri nostri contineat, at eum ceteris codicibus Parisinis longe praeferendum esse vix dubitaverim, cum illi fere omnes pravioris sint notae; atque ita editio haec vel propria est et sui juris, vel hic *Arabji Pashi* nullo alio modo de nostro auctore meruit, ac *Mohammed Mufti* ad finem codicis d'Ohssoniani laudatus. Vindobonensis B pariter ac d'Ohssonianus, quem siglo d' O insigniam, multis locis numeros annorum in aliis iisque antiquioribus codicibus omissos et in mea editione uncis inclusos suppleverunt, plura autem quae supplenda essent, hodie adhuc desiderantur. Quodsi *Arabji*, qui anno praecedentis seculi octogesimo sexto mortuus esse traditur, ideoque facile recensionem omnium recentissimam et fortasse diligentissimam edere potuit,

partes a ceteris editoribus relictas explevisset, sane liber ejus omnium jure haberetur pretiosissimus.

Alterum exemplum, quod hoc tempore ex Aegypto, ut videtur, Parisios allatum est, in literis attingitur a. V. D. Fresnel de historia Arabum ante Islamismum editis (pag. 84) his verbis: „Je (Fulgentius Fresnel) possède aujourd'hui un fort bel exemplaire de dictionnaire bibliographique de Hagg-Khalifèh.“ Studui codicem penitius cognoscere, ad primas tamen literas ea de re ad Cl. Silv. de Sacy missas responsum mihi est, Fresnel jam in Aegyptum reversum esse ibique remanere. Tertium denique dixi intra hos duos annos mihi innotuisse Lexici Bibliographici apographum. Asservatur illud in bibliotheca Oxoniensi, et Pusey, qui de eo nuperrime (vide Catalogi Codd. Mss. Orientalium bibliothecae Bodlejanae partem secundam et Kosegarten in Ephemer. critic. Halensibus n. 182. 1837) disputavit, disertis verbis hunc quoque librum dicit plura continere, quam quae in aliis exemplis legantur. Nec vero dubium esse videtur, quin codex eandem recensionem sequatur, quam nosmet ipsi edere incepimus.

Ut documentum lectori proponamus, qualia interdum supplementa sint novarum Lexici recensionum, locum hic adscribamus, qui in solis codicibus B et d'O ad num. 3994. legitur, et specimen sit consilio huc reservatum: قلت قال العلّامة ابن حجر العسقلانى فى تأريخه المسمّى بالانبآء فضل الله بن ابى محمّد التبريزى احد المتفشّفين من المبتدعة كان من الالحاديّة ثمّ ابتدع النحلة التى عرفت بالحروفيّة فزعم انّ الحروف غير الادميّين الى خرافات كثيرة لا اصل لها ودعى الامير تيمور الاعرج الى بدعته فاراد قتله فبلغ ذلك ولده لانّه مرّ مستجيرًا به فضرب عنقه بيده فبلغ ذلك التيمور فاستدعى برأسه وجثّته فاحرقهما فى هذه السنة يعنى سنة اربع وثمانمأئة انتهى „Vir doctissimus *Ibn Hajr* in historia *Inbá* inscripta narrat haec: *Fadhlallah*

Ben Abi Mohammed Tebrízi unus eorum inter novarum rerum studiosos fuit, qui tunc victu et sordido amictu contenti impietatem profitebantur. Tum sectae novae auctor exstitit nomine *Horufíye* cognitae, literas mutatos homines esse statuens, et quae sunt multae aliae fabulae omni auctoritate carentes. Idem cum Timur claudum Emirum ad amplectendam suam disciplinam novam invitasset, hic eum interficere voluit. Quo audito filius, qui se ad illum recipiens accesserat, ejus collum manu sua amputavit. Quod cum Timur percepisset, eum cum capite et cadavere advocavit et utrumque comburi jussit anno 804 (inc. 11. Aug. 1401)." — Attamen ejusmodi additamenta explicationis caussa adjuncta satis rara esse et in his codicibus recentius revisis, ex ipsa editione elucebit, cui, quicquid ibi legebatur, excepto hoc solo loco ingestum est.

Occasione oblata alium quoque locum tangamus. Nuperrime *) explicationem legimus vocis قيافة certum physiognomices (فراسة) genus significantis. Ea ars esse dicebatur ex externa hominis forma res secretas et futuras, quae illum spectent, praesagiendi, et generaliori etiam sensu legi, ut in *Haji Khalfa* (ed. Flügel. I, 34. lin. 10.), ubi verba قيافة البشر non perspicue per „genealogia membrorum" sint reddita. Mittamus haec, quae haud satis judicato enunciata sunt, et afferamus testes, quos in illo loco transferendo secuti sumus, locupletissimos. *Táshköprizádeh* et qui eum repetit *Haji Khalfa* vocem فراسة ita explicant: علم يتعرّف فيه اخلاق الناس من احواله الظاهرة من الالوان والاشكال والاعضآء وبالجملة الاستدلال بالخلق الظاهر على الخلق الباطن i. e. Physiognomice ea est ars, qua mores hominum ex affectionibus eorum externis, quales sunt colores, figurae, membra, cognoscuntur, et, ut brevius dicam, ars e natura externa de interna conjecturam faciendi." — Hunc sensum generalem esse, quis est qui neget? Physiognomicen (فراسة) vero partem specialem physicae esse (من فروع العلم الطبيعى), encyclopaedistae Arabum omnes plane ac diserte

*) Repertor. No. XXII. 1837. pag. 282. sq.

statuunt. Vides, externam membrorum figuram partem tantum esse earum rerum, de quibus natura hominis interna judicari posse traditur. Jam loco illo قيافة البشر minime generali sensu dici, sed speciali illo, quo vox قآئف in *Tarifát* exposita est, significatio huic voci a *Haji Khalfa* tributa demonstrabit ita concepta: علم القيافة علم بحث عن كيفيّة الاستدلال بهيئات اعضآء الشخصين الى كون المشاركة والاتّحاد فى النسب والولادة وسآئر احوالهما „*Ilm el-ckiyáfet* ea est scientia, quae de ratione quaerit, qua ex formis membrorum duarum personarum judicatur, has genealogiam, originem et alias qualitates omnes in partes communes habere," unde patet, vocem non ita obscure, quanquam ex ipsa loci natura breviter redditam esse. — Sed de his similibusque rebus, quas hic eam ob caussam tanti fecimus, quod, quid proprie significet فراسة, et quomodo vox a قيافة et قيافة البشر distinguenda sit, demonstrare voluimus, jam ad alia pergamus.

At calcem quasi cum sit decursum, iis, quae huic et tomo primo praefati sumus, addimus indicem corrigendorum, quorum alia sunt falsa, alia typothetae vitio perperam impressa, alia sub prelo mutilata et fracta. Hoc ultimum vitiorum genus, quanquam minimi sit momenti, eo diligentius hic est describendum, quo studiosius dupliciter de nostro libro meriti esse videri volumus. Etenim qua ratione editiones textuum *recognitae* adornandae et emittendae sint, ut scis, Redslobius impigerrimus ille linguarum orientalium minister Lipsiensis nuperrime docuit *). Textum *recognitum* recensionis meae Coranicae se dedisse non solum coram aliis gloriatur, sed id ipsum audacius et imprudentius titulo libri ex mea editione praeter fas repetiti addi sedulo curavit, *una* textus mei litera (و loco ر) mutata **), quam falso expressam fuisse sagacitate scrutatoris

*) Nihil aliud enim fecit, nisi quod me inscio totum Coranum ne una quidem lineola mutata, quae recognitionis specimen edat, ex mea recensione iterum exprimi curavit.

**) In censura (Repert. XX. pag. 49. 1837),

acutissimi sane edocendi fuimus. Haud dubie interim et suum examinavit librum sibique persuasit, numerum literarum deformatarum et signorum diacriticorum mutilorum et omissorum ibi haud ita parvum esse, ut tertius nescio quis jure hanc quoque editionem possit repetere, dummodo in titulo scribat „Coranus arabice. Recensionis Flügelianae textum, quem Redslob recognitum iterum exprimi curavit, tertio recognovit“ i. e. vocalibus et signis prelo vitiatis, quae in Redslobiana quae dicitur recognitione mutila erant, nova addi curavit. Quam acriter (alii dicunt „rustice“) hanc suam agendi rationem defendere sciat, serius, postquam in Ephemer. Lips. politicis studia ejus et labores haud infacete indicavi, responso docuit eodem loco ad me dato, quo nihil facetius, elegantius et, si licet, plagiario dignius cogitari potest.

Jam vero nimium dixi de re, quam non tetigissem, nisi virorum doctorum interesset scire, quae ratio inter meam Corani editionem et librum a Redslobio ex illa sine ulla recognitione repetitum intercedat, nec quidquam aliud his verbis spectavimus, quam ut Redslobium, quem summae esse humanitatis experti sumus, auctoribus et librariis ardentissime commendemus, quippe qui aliorum libros exquisitissima diligentia et pari fide exscribere excudereque mire calleat, et hujus artis Herculeae documentum ediderit luculentissimum.

Scripsi Misenae, Cal. April. A. MDCCCXXXVIII.

Gustavus Fluegel.

quam apologiam Redslobii esse volebant, hanc literam unicam esse in mea editione typothetae vitio perperam expressam, negari non poterat.

QUAE IN PRIMO TOMO LECTORI BENEVOLO COMMENDAMUS EMENDATIONE DIGNA, HABEMUS HAEC:

Pag. Lin. [1])

31. *1. pro *Esseadet* l. *el-seádet*.
32. 6. - على سبع دوحات l. على سبعة دوحات.
33. 1. - علم التصريف l. علم التصريف.
36. 5. - موافيت (ubi punctum prelo fractum excidit) l. مواقيت.
38. 2. 9. 179, 3. - رواة l. رواة.
80. *18. - *Rebiae* l. *Rebiae*.
105. *5. - *Sibowaihi* l. *Sibaweihi*.
140. 7. - الغورانى l. الغورانى.
*13. - *Ghaurani* l. *Furâni* (teste cod. d' Ohsson.).
144. *2. 352, 6. - *Fetáwa* l. *Fetáwi*..
149. *14. - *Dimeshki* l. *Dimeshcki*.
154. *8. - *Bakiyet* l. *Backiyet*.
155. 2. - رابعة l. راكية (cf. n. 3074).
*7. - 762 (inc. 11. Nov. 1360) l. 763 (inc. 31. Oct. 1361) — cf. n. 782.
*8. - *Radhi-ed-dín* l. *Redhi-ed-dín*.
157. *4. - *Juz* l. *Joz*.
*6. - *Juz Luyen* l. *Joz Lowen*.
161. 6. - الخطرى l. الحظيرى.
*9. - *Khatiri* l. *Hatziri*.
167. 3. - ٦٠٣ l. ٦٣٠.
*4. - 603 (inc. 8. Aug. 1206) l. 630 (inc. 18. Oct. 1232).
*3. 172, 5. - *Abu'lfatah* l. *Abu'lfat'h*. 209, 6. 244, 11. - *Abu'lfath* l. *Abu'lfat'h*.
172. 7. - ٧٤٤ l. ٧٧٤.
*11. - 744 (inc. 26. Mai. 1343) l. 774 (inc. 3. Jul. 1372).
173. 3. - خلف al. خلف.
*5. - *Half* al. *Khalf*.
*16. - *Jassás* l. *Jessás*.
175. *7. - *Ibn-kayim el-jauziya* l. *Ibn Cayyim el-jauziyet*.
179. *10. - *rowwát* l. *rowát*.
186. 1. - اخباز l. اخبار.

Pag. Lin.
187. 8. pro ٢٤٢ l. ٢٤٣.
*16. - 242 (inc. 10. Mai. 856) l. 243 (inc. 30. Apr. 857).
188. 5. - بالاختفال alii بالاختفال.
*15. - *Yahsibi* s. *Yahsebi*, utrumque rectum.
195. 4. - ٢٩٣ l. ٢٧٩.
*8. - 263 (inc. 24. Sept. 876) l. 276 (inc. 6. Mai. 889).
200. 2. - ابن السمعانى l. السمعانى.
*2. - *Ibn-elsem'áni* l. *Sem'áni*.
205. *8. - *Akhlác* l. *El-Akhlác*.
211. *7. - *Kemál Pasha* l. *Kemálpasha*.
213. 10. 327, 8. ٣٩٧ al. ٢٧٩ rectius.
*20. - 267 al. 276.
219. 2. - ٤١٣ al. ٤١٨.
*3. - 412 al. 418.
222. 7. - ٣٧٠ al. ٣٧٩.
*9. - 270 al. 276.
231. *6. 343, 12. - Tom. II, 108, 2. - *Naim* l. *Noeim*.
232. *19. - *Birgeli* l. *Birgili*.
246. *4. - *Abu'lzar'a* l. *Abu Zar'a*.
249. *17. - *Abu'lsa'úd* l. *Abu'lsoúd*.
250. *9. - *Kesháf* l. *Keshsháf*.
255. 11. - سليمان al. سلمان.
*20. - *Soleimán* al. *Selmán*.
276. *11. - 308, 12. - 328, 11. - 357, 14. - *Akberi* l. *Okberi*.
277. *7. - *Hamída* l. *Homeida*.
283. 2. - عبيد الله l. عبد الله.
*4. - *Obeidallah* l. *Abdallah*.
286. *1. - *Emiro Sultán Soleimán* l. *Emiro Sultán* [2]).
303. *11. - *Kemmunet* l. *Kemmúna*.
307. 7. - الكعبة البيت l. الكعبة والبيت? cf. n. 2317.
308. 2. - السليم al. سليم.
*4. - *Selím* al. *Soleim*.

1) Numeri, quibus asteriscum praeposuimus, lineas indicant translationis latinae.

2) v. Hammer Geſchichte der Osman. Dichtkunſt I, 89. habet *Selmán* سلمان l. *Soleimán* (سليمان).

Pag.	Lin.	
308.	*11.	pro *Abu'lbecká* l. *Abu'lbecá.*
311.	4.	- التمرطاشى l. تمرتاش? Timurtásh?
318.	6.	- ٧٩٣ al. ٧٩٢.
327.	*13.	- 371, 20. - *Saháh* l. *Siháh.*
	—	- *Jauharíi* l. *Jauheríi.*
342.	5.	- مبارك al. المبارك.
348.	*1.	- *Fadhíl* al. *Fodheil.*
349.	*8.	- *Abu Hanífae*, quaesita l. *Abu Hanífae* quaesita.
	*10.	- *Roeini*, Hanefita l. *Roeini* Hanefita.
355.	*14. 16. 18.	- *Heyyán* l. *Hayyán.*
363.	*17 et alias	- *wafiyát* l. *wefayát.*
365.	4.	- على بن عبد الرحمن al. عبد الرحمن بن على.
	8.	- حمزة al. حسين.
367.	7.	- باقيا l. ناقيا.
	*13.	- *Backiyá* l. *Nackiyá.*
	9.	- 437, 6 - المسبحى l. المسبحى.
	*14.	- 437, 11 - *Mesíhi* l. *Mosabbihi.*

Pag.	Lin.	
386.	4.	pro [٤..] cf. n. 1846 et 1251.
392.	*8.	- *Háic* l. *Háik.*
417.	6.	- ٩٣٨ al. ٩٣٩.
	*13.	- *El-Iráchi*, absolvit l. *El-Irácki* absolvit.
427.	*2.	- poetriarum l. poetriae.
433.	7.	- [٨٣٩] al. ٨٣٠ cf. n. 97.
434.	*4.	- *Amánet* l. *El-Amánet.*
436.	*17.	- 416 (inc. 4. Mart. 1025) l. 412 (inc. 17. Apr. 1021).
443.	9.	- سلام l. سلامة cf. n. 1232.
	*18.	- *Selám* l. *Seláma.*
447.	2.	- ٧٩٠ l. ٨٠٩ cf. 4343.
	*4.	- 790 (inc. 11. Jun. 1309) l. 809 (inc. 18. Jun. 1406).
490.	11.	- الخطيب al. خطيب cf. p. 411. l. 11.
	*19.	- *Ben-elkhatíb* l. *Ben Khatíb.*
499.	10.	- قراوغلى l. قزاوغلى.
	*16.	- *Cara'ughli* l. *Cisughli.*
519.	4.	- [٤١٢] al. ٤١٨.
520.	*3.	- *Elíf* l. *Elif.*

IN TOMO SECUNDO HAEC ENOTAVIMUS CORRIGENDA:

Pag.	Lin.	
5.	11.	pro ابن الطبيب l. ابن الطيّب?
	10.	- 138, 10. - ابن المقنع l. ابن المقفع.
	*19.	- 138, 18. - *Ibn-elmocanna* l. *Ibn-elmocaffa.*
38.	*5.	- 137, 2. - *Abd-el-melek* l. *Abd-el-melik.*
	*21.	- *Jelebi* l. *Halebi.*
90.	*10.	- *Otayya* l. *Atíya.*
101.	9.	- ثلثة l. ثلثه.
	*12.	- potitum l. potiturum.
	*16.	- qui per tres — digessit l. cujus tertia circiter pars nomine *Mocaddemet* innotuit, et separatim etiam edita est.
133.	1.	- السنبه l. الستة.
	*1.	- *El-Sitta* l. *El-Senívet.*

Pag.	Lin.	
191.	*16. 17.	- *Balckíni* l. *Bolckeini.*
236.	*10.	- *Ibn Bahr* l. *Abu Bahr.*
313.	9.	- بالفركاج l. بالفركاح.
321.	3.	- التوفيف l. التوقيف.
	*4.	- *Taufíc* l. *Tauckíf.*
345.	*14. 15.	- *Jamret* l. *Jamra.*
404.	*7.	- *Zuzeni* l. *Zewzeni.*
411.	9.	- ٩٨٠ al. ٩٨٣.
	*16.	- 980 (inc. 14. Mai. 1572) al. 984 (inc. 31. Mart. 1576).
416.	*16.	- *Ibn-elfuti* l. *Ibn-elfoweti.*
451.	*10.	- *Holulu* al. *Hallulu.*
492.	*3.	- tres l. trium.
619.	*9.	- 623, 2. - 627, 14. - *Fatúh* l. *Fotúh.*

HAJI KHALFAE

LEXICON

BIBLIOGRAPHICUM ET ENCYCLOPAEDICUM.

VOL. II.

باب الباء الموحّدة

١٥٩٦ بابوس فى ترجمة القاموس يأتى فى القاف ١٥٩٧ الباحة فى علمى الحساب والمساحة منظومة فى الرجز للشيخ برهان الدين ابرهيم بن عمر البقاعى المتوفى سنة ٨٨٥ ثمّ شرحها مزجًا وسمّاه الاباحة ١٥٩٨ الباحة فى السباحة رسالة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ١٥٩٩ البارع فى اقطاع الشارع رسالة للسيوطى ايضا ١٦٠٠ البارع فى غريب الحديث للشيخ ابى على اسمعيل بن القاسم اللغوى القالى المتوفى سنة ٣٥٦ ١٦٠١ البارع فى اللغة للشيخ ابى طالب مفضل ابن سلمة [بن عاصم] اللغوى [الآخذ عن ابن السكيت وثعلب] المتوفى سنة ١٦٠٢ البارع المدخل الى احكام النجوم لابى

LIBRI QUORUM TITULI A LITERA BA INCIPIUNT.

1596. Babús fi tarjemet El-Camús, infans lactens. Interpretatio turcica *Camúsi*, de quo litera *Cáf* videatur. — 1597. El-Báhet fi ilmei el-hisáb we el-misáhet, atrium. Poëma metro *Rejez* de doctrinis arithmeticae et geodaesiae a Sheikh *Borhán-ed-din Ibrahim Ben Omar Becáï*, qui anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) obiit, compositum. Postea illud commentatus est ita, ut textum admisceret, commentariumque inscripsit *El-Ibáhet*. — 1598. El-Báhet fi el-sibáhet, atrium. Tractatus de natatione, auctore Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 1599. El-Bári' fi ictá' el-shári', liber excellens. Tractatus de feudo per legis latorem conferendo, auctore eodem *Soyúti*. — 1600. El-Bári' fi gharíb el-hedíth, liber excellens de dictionibus rarioribus in traditionibus obviis, auctore Sheikh *Abu Ali Ismaíl Ben-elcásim El-Cáli* Lexicologo, anno 356 (inc. 17. Dec. 966) mortuo. — 1601. El-Bári' fi el-loghat, liber excellens lexicologicus, auctore Sheikh *Abu Tálib Mofádhdhil Ibn Salama* [*Ben Asim*] Lexicologo [et discipulo *Ibn Sikkíti* et *Thalebi*], anno . . . mortuo. — 1602. El-Bári' El-Mudkhil ila ahkám el-nojúm, liber excellens aditum

نصر الحسن بن على المنجّم وهو مختصر على خمس مقالات واربعة وستين فصلًا اوله الحمد لله
الذى فطر العباد على معرفته الخ ١٦٠٣ البارع فى احكام النجوم للشيخ على بن ابى
الرجال الشيبانى الكاتب وهو كتاب كبير مشهور معتبر اوله الحمد لله الواحد القهّار الخ جمع
فيه معانى علم النجوم وغرآئب اسرارها من كتب علمآئها واضاف اليه ما انتخبه فكرته واثبت
عليه تجربته فذكر البروج وطبآئعها والكواكب واحوالها ثمّ المسآئل ثمّ المواليد ثمّ تحويل
سنى المواليد مع الاختيارات ثم تحويل سنى العالم فى جزء فيكون جميع ذلك ثمانية اجزآء
ثمّ لخّصه الشهاب احمد بن تمربغا وسمّاه البرق الساطع ورتّب على مقدّمة ومقالة وخاتمة
اوله الحمد لله على ما علّمنا من العلوم الخ ١٦٠٤ البارع فى شعرآء المولّدين
لهارون بن على المنجم المتوفى سنة ٢٨٨ جمع فيه مأئة واحدا وستين شاعرًا
وافتتح بذكر بشار وختم بمحمد بن عبد الملك واختار فيه من شعر كلّ

---

astrologiae judiciariae patefaciens, auctore *Abu Nasr Hasan Ben Ali* Astronomo. Compendium in quinque dissertationes et sexaginta quatuor sectiones dispositum, quod incipit ita: Laus Deo, qui homines cognitioni suae convenienter creavit etc. — 1603. El-Bári' fi ahkám el-nojúm, liber excellens de astrologia judiciaria, auctore Sheikh *Ali Ben Abi'lrijál Sheibáni* Scriba. Opus magnum, celebratum et fide dignum, quod incipit ita: Laus Deo unico, victori omnipotenti etc. Auctor in eo abditos astrologiae judiciariae sensus ejusque arcanorum miracula ex scriptis virorum harum rerum peritorum collegit et iis addidit, quae meditatio ipsi prae ceteris suppeditaverat et experientia propria comprobaverat. Commemorat autem Zodiaci signa et eorum qualitates naturales, stellas earumque affectiones, deinde quaestiones seu notitiam variarum rerum fortuitarum et occultarum ex astris petendam, nativitates, conversionem annorum nativitatum simul cum electione horarum superstitiosa, et ad finem in parte singulari conversionem annorum mundi, ita ut totum octo partibus comprehenderetur. Postea *Shehab-ed-din Ahmed Ben Tamarbogha* potiora operis selegit, epitomenque in praefationem, dissertationem et conclusionem digestam et a verbis incipientem: Laus Deo pro doctrinis, quas nos docuit etc., inscripsit *El-Barc El-Sáti'*. — 1604. El-Bári fi shoará el-mowalledin, liber excellens de poëtis recentioribus. *Harún Ben Ali* Astronomus, qui anno 288 (inc. 26. Dec. 900) obiit, in hoc libro centum sexaginta unum poëtam collegit, et a mentione *Beshshári* initio facto in *Mohammede Ben Abd-el-melek* substitit. Flosculos quoque e singulorum

واحد عيونه فصار مغنيًا عن دواوين الجماعة الذين ذكرهم وهو الاصل الذى نسجوا على منواله وكتاب اليتيمة والخريدة وزينة الدهر والدمية فروع عليه وذكر انّه مختصر من كتاب الّفه قبله فى هذا الفنّ وكان طويلًا فحذف منه اشياء ذكره ابن خلكان ١٦٠٥ بارق فى قطع يد السارق للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ رسالة كتبها لمّا سرق بعض المعاصرين له كتابًا ونسبه لنفسه ولم يكن عنده غيره فالّفه لتبيّن ذلك ١٦٠٦ بارى ارمينياس وهو لفظ يونانى معناه العبارة فى المنطق للحكيم الفيلسوف ارسطوطاليس المعلّم الاوّل ونقله حنين الى السريانى واسحق الى العربى ثمّ فسّره جماعة منهم اسكندر الافروديسى ولم يوجد ما فسّره ويحيى النحوى واملياخس وفرفوريوس واصطفن وهو ايضا غير موجود وجالينوس وقويرى وابو بشر متى والفارابى واثاوفريسطس والذين اختصروه حنين واسحق وابن المقنع والكندى وابو بهرين والرازى وثابت بن قرة واحمد ابن الطيب ذكره ابو الخير فى نوادر الاخبار ١٦٠٧ البازى الاشهب المنقض على

---

carminibus cum delectu carptos addidit, ita ut hujus libri beneficio facile omnium poëtarum, quos commemorat, operibus carere possemus. Simul ille archetypum est, ad cujus modum seriores scripta texuerunt, et libri *Yetímet*, *Charídet*, *Zinet el-dahr* et *Dumyet* rami ad eum sunt. Monet etiam, teste *Ibn Khallekán*, hoc esse compendium e libro nimis copioso exscriptum, quem ante id de hoc literarum genere composuerit; itaque se plura inde demsisse. — 1605. El-Báric fi cat' yad el-sáric, gladius fulgens de manu furis amputanda. Tractatus, quem Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) defunctus, scripsit, cum quidam ex aequalibus ipsi librum furto subduxisset sibique attribuisset, neque tamen liber ullus praeter illum apud eum exstaret. Itaque hunc tractatum ad rem detegendam conscripsit. — 1606. Bari ermínás (vox graeca „interpretationem" indicans). Liber logicus sapientis philosophi *Aristotelis* doctoris principis *περι ἑρμηνείας*, quem *Honein* syriace, et *Is'hac* arabice vertit. Postea multi eum interpretati sunt, ut *Alexander Aphrodisi*aeus, cujus interpretatio non exstat, *Yahya* Grammaticus, *Yamblichus*, *Porphyrius*, *Stephanus*, cujus opus pariter non invenitur, *Galenus*, *Coweiri*, *Abu Bishr Matta*, *Farábi* et *Theophrastus*. Qui librum in epitomen coëgerunt, fuerunt *Honein*, *Is'hac*, *Ibn-elmocanna'*, *Kindi*, *Abu Bahrin*, *Rázi*, *Thábit Ben Corra*, *Ahmed Ben-eltebíb*. Testatur haec *Abu'lkheir Táshköprizádeh* in libro *Newádir el-akhbár*. — 1607. El-Bázi El-Ashhab, accipiter cineraceus

مخالفى المذهب للشيخ ابى الفرج عبد الرحمن بن على ابن الجوزى الحنبلى المتوفى سنة ٥٩٧
مختصر صنّف فى تأييد مذهبه والردّ على الحنابلة المجسّمة

١٦٠٨ علم الباطن

هو معرفة احوال القلب والتخلية ثمّ التحلية وهذا العلم يعبّر عنه بعلم الطريقة والحقيقة ايضا واشتهر علم التصوّف به وسيأتى تمام تحقيقه فيه واما دعوى التقابل بين الظاهر والباطن كما يدعيه جهلة القوم فزعم باطل بشهادة العموم والخصوص

١٦٠٩ باعث المروة على التخلق بالفتوة وهو مختصر مرتّب على فصول اوله الحمد لله الذى جمع بين قلوب المؤمنين الخ ١٦١٠ باعث النفوس الى زيارة القدس المحروس للشيخ برهان الدين ابرهيم الفزارى لخّصه من الجامع المستقصى وغيره ورتّبه على ثلاثة عشر فصلًا اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ ١٦١١ الباعث على انكار البدع والحوادث للشيخ ابى

---

crociens contra adversarios sectae (Hanbaliticae). Compendium, quod Sheikh *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi* Hanbalita, anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) defunctus, ad sectam suam corroborandam et Hanbalitas, qui Deo corpus attribuunt, refutandos composuit.

1608. Ilm el-bátin. Doctrina sensus interioris.

Haec est cognitio affectionum cordis, alienationis et exornationis inde enascentis. Illa doctrina per doctrinam viae et veritatis (*Ilm el-tarícat we el-heckicat*) quoque significatur, et sub eodem illo nomine Theosophia (*Ilm el-tasawwof*) celebratur, sub qua accuratiorem illius explicationem plenam et perfectam invenies. Quod autem decretum analogiae mutuae inter sensum exteriorem et interiorem attinet, quale ignari sectae defendunt, opinio est falsa, quam de testimonio tenent ex rerum existentia universali et speciali petito.

1609. Báïth el-morowwet ala el-takhalloc b'ilfotowwet, liber viros excitans ad indolem liberalitatis prae se ferendam. Compendium in sectiones distributum, quod ita incipit: Laus Deo, qui corda fidelium conjunxit etc. — 1610. Báïth el-nofús ila ziyáret El-Cods el-mahrús, liber animos ad Hierosolyma bene servata visitanda excitans, quem Sheikh *Borhán-ed-din Ibrahim Fezári* e *Jámi' Mostacsi* aliisque operibus excerpsit et in tredecim sectiones digessit. Incipit ita: Laus Deo mundorum domino etc. — 1611. El-Báïth ala inkár el-bida' we el-hewádith, liber ad sectas et res novas repudiandas excitans, auctore Sheikh

شامة عبد الرحمن بن اسمعيل الدمشقى الشافعى المتوفى سنة ٦٦٥ ١٦١٢ الباعث على الخلاص من حوادث القصاص للحافظ زين الدين عبد الرحمن بن الحسين العراقى المتوفى سنة ٨٠٥ ١٦١٣ الباقيات الصالحات فى بروز الامّيات شرحه ابو العباس احمد بن معد الاقليشى المتوفى سنة ٥٥٠ ١٦١٤ بانت سعاد وهو قصيدة اشتهرت باوّلها وسيأتى فى القاف قال السيوطى فى طبقات النحاة فى ترجمة بندار نقلًا عن ياقوت انّه كان يحفظ سبعمائة قصيدة اول كلّ قصيدة بانت سعاد

١٦١٥ علم الباه

هو علم باحث عن كيفيّة المعالجة المتعلّقة بقدرة المباشرة من الاغذية المصلحة لتلك القوّة والادوية المقوّية او المزيدة للقوّة او الملذّذة للجماع او المعظّمة والمضيّقة وغير ذلك من الاعمال والافعال المتعلّقة بها كذكر اشكال الجماع وحكاية محرّكة للشهوة التى وضعوها لمن ضعفت قوّة

Abu Shâme Abd-el-rahman Ben Ismaïl Dimeshcki Shafiita, anno 665 (inc. 2. Oct. 1266) mortuo. — 1612. El-Báïth ala el-khilás min hewádith el-ckisás, liber homines excitans, ut se a rebus talionis novis immunes praestent, auctore Háfith *Zein-ed-din Abd-el-rahman Ben-elhosein Irácki*, anno 805 (inc. 1. Aug. 1402) mortuo. — 1613. El-Backiát El-Sálihát, opera bona de matribus in publicum prodeuntibus. Hunc librum commentatus est *Abu'labbás Ahmed Ben Maadd Oclíshi*, qui anno 550 (inc. 7. Mart. 1155) obiit. — 1614. Bánat Soád, dicessit *Soád*. Haec *Casída*, de qua in litera *Cáf* sermo erit, a primis verbis nomen cepit. *Soyúti* in opere *Tabacát el-nohhát* in vita *Bondári* auctore *Yacúti* narrat, illum septingentas Casidas, quae omnes a verbis *Bánat Soád* inceperint, memoria tenuisse.

1615. Ilm el-báh. Doctrina stimulantium.

Haec est doctrina, quae de modo quaerit, quo potentiae concubitus curatio adhiberi possit nutrimentis illam vim reparantibus et remediis eam confirmantibus vel augentibus, vel delicias concubitus dulciores, vel membra virilia turgidiora et muliebria artiora reddentibus et aliis operationibus et actionibus, quae ad eam pertinent, quales sunt repraesentatio figurarum concubitus et narrationes libidinem commoventes, quas iis composuerunt, quibus vires ad concubandum vel debilitatae erant vel plane deerant: illae enim has omni spe jam abjecta revocant. Rex quidam, ut narrant, cujus vires

مباشرته او بطلت فانّها تعيدها بعد الاياس روى انّ ملكًا بطل عنه القوّة فزوّج عبدًا من مماليكه جارية حسناء وهيّأ لهما مكانًا بحيث يراهما الملك ولا يريانه فعادت قوّته بمشاهدة اقبالهما انتهى ملخّصًا من المفتاح ولا يبعد ان يقال وكذا النظر الى تسافد الحيوانات لكنّ النظر الى فعل الانسان اقوى فى تأثير عود القوّة وهذا العلم من فروع علم الطبّ بل هو باب من ابواب كتبه غير انّهم افردوا بالتأليف اعتمامًا بشأنه ومن الكتب المصنّفة فيه كتاب الالفيّة والشلفيّة قال ابو الخير يحكى انّ ملكًا بطل عنه قوّة المباشرة بالكلّيّة وعجز الاطبّاء عن معالجتها بالادوية فاخترعوا حكايات عن لسان امرأة مسمّاة بالالفيّة لما انّها جامعها الف رجل فحكت عن كلّ منها اشكالًا مختلفة فعادت باستماعها قوّة الملك انتهى وقد سبق ذكر الالفيّة فى موضعها ومن الكتب المصنّفة

١٦١٦ الباهر فى احكام الباطن والظاهر للشيخ نجم الدين سليمان بن عبد القوى الطوفى الحنبلى المتوفى سنة ٧١٠ ١٦١٧ الباهر فى حكم النبى صلعم فى الباطن والظاهر

---

plane evanuerant, uni servorum suorum pulchram puellam in matrimonium dedit, iisque domicilium parari jussit tale, ut rex eos videre, illi regem videre non possent; unde ipsi eorum felicitatem conspicienti vis rediit. Summatim haec ex libro *Miftáh el-seádet* petita sunt. — Neque absurdum est dicere: Eandem vim adspectus mutui animalium coitus exercet, attamen adspectus concubitus hominum ad reditum virium efficiendum est potentior. Haec doctrina pars est medicinae, vel potius caput e capitibus librorum medicorum, nisi quod viri docti eam in libris singularibus tractarunt de ejus gravitate solliciti. Ad opera de hac doctrina composita pertinet *Kitáb Alfiya we Shelfiya*. *Abu'lkheir* testis narrationis est, regi viribus venereis plane destituto medicos medicinam invenire non potuisse, quam ob causam eos narrationes commentos esse ex ore feminae prolatas, cui nomen *Alfiya* (milliaria) fuerit, quod rem cum mille viris habuerit, ita ut varias cujusvis concubitus formas enarraret, unde regi talia audienti vis rediit. Haec ille. — Jam in praecedentibus loco suo *Alfiya* commemorata est. Ad libros de hac doctrina editos pertinent . . .

1616. El-Báhir fi ahkám el-bátin we el-tzáhir, liber illustris de decretis sensus interioris et exterioris, auctore Sheikh *Nejm-ed-din Soleimán Ben Abd-el-cawi Taufi* Hanbalita, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuo. — 1617. El-Báhir fi hokm el-nebi fi el-bátin we el-tzáhir, liber illustris de iis, quae propheta

للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ذكر فيه قصّة موسى عليه السلام مع الخضر عليه السلام ١٦١٨ الباعر فى الجواعر للشيخ عزّ الدين ابرهيم بن محمد الحكيم السويدى الدمشقى المتوفى سنة ٦٩٠ ١٦١٩ الباعر فى النحو لابى السعادات مبارك بن محمد المعروف بابن اثير الجزرى المتوفى سنة ٦٠٦ ١٦٢٠ الباعر فى الفروع للشيخ الامام ابى بكر محمد بن احمد المعروف بابن الحداد الشافعى المتوفى سنة ٣٤٥ ١٦٢١ الباعر فى الاخبار لابى القاسم جعفر بن محمد بن حمدان الموصلى المتوفى سنة عارض فيه كتاب الروضة للمبرّد ١٦٢٢ الباعر فى اخبار شعرآء مختصر فى الدولتين لابى منصور يحيى بن على المنجّم [المعتزلى] نديم المكتفى المتوفى سنة ٣٠٠ ابتدا فيه بذكر بشّار ووقف فى مروان بن ابى حفصة ثمّ اتمّه ولده احمد ١٦٢٣ بثّ الاسرار لابى الفتوح محمد بن الفضل الاسفرائنى المتوفى سنة ٥٣٨ ١٦٢٤ بحار الحقيقة للشيخ احمد بن ابى الحسن النامقى الجامى المتوفى سنة ٥٣٩

---

de sensu interiori et exteriori judicavit. Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, qui anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) obiit, narrat in eo rem, quam Moses cum Pineha habuit. — 1618. El-Báhir fi el-jewáhir, liber illustris de substantiis, auctore Sheikh *Izz-ed-din Ibrahim Ben Mohammed Soweidi Dimeshcki* Philosopho, anno 690 (inc. 4. Dec. 1291) mortuo. — 1619. El-Báhir fi el-nahw, liber illustris de grammatica, auctore *Abu'lseádát Mobárek Ben Mohammed Jezeri*, vulgo *Ibn Athír* dicto et anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuo. — 1620. El-Báhir fi el-forú', liber illustris de jure speciali, auctore Sheikh et Imám *Abu Bekr Mohammed Ben Ahmed* Shafiita, vulgo *Ibn-elheddád* dicto et anno 345 (inc. 15. Apr. 956) mortuo. — 1621. El-Báhir fi el-akhbár, liber illustris de historiis, in quo *Abu'lcásim Jafar Ben Mohammed Ben Hamdán Mausili*, qui anno . . . defunctus est, librum *Raudhet*, qui *Mobarred* auctorem habet, imitatus est. — 1622. El-Báhir fi akhbár shoará, liber illustris de historiis poëtarum. Compendium de dynastia Omayyadica et Abbasidica, in quo *Abu Mansur Yahya Ben Ali* Astronomus [*Motazelita*], *Moktefi*i compotor, qui anno 300 (inc. 18. Aug. 912) decessit, a mentione *Beshshár*i incipit, et in *Merwán Ben Abi Hafsa* subsistit. Postea illud *Ahmed* ejus filius ad finem perduxit. — 1623. Baththel-asrár, divulgatio arcanorum, auctore *Abu'lfotúh Mohammed Ben-elfadhl Isferáïni*, anno 538 (inc. 16. Jul. 1143) mortuo. — 1624. Bihár el-hackicat, maria veritatis, auctore Sheikh *Ahmed Ben Abi'lhasan Námicki Jami*, annò 536 (inc. 6. Aug. 1141) mortuo. —

١٦٢٥ البحار الزاخرة فى المذاهب الاربعة للحسام الرهاوى شرحه تلميذه الشيخ بدر الدين محمود بن احمد العينى الحنفى المتوفى سنة ٨٥٥ وسمّاه الدرر الفاخرة ١٦٢٩ البحار الزاخرة فى نظم درّ البحار يأتى ١٦٢٧ بحار الفقه ١٦٢٨ بحار القرآن لابى عبيدة معمر بن المثنى البصرى اللغوى المتوفى سنة ٢١٠ وللشيخ عزّ الدين عبد العزيز بن عبد السلام المتوفى سنة ٦٦٠

فصل فى الابحاث الجارية بين الفضلآء قديمًا وحديثًا

١٦٢٩ بحث ابن تيمية وابن الزملكانى فى مسئلة الطلاق وفى حرمة شدّ الرحال الى قبور الانبيآء فصنّفوا فيه منها الابحاث الجلية وكتاب درّة اليتيمة وبالغ العلمآء فى ردّه حتى صرّح بكفر من اطلق عليه شيخ الاسلام فانتدب حافظ الشام الشمس بن ناصر الدين فجمع كتابًا سمّاه الردّ الوافر على من زعم انّ من اطلق على ابن تيمية شيخ الاسلام كافر

1625. El-Bihár El-Zákhiret, maria tumida de sectis quatuor orthodoxis, auctore *Hosám-ed-din Roháwi*. Sheikh *Bedr-ed-din Mahmúd Ben Ahmed Aini* Hanefita discipulus ejus, qui anno 855 (inc. 3. Febr. 1451) obiit, librum commentatus est, commentariumque inscripsit *El-Dorer El-Fákhiret*. — 1626. El-Bihár El-Zákhiret, maria tumida. Tralatio metrica operis *Dorr el-bihár*, de quo infra. — 1627. Bihár el-fic'h, maria jurisprudentiae. — 1628. Bihár El-Cor'an, maria Corani, auctoribus *Abu Obeida Ma'mar Ben-elmothanna Basri* Lexicologo, anno 210 (inc. 24. Apr. 825) mortuo, et Sheikh *Izz-ed-din Abd-el-azíz Ben Abd-el-selám*, anno 660 (inc. 26. Nov. 1261) mortuo. —

SECTIO DE DISPUTATIONIBUS INTER VIROS MERITOS TEMPORE SUPERIORE ET INFERIORE INSTITUTIS.

1629. Bahth Ibn Teimíya we Ibn-elzamlekáni, disputatio inter *Ibn Teimíya* et *Ibn-elzamlekáni* de quaestione divortii et de interdicto, ne sarcinulae ad sepulcra prophetarum visitanda colligantur. Scripserunt de hac re libros, ut *El-Abháth El-Jaliyet* et *Kitáb Dorret El-Yetímet*, et viri docti in *Ibn Teimíya* refutando omnes nervos contenderunt, ita ut eum impium diserte declararent, qui ei titulum *Sheikh-el-islám* daret. Itaque *Háfitz-el-shám Shems-ed-din Ben Násir-ed-din* se impulit, ut librum colligeret ita inscriptum: *El-Radd El-Wáfir*, refutatio copiosa eorum, qui statuunt, eum, qui *Ibn Teimíyae* titulum *Sheikh-el-islám* det, esse

١٦٣٠ بحث ابن الخطيب وعلى العربى فى انّ عدم صدور الكذب عن الله تعالى للامتناع الذاتى او بالغير فذهب المولى على الى الاول والمولى ابن الخطيب الى الثانى جرى ذلك فى مجلس السلطان بايزيد خان فصنّف ابن الخطيب رسالة فى بحث الرؤية والكلام وارسلها الى السلطان لتطييب خاطره ١٦٣١ بحث امام الحرمين وابى اسحق الشيرازى فى مسآئل لمّا دخل الشيخ نيسابور سفيرًا من طرف المقتدى لخطبة بنت السلطان ملكشاه وذكر السبكى انّ كلّ مسئلة فى اوراق لو اراد فاضل فى عصرنا ان يفردها بالتصنيف وكشف اشدّ الكشف لما قدر ان يصنّف فيها اكثر ممّا اورده الشيخ على البديهة ١٦٣٢ بحث الامام السلطانى الشامى والمولى معيد احمد القاضى بعسكر روم ايلى فى مسآئل من الفنون وقد سبق فى الاسئلة غلب فيه الامام ونال رتبة المولويّة بالتشريف السلطانى ١٦٣٣ بحث التعارض فى الآيتين انّ لننصر رسلنا ويقتلون النبيّين جرى ذلك بين علمآء مصر ويعقوب الاصغر القرامانى وله فيه رسالة تدلّ على فضله وتجرّده ١٦٣٤ بحث الفاضل

---

impium. — 1630. Baht̲h Ibn-elkhatíb we Ali El-Arabi, disputatio inter *Ibn-elkhatíb* et *Ali Arabi*, de eo, quod Deus propter impossibilitatem essentialem mentiri non possit, vel alia ratione, ita ut primam sententiam Molla *Ali*, alteram Molla *Ibn-elkhatíb* amplecteretur. Accidit autem hoc in consessu Sultani *Bayezíd Khán*. Tum *Ibn-elkhatíb* tractatum scripsit, in quo de eo disputat, num Deus videri et compellari possit, eumque Sultano animi oblectandi causa misit. — 1631. Baht̲h Imám-elharamein we Abi Is'hac El-Shirázi, disputatio inter *Imám-elharamein* et *Abu Is'hac Shirázi* de variis quaestionibus instituta, cum Sheikh a *Moctedi* ad filiam Sultani *Melekshah* ipsi in matrimonium petendam missus urbem *Nisabúr* intraret. Teste *Sobki* quaevis quaestio in singulis foliis erat, quam si vir bene meritus nostrae aetatis in singulari opere separatim tractare et intentissime retegere vellet, certe plura de ea perscribere non posset, quam Sheikh ex tempore protulerat. — 1632. Baht̲h El-Imám El-Sultáni El-Shámi, disputatio inter *Imám Shámi* Sultanicum et Molla *Moíd Ahmed* judicem castrensem Rumeliae de nonnullis quaestionibus e doctrinarum speciebus, ut sub *Eswilet* in praecedentibus dictum est. — Imám superior ex ea discessit et gradum Mollae cum veste honoraria a Sultano accepit. — 1633. Baht̲h el-teárodh, disputatio de mutua versuum coranicorum discrepantia „Nos certe adjuvabimus sane legatos nostros“ et „Occiderunt prophetas,“ quae inter viros doctos Cahirae et *Yacúb Caramáni* Minorem habita est, et hic tractatum de quaestione composuit, quae eruditionis ejus altissimae et summi studii specimen est. — 1634. Baht̲h el-fádhil

التاشكندى والمولى الى السعود فى الاستعارة التمثيليّة فى قوله تعالى اولئك على هدى فرجّح التاشكندى جانب السعد وكان المولى ابو السعود قد اختار مسلك السيّد فى تفسيره بعد تنقيح كلام الطرفين وتهذيبه فامتدّ المباحثة بينهما الى خمس ساعات واتّفقوا على انّه اعظم بحث فى السعدين الفاضلين ١٦٣٥ بحث المولى خواجه زاده وافضل زاده فى تخطئة السيّد الشريف جرى ذلك فى مجلس الوزير محمد پاشا القرامانى فذهب ابن الافضل انّه لا يرد عليه اعتراض اصلًا وتبعه المولى خير الدين المعلّم السلطانى وقال المولى خواجه زاده هو بشر يمكن ان يخطأ لكن خطأوه قليل فانكرا عليه فاثبت وغلب عليهما ١٦٣٦ بحث المولى خيالى وخواجه زاده جرى ذلك فى الجامع ذكر فى الشقائق انّ الخيالى غلب عليه يحكى انّه ما نام على الفراش الى ان مات الخيالى ١٦٣٧ بحث المولى زيرك وخواجه زاده فى برهان التوحيد وجرى بينهما مباحثات عظيمة واستمرّت الى ستة ايام فى حضور السلطان محمد خان والحكم بينهما المولى خسرو ولم ينفصل الامر وامر السلطان فى اليوم السادس

El-Táshkendi, disputatio inter virum bene meritum *Táshkendi* et Molla *Abu'lsa'úd* de metaphora parabolica in verbis Corani obvia „Hi erunt super directionem a Domino suo.“ *Táshkendi* opinionem *Sa'd-ed-dini* praetulit, Molla *Abu'lsa'úd* vero rationem, quam *Seyyid Sherif* in commentario suo coranico inierat, utriusque partis opinione excussa et recognita amplexus est. Altercationem inter eos ad quinque usque horas productam consenserunt ad gravissimas disputationes pertinere, quae inter utrumque *Sa'd* bene meritum institutae sint. — 1635. Bahth, disputatio inter Mollam *Khojazádeh* et *Afdhalzádeh* de *Seyyid Sherif* in erroris insimulationem vocando. Instituta illa est in consessu Weziri *Mohammed Pasha Caramáni*, ubi *Ibn-elafdhal* neminem ei unquam ob errorem commissum repugnasse contendit, quam sententiam etiam Molla *Kheir-ed-din* Sultani praeceptor amplexus est. Molla *Khojazádeh* contra statuit, *El-Seyyid* hominem esse ideoque errori obnoxium, ejus tamen errorem levioris esse momenti, quod illi negarunt. Hic vero in sententia perstitit ab illisque victoriam reportavit. — 1636. Bahth, disputatio Mollae *Khayáli* et *Khojazádeh*, quae in aede cathedrali habita est. In opere *Shecáïc* narratur, *Khayáli* illum vicisse, et victum dicunt usque ad mortem *Khayálii* in strato non dormivisse. — 1637. Bahth, disputatio inter Molla *Zeirek* et *Khojazádeh* de demonstratione unitatis Dei. Uterque identidem acerrime disputavit, et quamvis in altercando Sultano *Mohammed Khán* praesente et Molla *Khosrew* arbitro ad sex dies continuaretur, controversia tamen non diremta est. Itaque Sultanus sexto die

ان يطالع كلّ منهما ما حرّر صاحبه ثمّ فى اليوم السابع ظهر فضل المولى خواجه زاده عليه وحكم بذلك المولى خسرو ايضا ١٦٣٨ بحث سرى الدين المصرى ومصطفى افندى الاعرج الرومى فى قوله تعالى يَرَوْنهم مِثْلَيْهم رَأْىَ العينِ جرى ذلك فى مجلس شيخ الاسلام المعيد فانّ القاضى جوّز ان يكون للخطاب فى لكم للمشركين من قريش او اليهود او المؤمنين وجوّز فى فاعل الرؤية كونه المشركين او المؤمنين ثمّ قال ويؤيده قرأة نافع ويعقوب بالتآء قال سعد الروم وفيه بحث ولم يبيّن فسئل الاعرج عن وجهه فكتب سرى الدين رسالة فى جوابه فلم يعجبه وشاع البحث المذكور بحيث وصل الى مصر فكتب مولانا شهاب الدين المصرى فيه رسالة وكتب ايضا الشيخ ابرهيم الميمونى رسالة مبسوطة ١٦٣٩ بحث السيّد الشريف الجرجانى وسعد الدين التفتازانى فى استعارة قوله تعالى اولئك على هدى من ربّهم فى مجلس تيمور فظهر السيّد عليه لفصاحته وطلاقة لسانه وكان لسان السيّد افصح من قلمه والتفتازانى بالعكس والافاضل فى التفضيل بينهما على قسمين والاكثر فى جانب السعد

---

utrumque id legere jussit, quod adversarius perscripserit, quo facto septimo die sententia Mollae *Khojazádeh* praevalens emersit, et Molla *Khosrew* quoque illud spectans litem diremit. — 1638. Bahth, disputatio *Seri-ed-dini Misri* et *Mustafa Efendi El-Araj Rumi* de verbo Dei „Videbant eos sicut duos eorum visione oculi.“ Disputatum est de eo in consessu Sheikhi-elislám *El-Moíd*. Cadhi enim concessit, pronomini *lakom* (vobis) inesse posse compellationem idololatrarum Coreishiticorum, vel Judaeorum, vel fidelium, et subjectum verbi *videre* idololatras quoque vel fideles esse posse non negavit. Deinde dixit, fideles intelligendos esse vel inde comprobari, quod *Náfi'* et *Jacúb* „videbatis“ legant. *Sa'd-elrúm* vero rem in controversia neque perspicuam esse statuit, qua de causa *El-Araj* eum rationem sententiae interrogavit, quo facto *Seri-ed-din* tractatum responsionis loco composuit, quem ille non admiratus est. Haec disputatio ita divulgabatur, ut in Aegyptum penetraret, et Molla noster *Shehábed-din Misri* de ea tractatum, et Sheikh *Ibrahim Meimúni* quoque commentationem fusiorem scriberet. — 1639. Bahth, disputatio in consessu *Timúri* inter *Seyyid Sherif* et *Sa'd-ed-din Teftazáni* de dicto Dei metaphorico „Hi erunt super directionem a Domino suo,“ in qua *El-Seyyid* propter facundiam suam et linguae volubilitatem victoriam ab adversario reportavit, cum *El-Seyyid* lingua facundior esset quam calamo, *Teftazáni* vero contra. — Viri bene meriti in diversam sententiam abierunt, utri palma deferenda esset, plures tamen a parte *Sa'd-ed-dini*

١٦٤٠. بحث الشيخ علآء الدين البخارى والقاضى شمس الدين البساطى فى الوحدة المطلقة ومذهب الشيخ محيى الدين ابن العربى جرى ذلك فى القاهرة بمجلس العلآء ثمّ فى حضور السلطان الاشرف وكان العلآء ممّن كفّره فظهر على البساطى ١٦٤١ بحث المولى العذارى والمولى لطفى فى السبع الشدّاد له واجوبته للعذارى جرى ذلك فى مجلس قد عقده بعض الوزرآء لذلك فظهر العذارى عليه غلبة فاحشة ثمّ عقد بعده مجالس للمباحثة من مواضع اخر لكنّ العذارى اجاب عن الاسئلة المذكورة فى رسالة ولم يقدر على دفعها كذا قال صاحب الشقآئق ١٦٤٢ بحث العلّامة عضد الدين عبد الرحمن ابن احمد الايجى المتوفى سنة ٧٥٦ والفاضل فخر الدين احمد بن الحسن الجارپردى المتوفى سنة ٧٤٦ ذكر انّ العضد كتب الى فخر الدين بطريق الاستشكال يسئله عمّا فى الكشاف عند قوله تعالى فأتوا بسورة من مثله واجاب عنه جارپردى بجواب لم يعجبه عضد الدين فردّ جوابه عليه وقد صدر عنهما فى اثنآء هذا البحث كلمات شتّى عن الخشونة ثمّ كتب فيه جماعة من

---

steterunt. — 1640. Bahth, disputatio Sheikhi *Alá-ed-din Bokhári* et Cadhi *Shems-ed-din Bisáti* de unitate absoluta et disciplina Sheikhi *Mohyi-ed-din Ibn-elarabi*, quae Cahirae in consessu *Alá-ed-dín*i et postea praesente Sultano *Ashref* instituta est. *Alá-ed-dín* inter eos fuit, qui *Ibn-elarabi* impietatis accusabant, adversariumque *Bisáti* profligavit. — 1641. Bahth, disputatio inter Molla *Idzári* et Molla *Lutfi* de hujus opere *El-Seb'a El-Shuddád* inscripto, et de responsis, quae *Idzári* ad illud dederat. Accidit hoc in sessiuncula, quam quidam e Weziris disputandi causa indixerat. In qua cum *Idzári*, ut auctor operis *Shecáïc* narrat, victoriam ignominiosam ab adversario reportasset, ad altercandum de nonnullis aliis locis consessus novi fiebant, *Idzári* tamen responsis ad quaestiones propositas in tractatu scripto datis eas refellere non potuit. — 1642. Bahth, disputatio viri doctissimi *Adhod-ed-dín Abd-el-rahman Ibn Ahmed Iji*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) defuncti et meritissimi *Fakhr-ed-din Ahmed Ben-elhasan Járperdi*, anno 746 (inc. 4. Mai. 1345) mortui. *Adhod-ed-din*, *Fakhr-ed-dín*um de eo interrogaturus, quod in *El-Keshsháf* apud verba „Afferte porro Suratam ex similitudine ejus“ legatur, ad hunc ita scripsisse dicitur, ut difficultates afferret. *Járperdi* ad quaestionem responsum dedit, quod *Adhod-ed-din*o non modo non placebat, sed ab hoc etiam confutabatur, ita ut in media hac disputatione illi variis acerbioribus verbis se invicem violarent. Postea

المتأخّرين منهم كمال الدين عبد الرزاق وامين الدين الحاج داود وعزّ الدين التبريزى وهمام الدين الخوارزمى وتقى الدين السبكى وابرهيم بن الجارپردى نصرة لوالده ١٦٤٣ بحث المولى على قوشجى وخواجه زاده من مواضع الاول ما يتعلّق بمدّ البحر وجزره والثانى ما يتعلّق بمقادير المنارات المبنيّة من البحر من مساجد قسطنطنيّة والثالث ما يتعلّق باعتراض الشريف فى حواشى المطوّل عند جوابه عن الايراد المشهور على تعريف الدلالة اللفظيّة جرى ذلك فى السفينة لمّا قدم المولى واستقبله خواجه زاده وكان اذذاك قاضيًا ١٦٤٤ بحث المولى على چلبى ابن خيالى القاضى بدمشق والشيخ بدر الدين الغزى فيما يتعلّق باعراب السمين وتفسير ابى حيان واعتراضات السمين عليه فقال الشيخ انّ اكثرها غير وارد وقال القاضى اكثرها وارد جرى ذلك فى الجامع الاموىّ لمّا ختم الشيخ درس التفسير وجرى بينهما من الابحاث الرآئقة ما تناقلته الرواة وسارت به الركبان ثمّ طلب القاضى من الشيخ فاستخرج عشرة ابحاث رجّح فيه كلام ابى حيّان وزيّف اعتراضات السمين وسمّاه الدرّ الثمين فى المناقشة بين ابى حيّان

---

plures seriorum de hac re scripserunt, ut *Kemál-ed-dín Abd-el-rezzác*, *Emín-ed-dín El-Hájj Dawud*, *Izz-ed-dín Tebrízi*, *Homám-ed-dín Khowarezmi*, *Tacki-ed-dín Sobki* et *Ibrahim Ben-eljárperdi* ad patrem suum defendendum. — 1643. Bahth, disputatio Mollae *Ali Cushji* et *Khojazádeh* de rebus ex nonnullis locis petitis, et primum quidem de iis, quae ad fluxum et refluxum maris pertinent, deinde de rebus magnitudinem turrium Mesquitis Constantinopolitanis impositarum, quae ex mari videntur, spectantibus, et denique de iis, quae *El-Sherif* in glossis operis *Motawwel* ibi contra dicit, ubi sententiam refellit, propositionem, ut multi dicunt, esse per enunciationem verbalem definiendam. Accidit hoc in navi, cum Molla Constantinopolin rediret, et *Khojazádeh*, qui tum temporis Cadhi erat, ei obviam procederet. — 1644. Bahth, disputatio Mollae *Ali Jelebi Ibn Khayáli* Judicis Damasceni et Sheikhi *Bedr-ed-din Ghazzi* de iis, quae librum *Semíni* „*Iráb*,“ commentarium *Abi Heyyáni* in Coranum et ea spectant, quae *Semín* huic opposuerat. Haec Sheikh maximam partem auctoritate carere, Cadhi contra hac non carere statuit. Accidit illud in aede cathedrali Omayyadica, cum Sheikh scholas de exegesi coranica finiret, et ab utraque parte multa ultro citroque egregie disputata sunt, quae narratores ubique divulgarunt et agmina peregrinatorum circumtulerunt. Postea Cadhi Sheikhum adiit, quo facto hic decem disputationes, *El-Dorr El-Themín* de subtili altercatione inter *Abu Heyyán*

والسمين فلمّا وقف عليه انتصر للسمين ورجّح كلامه واجاب عن اعتراضات الشيخ وردّ كلامه وكتب فى ذلك رسالة وقف عليها علمآء الشام ورجّحوا كتابته على كتابة البدر وقد سبق فى الاعراب ما يتعلّق به ١٩٤٥ بحث غياث الدين جمشيد والسيّد الشريف الجرجانى ١٩٤٦ بحث المولى الفنارى وعلمآء مصر فى الانشآء والخبر فى جملة الحمد لله جرى ذلك بمصر لمّا دخليا سنة ٨٢٣ فذهب الفنارى الى انّها انشآئيّة ووافقه ابن الهمام وجمع وخالفه الشيخ علآء الدين البخارى وكتب رسالة سمّاها نزهة النظر فى الفرق بين الانشآء والخبر وتبعه آخرون ١٩٤٧ بحث الملّا چلبى الدياربكرى وعلمآء الروم فى مواضع من تسعة فنون وقد سبق فى الاسئلة ١٩٤٨ بحث المولى يعقوب الاصغر القرامانى وعلمآء مصر فى التعارض بين الآيتين انّا لننصر رسلنا ويقتلون النبيّين جرى ذلك بمصر وكتب رسالة تدلّ على فضله وتبحّره

---

et *Semín* inscriptas, publicavit, in quibus sententiam *Abi Heyyáni* antehabuit, et quae *Semín* contra dixerit, falsa esse contendit. Quas cum judex legisset, *Semíno* succurrit, ejus sententiam praeoptavit, ad ea, quae Sheikh opposuerat, respondit, disputata refutavit et ad rem defendendam tractatum composuit. Ut viri Syriae docti eum viderunt, quae disseruerat, scriptis *Bedr-ed-dín*i praetulerunt. Jam vero quae huc pertinent, in antecedentibus sub „*Iráb*“ monita sunt. — 1645. Bahth, disputatio *Ghiyáth-ed-dín*i *Jemshíd* et *Seyyid Sheríf Jorjáni*. — 1646. Bahth, disputatio Mollae *Fenári* et virorum doctorum Misrae de eo, utrum propositio „Laus Deo“ optativa sit an enunciativa. Accidit hoc Misrae, cum *Fenári* anno 823 (inc. 17. Jan. 1423) eam intraret. Hic eam optativam esse statuit, eique *Ibn-elhomám* et plures alii adstipulati sunt. Sheikh *Alá-ed-dín Bokhári* in contrariam partem discedens tractatum, *Nuzhet el-natzr* de discrimine inter propositionem optativam et enunciativam inscriptum, composuit eumque alii secuti sunt. — 1647. Bahth, disputatio Mollae *Jelebi Diyárbekri* et virorum doctorum Rumeliae de pluribus locis e novem disciplinis petitis, de qua antea sub *Eswilet* videndum. — 1648. Bahth, disputatio Mollae *Yacúb Caramáni* Minoris et virorum doctorum Misrae de mutua versuum coranicorum discrepantia „Nos certe adjuvabimus sane legatos nostros“ et „Occiderunt prophetas.“ Accidit hoc Cahirae, et ille tractatum scripsit, qui praestantiae ejus et eruditionis altissimae specimen est. —

١٦٤٩ [بحر الاسانيد للامام الحافظ الحسن بن احمد بن محمد السمرقندى المتوفى سنة ٤٩١ عو كتاب جمع فيه مأئة الف حديث رتّبه وهذّبه لم يقع فى الاسلام مثله ذكره الذهبى فى تأريخ الاسلام] ١٦٥٠ بحر الافكار حاشية على حاشية الخيالى يأتى فى العقائد ١٦٥١ بحر الانساب مختصر فى آل على بن ابى طالب رضى الله عنه اوله الحمد لله الذى لا يبلغ مدحته القائلون الخ ١٦٥٢ بحر الاوهام منظومة لابى محمد الحسن بن على المعروف بابن وكيع الشاعر [المتوفى سنة ٣٩٣] ١٦٥٣ بحر الانساب كتاب كبير للامام فخر الدين الرازى ١٦٥٤ بحر البحور فى تفسير المسطور ١٦٥٥ بحر الجارى فى الفتاوى لتاج الدين عبد الله بن على البخارى المتوفى سنة ٧٩١ جمع المسائل على المذاهب الاربعة ١٦٥٦ بحر الحقائق والمعانى فى تفسير السبع المثانى لنجم الدين ابى بكر عبد الله بن محمد الاسدى الشهير بداية المتوفى سنة ١٦٥٧ بحر الحكمة ١٦٥٨ بحر الدرر فى التفسير للشيخ محمد الشهير بالمعين المسكين

1649. [Bahr el-asánid, mare traditionum ad auctores relatarum. Liber, in quo Imám Háfitz *Hasan Ben Ahmed Ben Mohammed Samarcandi*, anno 491 (inc. 9. Dec. 1097) defunctus, centum millia traditionum collegit, ordinavit, recognovit, nec opus, ut *Dzehebi* in *Tarikh-elislám* monet, inter Muhammedanos par sibi habet]. — 1650. Bahr el-afkár, mare cogitationum, glossae ad glossas *Khayáli*, de quibus sub *Acáid* videatur. — 1651. Bahr el-ansáb, mare genealogiarum. Compendium de gente *Alii Ben Abi Tálib*, quo Deus oblectetur, quod incipit ita: Laus Deo, cujus laudem praedicatores non assequuntur etc. — 1652. Bahr el-auhám, mare errorum. Poëma, auctore *Abu Mohammed Hasan Ben Ali* Poëta, vulgo *Ibn Weki'* dicto [et anno 393 (inc. 10. Nov. 1002) mortuo]. — 1653. Bahr el-ansáb, mare genealogiarum. Liber magnus, auctore Imám *Fakhr-ed-din Rázi*. — 1654. Bahr el-bohúr, mare marium. Commentarius Corani. — 1655. El-Bahr El-Jári, mare fluens de responsis juridicis. *Táj-ed-din Abdallah Ben Ali Bokhári*, qui anno 799 (inc. 5. Oct. 1396) decessit, quaestiones secundum quatuor sectas orthodoxas in eo collegit. — 1656. Bahr el-hecáïc we el-meáni, mare veritatum et sententiarum. Commentarius primae Suratae, auctore *Nejm-ed-din Abu Bekr Abdallah Ben Mohammed Asedi*, vulgo *Daye* dicto et anno . . . mortuo. — 1657. Bahr el-hikmet, mare sapientiae. — 1658. Bahr el-dorer, mare margaritarum. Commentarius Corani, auctore Sheikh *Mohammed Meskin Ferahi* Concionatore, vulgo

الفراهي الواعظ ١٦٥٩ البحر الرّائق شرح كنز الدقائق يأتى فى الكاف ١٦٦٠ البحر الزاخر فى تجريد السراج الوهّاج شرح مختصر القدورى يأتى فى الميم ١٦٦١ البحر الزاخر فى الفروع على مذهب الزيديّة للشريف احمد بن يحيى اوّل المهديّة باليمن كان من رجال القرن العاشر ١٦٦٢ البحر الزخّار والعبلم التيّار فى التأريخ للمولى مصطفى بن السيّد حسن الحسينى المعروف بالجنابى المتوفى سنة ٩٩٩ وهو كتاب كبير فى مجلّدين جمعه من كتب كثيرة ورتّب على مقدّمة واثنين وثمانين بابًا كلّ باب فى دولة وهو اجمع ما جمع فى دول الملوك قبل اسمه العبلم الزاخر والصحيح ما ذكرنا وله مختصره وترجمته بالتركيّة ١٦٦٣ بحر السعادة فارسى للشيخ تاج الدين محمد بن محمد بن ابرهيم الكازرونى الملقّب بحاج حراس وهو فى مجلّد مرتّب على اثنى عشر بابًا فى العبادات والاخلاق فرغ من تأليفه فى شعبان سنة ٩٠١ ١٦٦٤ بحر العلوم فى التفسير للشيخ الفاضل السيد علاء الدين على بن يحيى

Moín dicto. — 1659. El-Bahr El-Ráïc, mare clarum. Commentarius operis *Kunz el-decáïc*, de quo litera *Káf* videatur. — 1660. El-Bahr El-Zákhir, mare tumidum. Excerpta operis *Siráj Wehháj*, quod commentarius est compendii *Codúrï*, de quo in litera *Mím* dicetur. — 1661. El-Bahr El-Zákhir, mare tumidum de jure speciali secundum disciplinam Zeiditarum. Auctor *Sherif Ahmed Ben Yahya*, primus Mehditarum in Yemen, seculo decimo vixit. — 1662. El-Bahr El-Zekhkhár we El-Ailem El-Teyyár, mare exundans et puteus turgidus. Liber magnus historicus duorum voluminum, quem Molla *Mustafa Ben-elseyyid Hasan Hoseini*, vulgo *Jenábi* dictus et anno 999 (inc. 20. Oct. 1590) defunctus, e multis operibus collectum in praefationem et octoginta duo capita disposuit, quae singula dynastiam tractant. Opus est omnium de dynastiis regum copiosissimum, cui alii titulum „*El-Ailem El-Zákhir*“ tribuunt, verus tamen titulus est, quem dedimus. Idem ab auctore in compendium coactum et in linguam turcicam translatum est. — 1663. Bahr el-seádet, mare felicitatis. Volumen persice scriptum et in duodecim capita dispositum de variis cultus modis et moribus, cujus compositionem Sheikh *Táj-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Ben Ibrahím Kazerúni*, cognomine *Hájj Horrás* insignitus, mense Shabán anni 901 (inc. 21. Sept. 1495) ad finem perduxit. — 1664. Bahr el-olúm, mare doctrinarum. Commentarius in Coranum magni ambitus et praestantissimarum institutionum plenus, quas Sheikh bene meritus *Seyyid Alá-ed-dín Ali Ben Yahya*,

السمرقندى ثمّ القرامانى تلميذ الشيخ علآء الدين البخارى المتوفى فى حدود سنة ٨٦٠ بلارنده وهو كتاب كبير فيه فوآئد جليلة انتخبها من كتب التفاسير واضاف اليها فوآئد من عنده بعبارات فصيحة وانتهى الى سورة المجادلة فى اربع مجلّدات ١٦٦٥ البحر العميق فى مناسك المعتمر والحاج الى البيت العتيق لابى البقآء محمد بن احمد بن الضيآء المكى العمرى القرشى الحنفى المتوفى سنة ٨٥٤ وهو كتاب مبسوط اوله الحمد لله الذى جعل البيت الحرام قيامًا للناس الخ رتّب على عشرين بابًا شرع فى تصنيفه وسنّه اربع وعشرون ١٦٦٦ [بحر العوّام فيما اصاب فيه العوامّ للشيخ الامام الفاضل محمد بن ابرهيم بن يوسف المشهور بابن الحنبلى المتوفى سنة ٩٧١] ١٦٦٧ بحر الغرآئب فى لغة الفرس للقاضى لطف الله بن يوسف المشهور بالحليمى جعله منظومًا ومنثورًا ثمّ صنّف كتابًا آخر فى توضيحه وهو المشهور بالقآئمة مشتملا على دفترين الاول فى اللغة والثانى فى العروض والقوافى والبديع ١٦٦٨ البحر الفآئض فى ديوان ابن الفارض يأتى فى الدال ١٦٦٩ بحر الفتاوى ١٦٧٠ بحر الفوآئد الحرفيّة

---

primum Samarcandae et postea Caramaniae inquilinus et Sheikhi *Alá-ed-din Bokhári* discipulus, Larendae circum annum 860 (inc. 22. Dec. 1455) mortuus, e commentariis coranicis cum delectu excerpsit, propriisque institutionibus elegantissime scriptis auxit. Ad Suratam quinquagesimam octavam tantum, *Mujádilet* dictam, progressus quatuor volumina impleverat. — 1665. El-Bahr El-Amíc, mare profundum de ritibus visitantis et peregrinatoris sacri ad antiquam domum. Opus fusum et ita incipiens: Laus Deo, qui domum sacram hominibus columnam fecit etc., quod *Abu'lbecá Mohammed Ben Ahmed Ben Dhiyá-ed-dín Mekki Omari Coreshi* Hanefita, anno 854 (inc. 14. Febr. 1450) defunctus, in viginti capita digessit, et annos quatuor viginti natus componere incepit. — [1666. Bahr el-awwám, mare natatoris de iis, in quibus multitudo verum videt, auctore Sheikh et Imám bene merito *Mohammed Ben Ibrahim Ben Yusuf*, vulgo *Ibn-elhanbalí* dicto et anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuo]. — 1667. Bahr el-gharáïb, mare rerum mirabilium de lingua Persarum, a Cadhi *Lutfallah Ben Yusuf*, vulgo *Halimi* dicto, metrica et prosa oratione conscriptum. Postea alium librum ad illud opus explicandum composuit, nomine *Cáimet* insignitum, qui duos indices complectitur, alterum de lingua, alterum de prosodia, doctrina rhythmorum et ornate dicendi. — 1668. El-Bahr El-Fáïdh, mare exundans, de *Diwáno Ibn-elfáridhi*, de quo litera *Dál* videatur. — 1669. Bahr el-fetáwa, mare decretorum juridicorum. — 1670. Bahr el-fewáïd el-harfíyet,

وسرّ الفرآئد العدديّة ١٦٧١ بحر الفوآئد المشهور بمعانى الاخبار للشيخ ابى بكر محمد بن ابرهيم الكلاباذى البخارى المتوفى سنة ٣٨٠ ١٦٧٢ بحر الفوآئد فى الحساب ١٦٧٣ البحر الفيّاض فى قول المعرّبين ضرب فعل ماضى لاحمد الحبيبى الازهرى وهو رسالة اولها اللهمّ اياك نحمد الخ ١٦٧٤ بحر الكلام للشيخ الامام ابى المعين ميمون بن محمد النسفى الحنفى المتوفى سنة ٥٠٨ ١٦٧٥ بحر الكلام فى شرح اظهار نعمة الاسلام سيف ١٦٧٦ بحر الكمال تركى منظوم لابن الوحى الشهير بحلمى نظمه للسلطان عثمان خان ١٦٧٧ البحر المحيط فى التفسير للشيخ اثير الدين ابى حيان محمد بن يوسف الاندلسى المتوفى سنة ٧٤٥ وهو كتاب عظيم فى مجلّدات ثمّ اختصره فى مجلّدين وسمّاه النهر المادّ من البحر ومختصر تلميذه الشيخ تاج الدين احمد بن عبد القادر ابن مكتوم المتوفى سنة ٧٤٧ سمّاه الدرّ اللقيط اقتصر فيه على مباحثه مع ابن عطيّة والزمخشرى وردّ عليهما ووضع

---

mare instructionum literarum et arcanum margaritarum numerorum. — 1671. Bahr el-fewáïd, mare institutionum utilium, vulgo *Meáni el-akhbár* dictum, auctore Sheikh *Abu Bekr Mohammed Ben Ibrahim Kelábádzi Bokhári*, anno 380 (inc. 31. Mart. 990) mortuo. — 1672. Bahr el-fewáïd, mare institutionum utilium de arithmetica. — 1673. El-Bahr El-Feyyádh, mare exundans, auctore *Ahmed Hebíbi Azheri*. Tractatus de dicto Grammaticorum, formam „*dharaba*“ esse verbum perfecti. Incipit ita: O Deus, Te laudamus etc. — 1674. Bahr el-kelám, mare orationis, auctore Sheikh et Imám *Abu'lmoín Meimún Ben Mohammed Nesefi* Hanefita, anno 508 (inc. 7. Jun. 1114) mortuo. — 1675. Bahr el-kelám, mare orationis. Commentarius operis *Itzhár nimet el-islám*, de quo vide antea. — 1676. Bahr el-kemál, mare perfectionis. Poëma turcicum, quod *Ibn-elwahyi*, vulgo *Hilmi* dictus, Sultano *Othmán Khán* condidit. — 1677. El-Bahr El-Mohít, mare circumfluens. Commentarius in Coranum amplus plurium voluminum, quem Sheikh *Athír-ed-din Abu Heyyán Mohammed Ben Yusuf Andalusi*, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) defunctus, composuit, et postea in epitomen duorum voluminum coëgit *El-Nahr El-Mádd min El-Bahr* inscriptam. Aliam ejus epitomen, *El-Dorr El-Leckít* nominatam, Sheikh *Táj-ed-dín Ahmed Ben Abd-el-cádir Ibn Mektúm* discipulus ejus, anno 747 (inc. 24. Apr. 1346) defunctus, publicavit, in qua non nisi auctoris controversias cum *Ibn Atíya* et *Zamakhsheri* dedit, eosque refutavit, et *Zamakhsheri*

ش علامة الزمخشرى وع لابن عطيّة وح لابن حيّان اوله الحمد لله الذى انزل القرآن وجعله حجّة الخ ١٦٧٨ البحر المحيط فى شرح الوسيط يأتى فى الواو ١٦٧٩ البحر المحيط فى الاصول للامام بدر الدين محمد بن عبد الله الزركشى الشافعى المتوفى سنة ٧٩٤ ١٦٨٠ البحر المحيط فى الفروع لفخر الائمّة بديع ابن منصور الحنفى وهو المشهور بمنية الفقهآء ١٦٨١ بحر المذهب فى الفروع للشيخ الامام ابى المحاسن عبد الواحد بن اسمعيل الرويانى الشافعى المتوفى سنة ٥٠٢ وهو بحر كاسمه ١٦٨٢ بحر المعاد فى ارشاد العباد منظومة فارسيّة للطالبى ذكر فيه انّه نظمه فى سفرته الى الروم سنة ٩٥٥ اوله

این نامه بنام حی بیچون

١٦٨٣ بحر المعارف تركى لمصطفى بن شعبان المشهور بالسرورى المتوفى سنة ٩٩٩ جمع فيه قواعد الشعر والعروض والقافية لمصطفى خان ابن السلطان سليمان ورتّب على مقدّمة وثلاث

---

litera *Shín*, *Ibn Atíya* litera *Aïn*, *Ibn Heyyán* litera *Há* significavit. Incipit ita: Laus Deo, qui Coranum demisit eumque argumentum fecit etc. — 1678. El-Bahr El-Mohít, mare circumfluens. Commentarius operis *Wesít*, de quo litera *Wáw* videatur. — 1679. El-Bahr El-Mohít, mare circumfluens de principiis, auctore Imám *Bedr-ed-dín Mohammed Ben Abdallah Zerkeshi* Shafiita, anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuo. — 1680. El-Bahr El-Mohít, mare circumfluens. Liber de partibus juris specialibus, vulgo *Munyet el-focahá* dictus, auctore *Fakhr el-aïmmet Bedí' Ibn Mansúr* Hanefita. — 1681. Bahr el-madzhab, mare sectae de partibus juris specialibus, auctore Sheikh et Imám *Abu'lmehásin Abd-el-wáhid Ben Ismaíl Ruyáni* Shafiita, anno 502 (inc. 11. Aug. 1108) defuncto. Mare est nomini suo respondens. — 1682. Bahr el-meád, mare reditus. Poëma persicum de servis Dei in viam rectam dirigendis. Narrat auctor *Tálibi*, se illud in Rumeliam iter facientem anno 955 (inc. 11. Febr. 1548) condidisse. Incipit ita:

Hic liber nomine Dei vivi, qui parem sibi non habet.

1683. Bahr el-meárif, mare cognitionum. *Mustafa Ben Sha'bán*, vulgo *Sorúri* dictus et anno 969 (inc. 11. Sept. 1561) defunctus, in hoc opere turcico praecepta poeticae, prosodiae et doctrinae rhythmorum *Mustafa Kháno* filio Sultani *Soleimán* collegit, illud in praefationem, tres dissertationes et conclusionem disposuit,

مقالات وخاتمة وفرغ فى صفر سنة ٩٥٦ ١٦٨٤ بحر المقال والبيان فى الكلام على الميزان يأتى فى الميم ١٦٨٥ البحر المواج فى شرح المنهاج فى الفروع يأتى ايضا ١٦٨٦ البحر المورود فى المواثيق والعهود للشيخ عبد الوهاب بن احمد الشعرانى المتوفى سنة ٩٦٠ دسّ فيه بعض اعدآئه ما يخالف الشرع ووقعت الفتنة فى القاهرة لاجله ذكره فى الميزان ١٦٨٧ بحر النحو للشيخ ابى عبد الله محمد بن يوسف الكفرطابى [المعروف بابن المنيرة] المتوفى سنة ٥٠٣ نقض فيه مسآئل كثيرة على اصول النحاة ١٦٨٨ بحر الوقوف فى علم الاوقاف والحروف للشيخ شهاب الدين احمد بن يوسف البونى ١٦٨٩ بحريّة تركى لپيرى رئيس بن الحاج محمد المقتول سنة ٩٦٣ ذكر فيه احوال بحر الروم وجزآئره ومسالكه ومراسيه باشكالها واعداه الى السلطان سليمان خان فى حدود سنة ٩٣٠ وذكر فى اوّله احوال الخرآئط وقواعد الملّاحين السآئرين فى بحر الهند نظمًا ونثرًا وهى نسختان احداهما ابسط قليلًا من الاخرى وفى

---

et mense Safar anni 956 (inc. 30. Jan. 1549) ad finem perduxit. — 1684. Bahr el-mecál we el-beyán, mare dictionis et expositionis, in quo de opere *Mizán* disputatur. Vide literam *Mím*. — 1685. El-Bahr El-Mewwáj, mare tempestuosum. Commentarius operis *Minhúj* de partibus juris specialibus, de quo pariter infra videndum. — 1686. El-Bahr El-Maurúd, mare, ex quo de foederibus et pactis hauriendum est, auctore Sheikh *Abd-el-wehháb Ben Ahmed Sha'ráni* anno 960 (inc. 18. Dec. 1552) defuncto. Quidam ex ejus inimicis in hoc libro, quae legi repugnarent, indagaverat, eamque ob causam, ut in opere *Mizán* legitur, tumultus Cahirae motus est. — 1687. Bahr el-nahw, mare syntaxis. Sheikh *Abu Abdallah Mohammed Ben Yusuf Kafrtábi*, [vulgo *Ibn-elmoníret* dictus et] anno 503 (inc. 31. Jul. 1109) defunctus, in eo multas quaestiones secundum principia Grammaticorum perlustrat. — 1688. Bahr el-wocúf, mare intelligentiae de doctrina quadratorum talismanicorum et literarum, auctore Sheikh *Sheháb-ed-din Ahmed Ben Yusuf Buni*. — 1689. Bahríyet, opus de mari turcice scriptum, in quo *Piri Reyís Ben-elhájj Mohammed*, anno 962 (inc. 26. Nov. 1554) decollatus, qualitates maris mediterranei, ejus insulas, tractus, portus cum eorum imaginibus describit. Obtulit illud Sultano *Soleiman Khán* circa annum 930 (inc. 10. Nov. 1523), in ejusque initio de chartarum geographicarum ratione et regulis nautis mare Indicum navigantibus observandis soluta et ligata oratione disputat. Recensiones duae sunt, quarum prior paulum copiosior altera est et ab

اوّلها نظم والاخرى ليست كذلك ١٦٩٠. بحريّة رسالة كالقلميّة-انشأها يحيى بن عبد الحليم الشهير باخى زاده المتوفى سنة ١٠٢٠ ١٦٩١ بدآء الدنيا للشيخ [محمد بن عبد الله] الكسائى ١٦٩٢ بدآء المخلوقات للامام الحافظ ابى عبد الله محمد بن اسمعيل البخارى المتوفى سنة ٢٥٦ ١٦٩٣ البدآء والتأريخ للشيخ الامام ابى زيد احمد بن سهل البلخى المتوفى سنة ٣٤٠ وهو كتاب مفيد مهذّب عن خرافات العجائز وتزاويز القصّاص لانّه تتبّع فيه صحاح الاسانيد فى مبدآء الخلق ومنتهاه فابتدأ بذكر حدود النظر والجدل واثبات القديم ثمّ ذكر ابتدآء الخلق وقصص الانبيآء واخبار الامم وتواريخ الملوك والخلفآء الى زمانه فى ثلاثة وعشرين فصلًا وهو فى مجلّد واحد ١٦٩٤ بداعة المتحيّرة وعجالة المتوقّرة لابى البحر صفوان ابن ادريس الكاتب ١٦٩٥ بداية المبتدى فى الفروع للشيخ الامام ابى الحسن على بن ابى بكر المرغينانى الحنفى المتوفى سنة ٥٩٣ مختصر اوله الحمد لله الذى هدانا الى بالغ حكمه الخ

---

initio carmina continet, quibus altera caret. — 1690. Bahríyet, tractatus de mari ad modum carminis *Calemíyet*, quem *Yahya Ben Abd-el-helím*, vulgo *Akhizádeh* dictus et anno 1020 (inc. 6. Mart. 1611) mortuus, conscripsit. — 1691. Bedá el-dunya, initium mundi, auctore Sheikh [*Mohammed Ben Abdallah*] *Kisái*. — 1692. Bedá el-makhlucát, initium rerum creatarum, auctore Imám Háfitz *Abu Abdallah Mohammed Ben Ismaíl Bokhári*, anno 256 (inc. 9. Dec. 869) mortuo. — 1693. El-Bedá we El-Taríkh, initium et historia, auctore Sheikh et Imám *Abu Zeid Ahmed Ben Sahl Balkhi*, anno 340 (inc. 9. Jun. 951) mortuo. Liber ad discendum utilis, a fabulis vetularum et commentis narratorum purgatus, cum auctor in eo vera, quae de initio mundi ejusque decursu tradita sunt, persecutus est ita, ut a terminis speculationis et controversiae definiendis et sensu antiquitatis stabiliendo inciperet. Deinde initium creationis, res prophetarum gestas, populorum fata, et regum atque Khalifarum historias usque ad tempus suum in viginti tribus sectionibus, uno volumine comprehensis, enarrat. — 1694. Bodáhet el-motehayyiret we ojálet el-motewaffiret, oratio extemporalis attonitorum et subita dictio reverentium, auctore *Abu'lbahr Sefwán Ben Idrís* Scriba. — 1695. Bedáyet el-mubtedi, initium tironis. Compendium Sheikhi et Imámi *Abu'lhasan Ali Ben Abi Bekr Marghináni* Hanefitae anno 593 (inc. 24. Nov. 1196) mortui, de partibus juris specialibus, ita incipiens: Laus Deo qui nos ad efficacissimam suarum sapientiarum

ذكر فيه انّه جمع بين مختصر القدورى والجامع الصغير واختار ترتيب الجامع الصغير تبرّكًا بما اختاره محمد بن الحسن قال ولو وقفت لشرحه ارسمه بكفاية المنتهى وهذا الشرح ليس بموجود امّا الهداية فسيأتى فى الهآء مع شروحها ونظم البداية لابى بكر بن على العاملى المتوفى سنة ٧٩٥ ١٩٩٩ بداية الهداية فى الموعظة للامام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ وهو مختصر ذكر فيه ما لا بدّ لعامّة المكلّفين والطالبين من العادات والعبادات ٥

١٩٩٧ بداية الهداية فى الفروع لابى البركات عبد الرحمن بن محمد الانبارى المتوفى سنة ٥٧٧

١٩٩٨ البداية والنهاية فى التأريخ للامام الحافظ عماد الدين ابى الفدا اسمعيل بن عمر المعروف بابن كثير الدمشقى المؤرّخ المتوفى سنة ٧٧٤ وهو كتاب مبسوط فى عشر مجلّدات اعتمد نقله على النصّ من الكتاب والسنة فى وقايع الالوف السالفة وميّز بين الصحيح والسقيم والخبر الاسرائيلى وغيره ورتّب ما بعد الهجرة على السنوات الى آخر عصره قال ابن ١٠

---

duxit etc. Monet auctor, se in hoc libro compendium *Codúri*i et opus *Jámi' Saghír* conjunxisse, et dispositionem *Jámi'*i *Saghír* ob felicem successum praeoptasse, quem *Mohammed Ben-elhasan* ex illa praeoptanda habuerit. Si forte, pergit, ad librum explicandum aggrederer, commentarium nomine *Kifáyet el-muntehi* insignirem. Hic commentarius autem non invenitur. De opere *Hidáyet* et ejus commentariis vide infra in litera *Há*. Opus *Bedáyet Abu Bekr Ben Ali Amili*, anno 765 (inc. 10. Oct. 1363) mortuus, metrice exaravit. — 1696. Bedáyet el-hidáyet, initium directionis. Compendium paraeneticum, in quo Imám *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuus, de ritibus et variis cultus modis disputat, quibus vulgus piorum lege ascetica adstrictorum et adspirantium carere non potest. — 1697. Bedáyet el-hidáyet, initium directionis de partibus juris specialibus, auctore *Abu'lberakát Abd-el-rahman Ben Mohammed Anbári*, anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) mortuo. — 1698. El-Bedáyet we El-Nihayet, initium et finis. Opus historicum copiosissimum decem voluminibus comprehensum et ab Imám Háfitz *Imád-ed-din Abu'lfedá Ismaíl Ben Omar Dimeshcki* Historiographo, vulgo *Ibn Kethír* dicto et anno 774 (inc. 3. Jul. 1372) mortuo, compositum. Auctor ea, quae de eventis seculorum praeteritorum tradidit, verbis Corani et Sunnae propriis stabilivit, verum a falso, res ab Israelitis traditas et alia bene distinxit, et quae post fugam *Mohammed*is gesta sunt, in annos usque ad temporis sui finem disposuit. *Ibn*

شهبه وقفت عليه بخطّه من سنة ٧٤١ الى آخر سنة ٥١ وسنة ٥٩ ايضا ومن سنة ٦٢ الى آخر سنة ٦٨ وما عدا ذلك وقفت على مختصر منه لخّصه بعض اصحابنا قال وهو ممّن جمع بين الحوادث والوفيات واجود ما فيه السير النبويّة وقد اخلّ بذكر خلائق من العلمآء والمشهور انّ تأريخه انتهى الى آخر سنة ٧٣٨ وهو آخر ما لخّصه من تأريخ البرزالى وكتب حوادث الى قبيل وفاته بسنتين انتهى وقد لخّصه العينى ايضا فى تأريخ البدر تمامًا واختصره الحافظ ابو الفضل احمد بن على ابن حجر المتوفى سنة ٨٥٢ وترجمة الاصل بالتركيّة لمحمود بن محمد ابن دلشاد ١٦٩٩ البداية والنهاية فى الموعظة للشيخ الامام ابى جعفر محمد بن ابى على الهمدانى ١٧٠٠ البداية والنهاية فى علم الرماية لبعض المتأخّرين وهو مختصر اوله الحمد لله العالم بخفيات الاسرار الخ الّفه فى شعبان سنة ٧٧٥ ١٧٠١ البداية فى الكلام لابى تراب ابرهيم بن عبيد الله مختصر على اربعة مقاصد اوله نحمده على آلآئه الخ ثمّ شرحه

Shohbeh: Vidi, inquit, historiam propria auctoris manu scriptam ab anno 741 (inc. 27. Jun. 1340) ad finem anni 51 (inc. 11. Mart. 1350), itemque annum 59 (inc. 14. Dec. 1357), et ab anno 62 (inc. 11. Nov. 1360) ad finem anni 68 (inc. 7. Sept. 1366), et quae hunc annum excedunt, in epitome vidi ex illa ab aliquo amicorum nostrorum facta. Hunc dicit in eorum numero esse, qui res gestas et virorum illustrium mortes conjunxerint, optimamque in compendio partem esse vitas prophetarum, at eum mores virorum doctorum non satis descripsisse, atque notum esse, historiam ejus ad finem anni 738 (inc. 30. Jul. 1337) progredi, et hunc annum ultimum esse, cujus historiam e *Tarikh Berzáli* extraxerit, res gestas tamen eum ad duos annos ante mortem suam perscripsisse. Haec ille. — Potiora ejus plene excerpsit *Aini* quoque in *Tarikh El-Bedr*, et compendium ejus Háfitz *Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) defunctus, edidit, archetypumque turcice a *Mahmúd Ben Mohammed Ben Dilshád* versum est. — 1699. El-Bedáyet we El-Nihayet, initium et finis. Opus paraeneticum, auctore Sheikh et Imám *Abu Jafar Mohammed Ben Abi Ali Hemdáni*. — 1700. El-Bedáyet we El-Nihayet, initium et finis. Compendium de arte jaculandi, quod aliquis seriorum mense Shában anni 775 (inc. 23. Jun. 1373) composuit. Incipit ita: Laus Deo, qui arcana mysteriorum cognita habet etc. — 1701. El-Bedáyet fi el-kelám, initium. Compendium de metaphysica in quatuor *Mecásid* dispositum et ita incipiens: Laudamus eum pro beneficiis etc., quod *Abu Torab Ibrahim Ben Obeidallah* composuit. Deinde illud

شرحًا ممزوجًا اوله بداية الكلام بذكر الملك العلّام الخ ذكر فيه انّه اورد اعتراضات الشارح الفاضل على قوشجى على السيّد واجاب عنها وذكر فى خطبته اسم السلطان سليم خان ابن بايزيد خان ١٧٠٢ بدايع الآثار ١٧٠٣ بدايع الاخبار وروايع الاشعار لابى يوسف يعقوب ابن سليمان الاسفرائنى المتوفى سنة ٤٨٨ ١٧٠٤ بدايع الاسحار فى صنايع الاشعار قصيدة رآئية فارسيّة مشتملة على طرف من البديع لجمال الدين محمد بن ابى بكر القوانى المطرزى الكنجى وشرحها محمود بن [عثمان بن] عبد الله النجانى النيسابورى شرحًا فارسيًّا اوضح مشكلاته بامثلة واهداه الى وزير غياث الدين اوله لحمد لله البديع المبدع للبدايع الخ ١٧٠٥ بدايع البداية لجمال الدين ابى لحسن على بن ظافر الوزير الازدى المصرى المتوفى سنة ٦٢٣ وله ذيله ايضا ١٧٠٦ بدايع البديع ١٧٠٧ بدايع الزهور فى وقايع الدهور لمحمد بن اياس الاديب المصرى وهو من تواريخ مصر فى مجلّدين [بل اربع مجلّدات] اوله الحمد

---

commentatus est ita, ut textum adderet, commentariusque incipit a verbis: Initium orationis fit a mentione regis omnia scientis etc. Monet in eo, se illa proferre, quae *Ali Cushji* commentator bene meritus contra *Seyyid* disputaverit, haecque refutare. In praefatione nomen Sultani *Selím Khán Ibn Bayezíd Khán* commemorat. — 1702. Bedáye' el-athár, monumenta rarissima. — 1703. Bedáye' el-akhbár, we rewáje' el-ash'ár, narrationes mirabiles et carmina graviter commoventia, auctore *Abu Yusuf Jacúb Ben Soleimán Isferáïni*, anno 488 (inc. 11. Jan. 1095) mortuo. — 1704. Bedáye' el-as'hár, incantamenta mirabilia. *Casída* persica de carminum artibus in *Rá* exitum habens, quae partem doctrinae ornate dicendi continet, auctore *Jemál-ed-din Mohammed Ben Abi Bekr Cawáfi Motarrezi Kenji*. Illam *Mahmúd Ben* [*Othmán Ben*] *Abdallah Nejáti Nisabúri* persice commentatus est difficultates ejus exemplis explicans, commentariumque, qui ita incipit: Laus Deo, creatori res rarissimas primum producenti etc., Wezíro *Ghiyáth-ed-din* obtulit. — 1705. Bedáye' el-bedáyet, res initii mirabiles, auctore *Jemál-ed-din Abu'lhasan Ali Ben Tzáfir Azdi Misri* Wezír, anno 623 (inc. 2. Dec. 1226) mortuo. Idem in appendice librum continuavit. — 1706. Bedáye' el-bedí', res doctrinae ornate dicendi mirabiles. — 1707. Bedáye' el-zohúr fi wecáye' el-dohúr, miracula splendoris in eventis temporum, auctore *Mohammed Ben Iyás Misri* Philologo. Una Aegyptiarum historiarum est duobus [vel potius quatuor] voluminibus comprehensa,

لله الذى فاوت بين العباد الخ اورد فيه فوآئد سنيّة تصلح لمجالس الجليس خصّه من نحو سبعة وثلثين كتبًا وذكر ما وقع فى القرآن والحديث من فضآئل مصر وما اشتملت عليه من العجآئب ومن نزلها ودخلها من الانبيآء ومن ملكها الى الجراكسة ونشأ بها من الاعيان على ترتيب الشهور والاعوام وانتهى فيه الى سنة ٩٢٨ ١٧٠٨ بدايع الزهور فى وقايع الدهور تأريخ ايضا للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ اوله الحمد لله القديم الاوّل الخ ذكر فيه انّه انتقاه من اثنين وثلثين تأريخًا فذكر نوادر الوقايع من مبدأ الخلق الى زمانه قدّم الانبيآء ثمّ الخلفآء ثمّ الملوك لكنّه لم يكمله ١٧٠٩ بدايع الصنايع فى شرح تحفة الفقهآء يأتى ١٧١٠ بدايع الصنايع رسالة فارسيّة للشمس الفخرى ١٧١١ بدايع صنيع للامام حجّة الاسلام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ ١٧١٢ بدايع الفوآئد للشيخ شمس الدين محمد بن ابى بكر المعروف بابن قيم الجوزية الدمشقى الحنبلى المتوفى سنة ٧٥١

---

quae incipit ita: Laus Deo inter homines distinguenti etc. Auctor in ea res pretiosas et ad discendum utilissimas, quae consessibus convivae optime conveniunt, protulit, easque ex circiter septem et triginta libris excerpsit. Ordinem mensium et annorum sequens enarrat, quae in Corano et Sunna de virtutibus Aegypti praestantibus leguntur, quas res mirabiles illa contineat, qui prophetae eam habitaverint et intraverint, qui usque ad dynastiam Circassiorum eam regnaverint, qui viri spectati in ea educati sint. Progressus est ad annum 928 (inc. 1. Dec. 1521). — 1708. Bedáye' el-zohúr fi wecáye el-dohúr, miracula splendoris in eventis temporum. Opus pariter historicum ita incipiens: Laus Deo aeterno primo etc., auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Monet in eo, se illud ex triginta duobus libris historicis cum delectu conflasse, ita ut res gestas splendidiores ab initio mundi usque ad suam aetatem enarraret. Primum prophetas commemorat, tum Chalifas et post hos reges, neque tamen opus ad finem perduxit. — 1709. Bedáye' el-senáye', artes plane novae. Commentarius operis *Tohfet el-focahá*, de quo infra. — 1710. Bedáye' el-senáye', artes plane novae. Tractatus persicus, auctore *Shems-ed-dín Fakhri*. — 1711. Bedáye' seni', res artificii novae, auctore Imám *Hojjet-el-islám Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. — 1712. Bedáye' el-feráïd, miracula margaritarum, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abi Bekr Dimeshcki* Hanbalita, vulgo *Ibn Cayyim-eljauzíyet* dicto et anno 751 (inc. 11. Mart.

١٧١٣ بدايع القرآن لابن ابى الاصبع [زكى الدين ابى محمد عبد العظيم بن عبد الواحد القيروانى ثمّ المصرى المتوفى سنة ٦٥٤] ١٧١٤ بدايع المطالع لمصطفى بن احمد المعروف بعالى الدفترى المتوفى سنة ١٠٠٨ ١٧١٥ بدايع الملح لصدر الافاضل قاسم بن حسين الخوارزمى النحوى [الحنفى] المتوفى سنة ٦١٧ ١٧١٦ بدايع الوسط لمير على شير الوزير الشهير بنوائى المتوفى سنة ٩٠٦ وهو ديوانه الثالث ١٧١٧ البدايع فى الصنايع مختصر اوله الحمد لله الذى خصّ من شآء بما شآء الخ ١٧١٨ بدر رياض المعارف وشمس سمآء اللطآئف فى علم الاسمآء ١٧١٩ البدر السافر وتحفة المسافر فى الوفيات لكمال الدين جعفر بن ثعلب الادفوى المتوفى سنة ٧٤٩ واكثر تراجمه من القرن السابع ١٧٢٠ البدر المنير فى خواصّ الاكسير للشيخ الامام ايدمر بن على الجلدكى المصرى شرح فيه قول صاحب الشذور فى اللام الف فى البيت التاسع الذى يقول فيه اخونا

باتى بعشرين من الفلك العالى

1350) mortuo. — 1713. Bedáye' El-Cor'an, miracula Corani, auctore *Ibn Abi Asba'* [*Zeki-ed-din Abu Mohammed Abd-el-atzim Ben Abd-el-wáhid*, primum Cairawanae et postea Misrae inquilino, annoque 654 (inc. 30. Jan. 1256) mortuo. — 1714. Bedáye' el-metáli', ortus siderum memorabiles, auctore *Mustafa Ben Ahmed Defteri*, vulgo *Ali* dicto et anno 1008 (inc. 14. Jul. 1599) mortuo. — 1715. Bedáye' el-molah, miracula narrationum, auctore *Sadr-elafádhil Cásim Ben Hosein Khowarezmi* Grammatico [Hanefita], anno 617 (inc. 8. Mart. 1220) mortuo. — 1716. Bedáye' el-waset, miracula exquisita, auctore *Mír Alishír* Wezír, vulgo *Newáyi* dicto et anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuo. Hoc ejus opus poëmatum tertium est. — 1717. El-Bedáye' fi el-senáye', miracula. Compendium de artibus ita incipiens: Laus Deo, qui iis, quibus vult, peculiariter tribuit, quod vult etc. — 1718. Bedr riyádh el-meárif, luna hortorum cognitionum et sol coeli subtilium observationum de doctrina nominum. — 1719. El-Bedr El-Sáfir we Tohfet el-musáfir, luna illucescens et beneficium viatoris. Opus biographicum, maximam partem biographias seculi septimi continens, auctore *Kemál-ed-dín Jafar Ben Thaleb Adfewi*, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuo. — 1720. El-Bedr El-Monír, luna splendens de virtutibus lapidi sapientium propriis. Sheikh et Imám *Eidemir Ben Ali Jildeki Misri* in hoc opere dictum auctoris libri *El-Shodzúr* in sectione *Lam Elif* versu nono, ubi frater noster dicit:

Quod ego per viginti alti orbis coelestis

ليحصر مهملًا ففسّر بعشرين دورة وله ١٧٢١ البدر المنير فى ينبوع الاكسير ألّفه بدمشق
١٧٢٢ البدر المنير فى تخريج احاديث الشرح الكبير وهو شرح الوجيز يأتى فى الواو
١٧٢٣ البدر المنير فى علم التعبير للشيخ شهاب الدين احمد بن عبد الرحمن المقدسى
المتوفى سنة ٦٩٧ وهو من الكتب المتوسّطة فيه وشرحه لحنبلى ١٧٢٤ البدر المنير فى شرح
التيسير يأتى ١٧٢٥ البدر الذى انجلى فى مسئلة الولآء للشيخ جلال الدين عبد الرحمن
ابن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ١٧٢٦ بدر الواعظين وذخر العابدين لعبد اللطيف
المشهور بابن الملك فى مجلّد اوله الحمد لله الذى صيّر العلمآء للارشاد الخ رتّب
على عشرين مجلسًا مشتملًا على الاحاديث والآثار والحكايات والاشعار واهداه الى
السلطان بايزيد بن محمد خان وذكر انّ تأريخ تأليفه لفظ فآئض ١٧٢٧ البدع
جمع بدعة وهى عرفًا ما احدثوه بعد النبىّ صلعم من العادات والعبادات وفيه

---

ad rem incertam definiendam commentatus est ita, ut ad „per viginti“ mente addendum esse „cyclos“ juberet. — Idem auctor est libri — 1721. El-Bedr El-Monír, luna splendens de fonte lapidis sapientium, quem Damasci composuit. — 1722. El-Bedr El-Monír, luna splendens de traditionibus e Commentario Magno extrahendis. Commentarius hic scriptus est in opus *Wejíz*, de quo litera *Wáw* videatur. — 1723. El-Bedr El-Monír fi ilm el-ta'bír, luna splendens de arte somnia interpretandi, auctore Sheikh *Sheháb-ed-dín Ahmed Ben Abd-el-rahman Mocaddesi*, anno 697 (inc. 19. Oct. 1297) mortuo. Liber pertinet ad intermedios de hac doctrina scriptos, eumque *Hanbali* interpretatus est. — 1724. El-Bedr El-Monír, luna splendens. Commentarius libri *Teisír*, de quo vide infra. — 1725. El-Bedr, luna splendide apparens de quaestione haereditatis manumissione vel amicitia captae, auctore Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 1726. Bedr el-wáïtzín we dzokhr el-ábidín, luna praedicatorum et thesaurus adorantium. Volumen in viginti consessus distributum et traditiones, effata sociorum prophetae, narrationes et poëmata complectens, quod Sultano *Bayezíd Ben Mohammed Khán* obtulit, tempus, quo opus composuerit, contineri monens verbo *fáïdh* i. e. anno 891 (inc. 7. Jan. 1486). Incipit ita: Laus Deo, qui viros doctos ad bene dirigendum fecit etc. — 1727. El-Bida', res novae, pluralis est vocis *bid'et*, quae secundum dictionem usu acceptam consuetudines et varias cultus rationes significat, quas post prophetam novarunt. De hac re inter alios

كتب منها الباعث على انكار البدع والحوادث ودرر المباحث ١٧٢٨ بدعة الخاطر ومتعة الناظر
فى الكنايات لابى زيد عبد الحق بن على وهو كتاب كبير فى ثلاث مجلّدات ١٧٢٩ البدور
التامّات فى بديع المقامات للشيخ محمد بن منصور الحداد ١٧٣٠ البدور الزاهرة فى القرآات
العشرة المتواترة لسراج الدين عبد الله بن قاسم الانصارى المصرى الشهير بالنشار المتوفى
سنة وهو فى مجلّد اوله الحمد لله الذى علّم الانسان ما لم يعلم الخ ذكر فيه انّه اورد كلّ
مسئلة فى محلّها لتسهيل مطالعته ١٧٣١ البدور السافرة فى امور الآخرة للشيخ جلال
الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المذكور وهو مجلّد اوّله الحمد لله الذى
خلق السموات والارض الخ ذكر انّه انجز به ما وعد فى خطبة كتاب البرزخ من
كتاب شاف فى علوم الآخرة مستوعبًا لاحوال النفخ والبعث واهوال الموقف والجنّة والنار
متتبّعًا لذلك من الآيات والاحاديث والآثار ورتّب على ابواب مرسلة وقرى عليه فى مجالس
آخرها تاسع جمادى الاولى سنة اربع وثمانين وثمانمأئة ١٧٣٢ البدور المنيرة فى

---

libri compositi sunt *El-Báith ala inkár el-bid'a we el-hewádith* et *Dorer el-mebáhith*. — 1728. Bid'et el-khátir we mit'et el-nátzir, nova inventio animi cogitantis et fructus speculantis. Magnus liber trium voluminum de cognominibus, auctore *Abu Zeid Abd-el-hacc Ben Ali*. — 1729. El-Bodúr El-Támmát, lunae plenae de iis, quae in consessibus (*Mecámát*) ornate dicta sunt, auctore Sheikh *Mohammed Ben Mansúr Heddád*. — 1730. El-Bodúr El-Záhiret, lunae splendentes de decem recensionibus Corani a majoribus traditis et usu receptis, auctore *Siráj-ed-din Abdallah Ben Cásim Ansári Misri*, vulgo *Neshshár* dicto et anno . . . mortuo. Volumen ita incipiens: Laus Deo qui hominem docuit, quod ignoravit etc. Narrat auctor, se in libro singulas quaestiones loco suo ad ejus lectionem faciliorem reddendam protulisse. — 1731. El-Bodúr El-Sáfiret, lunae splendentes. Volumen de rebus vitae alterius ita incipiens: Laus Deo qui coelum et terram creavit etc. Auctor Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti* modo laudatus monet, se illo conficiendo iis, quae in praefatione libri *Berzakh* promiserit, satisfecisse. Se enim librum integrum voluisse scribere de doctrinis rerum ultimarum, qui plene et perfecte tractet, quae ad tubam, resurrectionem, terrores loci extremi judicii, paradisum, ignem pertineant, ita ut in hunc finem versus coranicos, traditiones et effata sociorum prophetae perlustraverit. Opus in capita libere se excipientia disposuit, illudque coram ipso in consessibus legebatur, quorum ultimus nono die mensis Jomádi primi anni 884 (inc. 25. Mart. 1479) habebatur. — 1732. El-Bodúr El-Moníret, lunae

ذكر بنى ظهيرة بمكة ١٧٣٣ بدر الشعاع فى احكام السماع رسالة للشيخ بدر الدين حسن بن علآء الدين القونوى [المصرى المتوفى سنة ٧٧٦] الّفها فى جمادى الآخر سنة ٧٦٧

١٧٣٤ علم بدايع القرآن

ذكره المولى ابو الخير من جملة فروع علم التفسير ولا يخفى انّه هو علم البديع الّا انّه وقع فى الكلام القديم

١٧٣٥ علم البديع

هو علم يعرف به وجوه تفيد الحسن فى الكلام بعد رعاية المطابقة لمقتضى المقام ووضوح الدلالة على المرام فانّ هذه الوجوه انّما تعدّ محسنة بعد تينك الرعايتين والّا لكان كتعليق الدرر على اعناق الخنازير فمرتبة هذا العلم بعد مرتبة علمى المعانى والبيان حتى انّ بعضهم لم يجعله علمًا على حدة وجعله ذيلًا لهما لكنّ تأخّر رتبته لا يمنع كونه علمًا

---

splendentes. Historia tribus Meccanae *Beni Tzahíret.* — 1733. Bedr el-shiá' fi ahkám el-simá', luna radiorum. Tractatus de legibus musicae, quem Sheikh *Bedr-ed-din Hasan Ben Alá-ed-din Cunewi* [*Misri*, anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) mortuus] Jomádi secundo anni 767 (inc. 18. Sept. 1365) confecit. —

1734. Ilm bedáye' El-Cor'an. Doctrina figurarum in Corano obviarum.

Molla *Abu'lkheir* eam in numero doctrinarum exegesis coranicae commemorat, constat autem, eandem esse cum doctrina *Bedí'*, praeterquam quod illa ad verbum Corani aeternum transferatur.

1735. Ilm el-bedí'. Doctrina ornate dicendi.

Haec est ea doctrina, qua rationes cognoscuntur elegantiae orationi intexendae, ratione habita convenientiae, quam locus et clara voluntatis enunciatio postulat. His rationibus enim non nisi harum duarum rerum respectu facultas orationem elegantem reddendi tribuitur, alioquin idem esset, ac si uniones cervicibus suum affigerentur. Illi doctrinae autem locus datus est post doctrinas sententiarum (*Ilm el-meáni*) et expositionis (*Ilm el-beyán*), ita ut nonnulli eam singularem doctrinam non haberent, sed his appendicis loco adjungerent; neque tamen ordo ejus posterior impedire potest, quominus doctrina absoluta et integra sit, et si ejusmodi rerum ratio haberetur, multae

مستقلًّا ولو اعتبر ذلك لما كان كثير من العلوم علمًا على حدة فتأمّل وظهر من هذا موضوعه وغرضه وغايته وامّا منفعته فاظهار رونق الكلام حتى يلج الاذن بغير اذن ويتعلّق بالقلب من غير كدّ وانّما دوّنوا هذا العلم لانّ الاصل وان كان لحسن الذاتى وكان المعانى والبيان ممّا يكفى فى تحصيله لكنّهم اعتنوا بشأن الحسن العرضى ايضا لانّ الحسناء اذا عريت من المزيّنات ربّما يذهل بعض القاصرين عن تتبّع محاسنها فيفوت التمتّع بها ثمّ انّ وجوه التحسين الزّائد امّا راجعة الى تحسين المعنى اصالة وان كان لا يخلو عن تحسين اللفظ تبعًا وامّا راجعة الى تحسين اللفظ كذلك فالاولى تسمّى معنويّة والثانية لفظيّة وهذا الفنّ ذكره اهل البيان فى آخر علم البيان الّا انّ المتأخّرين زادوا عليها شيئًا كثيرًا ونظموا فيه قصآئد وألّفوا كتبًا ومن الكتب المختصّة بعلم البديع كتاب البديع لابى العبّاس عبد الله بن المعتزّ العبّاسى المتوفى سنة ٢٩٦ وهو أوّل من صنّف فيه وكان جملة ما جمع منها سبعة عشر نوعًا الّفه سنة اربع وسبعين ومأتين ولابى احمد العسكرى المتوفى سنة ٣٨٧ وشهاب الدين احمد

---

doctrinae in numero singularium non essent ponendae. Jam fac rem animo attento expendas. Hinc etiam objectum ejus patet et consilium et summus finis. Ejus utilitas autem in splendore orationis manifestando cernitur, ita ut aurem haec intret sine venia introitus et se in cor sine ullo labore insinuet; hancque doctrinam non nisi eam ob causam ad artis formam composuerunt, quod, quamvis rei caput elegantiae essentiales sint, et sententiae et expositio ad eas res pertineant, quae ad illas consectandas sufficiunt, tamen accidentalis quoque elegantiae gravitatem diligenter spectarunt, quoniam parum perspicax quicunque saepe nimis socors est, quam ut veneres orationis elegantis, quando ornamentis nudata est, accuratius examinare possit, ita ut omni delectatione inde capienda privetur. Deinde rationes illae, quibus elegantiae ad orationem accedunt, spectant vel ornatum sententiae primitus, quanquam ornatum verborum tanquam rem accedentem non negligant, vel ornatum verborum eodem modo, unde illae sententiales, hae verbales dicuntur. Hanc speciem rhetores in fine doctrinae ornate dicendi commemorant, praeterquam quod seriores illas rationes magnopere auxerunt, et *Casidas* de hac doctrina condiderunt librosque composuerunt. Ad libros autem doctrinam ornate dicendi peculiariter tractantes pertinent *Kitáb el-bedí' Abu'labbasi Abdallah Ben-elmotezz* Abbasidae, anno 296 (inc. 30. Sept. 908) defuncti, qui primus de hoc scientiae genere scripsit, et summa generum ornatus, quae collegit, septendecim genera fuerunt. Scripsit autem anno 274 (inc. 28. Mai. 887). Eandem rem tractarunt *Abu Ahmed Askeri*, anno 387 (inc. 14. Jan. 997) mortuus, *Shehab-ed-din Ahmed*

ابن شمس الدين الحونى المتوفى سنة والشيخ المطرزى [ناصر بن عبد السيّد بن على] المتوفى سنة [٦١٠] ومنها بديعيّات الادبآء وهى قصآئد مع شروحها

١٧٣٦ بديعيّة الشيخ الاديب صفى الدين عبد العزيز بن سرايا املاها فى المجالس آخرها فى سلخ شعبان سنة ٧٥٧ وسمّاه كافية البديعيّة ثمّ شرحها شرحًا حسنًا اوله الحمد لله الذى حلّل سحر البيان الخ ذكر فيه انّ السكاكى لم يذكر من انواع البديع سوى تسعة وعشرين نوعًا وجمع مخترعها الاول ابن المعتزّ سبعة عشر نوعًا وعاصره قدامة ابن جعفر الكاتب فجمع منها عشرين نوعًا توارد معه على سبعة منها فتكامل لهما ثلثون نوعًا ويعرف كتابه بنقد قدامة ثمّ اقتدى بهما الناس فى التأليف فكان غاية ما جمع منها ابو هلال حسن بن عبد الله العسكرى المتوفى سنة ٣٩٥ سبعة وثلثين نوعًا ويعرف كتابه بكتاب الصناعتين ثمّ جمع منها حسن بن رشيق القيروانى المتوفى سنة ٤٥٦ فى العمدة مثلها واضاف اليها خمسة وستين بابًا فى احوال الشعر واعراضه وتلاهما شرف الدين [احمد بن يوسف بن احمد]

Ben Shems-ed-din Hauni, anno . . . mortuus, et Sheikh *Motarrezi* [*Násir Ben Abd-el-seyyid Ben Ali*], anno [610 (inc. 23. Mai. 1213)] mortuus. Ad ejusmodi libros porro pertinent *Bedíiyát* quoque i. e. *Casídae* philologorum simul cum earum commentariis. —

1736. Bedíiyet, *Casída* de arte ornate dicendi, quam Sheikh et Philologus *Sefí-ed-din Abd-el-azíz Ben Scráya* in consessibus dictavit, quorum ultimus fine mensis Shabán anni 757 (inc. 5. Jan. 1356) habebatur, illamque *Káfiyet el-bedíiyet* inscripsit. Postea elegantem ejus commentarium composuit ita incipientem: Laus Deo, qui incantamentum ornatae dictionis permisit etc. *Sekkáki*, inquit, non nisi viginti novem genera ornatae dictionis recensuit. *Ibn-elmo'tezz* autem primus illius doctrinae auctor septendecim genera collegerat, ejusque aequalis *Codáma Ibn Jafar* Scriba viginti, attamen casu septem genera cum illo communia habuit, ita ut iis omnia in unum collecta triginta genera essent. Liber *Codámae* nomine *Nacd* cognitus est. Deinde utrumque plures in componendo imitati sunt, ita ut summa maxima generum, quae *Abu Hilál Hasan Ben Abdallah Askeri*, anno 395 (inc. 18. Oct. 1004) mortuus, collegit, triginta septem genera essent, *Abu Hiláli*que opus nomine *Kitáb el-sináatein* est insignitum. Tum *Hasan Ben Reshic Cairawáni*, qui anno 456 (inc. 25. Dec. 1063) obiit, in opere *Umdet* parem generum numerum collegit, iisque sexaginta quinque capita de affectionibus carminis et qualitatibus accidentalibus ei propriis addidit. Utrumque secutus est *Sheref-ed-din* [*Ahmed Ben Yusuf Ben Ahmed*]

التيفاشى فبلغ بها السبعين ثمّ تصدّى لها الشيخ زكى الدين عبد العظيم ابن ابى الاصبع فاوصلها الى التسعين واضاف اليها من مستخرجاته ثلثين سلم له منها عشرون واجرى تلك الانواع فى الآيات القرانيّة وسمّاه التحرير وهو اصحّ كتب صنّف فيه لانّه لم يتّكل على النقل دون النقد وذكر انّه وقف على اربعين كتابًا فى هذا العلم قال الحلّى وطالعت ممّا لم يقف عليه ثلثين كتابًا فنظمت مأئة وخمسة واربعين بيتًا فى البحر البسيط يشتمل على مأئة واحد وخمسين نوعًا ١٧٣٧ بديعيّة للشيخ ابى بكر بن على المعروف بابن حجة الحموى المتوفى سنة ٨٣٧ سمّاها تقديم ابى بكر فى مأئة وثلثة واربعين بيتًا مشتملًا على مأئة وستة وثلثين نوعًا ثمّ شرحها شرحًا مفيدًا وهو مجموع ادب قلّ ان يوجد فى غيره ولعلّ متتبّعه يستغنى عن غيره من الكتب الادبيّة ولو لم يكن فيه الّا جودة الشواهد لكلّ نوع من الانواع مع ما امتاز به من الاستكثار من ايراد نوادر العصريّين فانّ مصنّفه يرتفع عنه كلفة العارية وهذا وحده مقصود لكلّ حاذق كذا نقل من خطّ ابن حجر

١٨٤٢ البشرى في تعبير الرؤيا لابى عبد الله [محمد بن احمد التميمى] القرطبى المالكى المتوفى سنة ٤١٦ ١٨٤٣ بشر وعند فارسى منظوم لنجيب الدين جربادقانى ١٨٤٤ البشير للمهتدى البصير للامام محمد بن احمد المستبشرى ١٨٤٥ بصائر ذوى التمييز فى لطائف الكتاب العزيز مجلّدين لمجد الدين ابى طاهر محمد بن يعقوب الفيروزابادى الشيرازى المتوفى سنة ٨١٧ ١٨٤٦ بصائر القدماء وبشائر الحكماء للشيخ ابى حيّان على بن محمد التوحيدى البغدادى المتوفى سنة ٣٨٠ ويقال له البصائر والذخائر ١٨٤٧ بصائر الكمالات لابى زكريا يحيى القزوينى ١٨٤٨ بصائر النظائر فى اللغة ١٨٤٩ البصائر فى الوجوه والنظائر للامام ابى حامد الاصفهانى ١٨٥٠ البصائر فى التفسير بالفارسيّة للشيخ ظهير الدين ابى جعفر محمد بن محمود النيسابورى الذى فرغ منه سنة ٥٧٧ وهو كتاب كبير فى مجلّدات ١٨٥١ بصر الناقد فى لا كلمة كلّ واحد للعلّامة تقى الدين على بن عبد الكافى

---

definivisse. — 1842. El-Boshra, laetus nuntius, de arte somnia interpretandi, auctore *Abu Abdallah* [*Mohammed Ben Ahmed Temímí*] *Cortubi* Malikita, anno 416 (inc. 4. Mart. 1025) mortuo. — 1843. Besher we Hind, *Besher* et *Hind*, carmen persicum, auctore *Nejíb-ed-din Jirbádcáni*. — 1844. El-Beshír lilmohtedi el-besír, laetus nuntius intelligenti recta via ducto allatus, auctore Imám *Mohammed Ben Ahmed Mostabshiri*. — 1845. Besáïr dzewi el-temyíz, intelligentiae eorum, qui distinguere possunt, de egregiis libri venerabilis elegantiis. Duo volumina, auctore *Majd-ed-din Abu Táhir Mohammed Ben Yacúb Firuzabádi Shirázi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuo. — 1846. Besáïr el-codamá we beshá'ir el-hokamá, intelligentiae majorum et laeti nuntii philosophorum, auctore Sheikh *Abu Hayyán Ali Ben Mohammed Tauhídi Baghdádi*, anno 380 (inc. 31. Mart. 990) mortuo. Idem liber *El-Besáïr we El-dzakháïr* appellatur. — 1847. Besáïr el-kemálát, intelligentiae virtutum, auctore *Abu Zakaríya Yahya Cazwíni*. — 1848. Besáïr el-netzáïr, intelligentiae de verbis similibus conceptae. Liber lexicologicus. — 1849. El-Besáïr fi el-wojúh we el-netzáïr, intelligentiae de verbis, quae plures sensus admittunt et de verbis similibus, auctore Imám *Abu Hámid Isfahání*. — 1850. El-Besáïr fi el-tefsír, intelligentiae. Commentarius Corani persicus, quem Sheikh *Tzahír-ed-din Abu Jafar Mohammed Ben Mahmud Nisábúri* anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) absolvit. Liber magnus e pluribus voluminibus constans. — 1851. Basr el-náckid, intelligentia distinguentis de particula „*lá* (non)," qua quisque utitur, auctore viro doctissimo *Tacki-ed-din Ali Ben Abd-el-kafi*

السبكى المتوفى سنة ٧٥٦ ١٨٥٢ البصيرة فى تعبير الرؤيا للشيخ علآء الدين على بن احمد الآمدى المتوفى سنة ٧٦٢ ١٨٥٣ البضاعات المزجات رسالة على ستة فصول وخاتمة وهى مشتملة على مباحث من التفسير والحديث والفروع والاصول والبلاغة والمعقولات ١٨٥٤ بضاعة التوسّل الى صناعة الترسّل لزين الدين سريجا بن محمد الملطى المتوفى سنة ٧٨٨ ١٨٥٥ بضاعة الحسّاب فى صناعة الحساب له ايضا ١٨٥٦ بضاعة القاضى لاحتياجه اليه فى المستقبل والماضى فى الصكوك لپير محمد بن موسى البرسوى المعروف بكول كديسى المتوفى سنة وهو كتاب مرتّب على تسعة ابواب اوله الحمد لله الذى انزل على عبده الكتاب المبين الخ ١٨٥٧ بضاعة القاضى فى الصكوك ايضا للمولى الفاضل شيخ الاسلام ابى السعود بن محمد العمادى المتوفى سنة ٩٨٢ اوله الحمد لله الذى انزل الكتاب الخ ١٨٥٨ بضاعة المبتدى فى النحو للمولى بالى پاشا البكائى وله شرحها بالقول وسمّاه صناعة المنتهى ١٨٥٩ بعث الرغائب لبحث الغرائب للشيخ ابى المظفر

Sobki, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 1852. El-Besíret, visus de arte somnia interpretandi, auctore Sheikh *Alá-ed-din Ali Ben Ahmed Amidi*, anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuo. — 1853. El-Bidháát El-Mazidját, merces mixtae. Tractatus in sex sectiones et conclusionem dispositus, qui quaestiones ex exegesi coranica, re traditionaria, partibus juris specialibus, principiis, eloquentia et rebus, ad quas rationi aditus patet, continet. — 1854. Bidháat el-tawassol, promtuarium rationum, quibus ad modestam circumspectionem in agendo pervenitur, auctore *Zein-ed-din Serija Ben Mohammed Maleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 1855. Bidháat el-hossáb, promtuarium arithmeticorum de arte arithmetica, eodem auctore. — 1856. Bidháat el-cádhi, promtuarium judicis ad usum ei futuro et praeterito tempore in syngraphis necessarium, auctore *Pír Mohammed Ben Musa Bursewi*, vulgo *Kúl Kadísí* dicto et anno . . . mortuo. Liber in novem capita dispositus et ita incipiens: Laus Deo, qui super servum suum librum perspicuum demisit etc. — 1857. Bidháat el-cádhi, promtuarium judicis de iisdem syngraphis, auctore Molla bene merito *Sheikh-elislám Abu'lsa'úd Ben Mohammed Imádi*, anno 982 (inc. 23. Apr. 1574) mortuo. Incipit ita: Laus Deo, qui librum revelavit etc. — 1858. Bidháat el-mubtedi, promtuarium tironis grammaticum, auctore Molla *Báli Pasha Bekáni*. Idem commentarium ejus, *Sináat el-muntehi* inscriptum, ita composuit, ut sola explicata verba textus adderet. — 1859. Ba'th el-reghá'ib, excitatio desideriorum ad examinanda verba inusitata, auctore Sheikh *Abu'lmotzaffer*

عبد الله بن محمد بن احمد النسفى وهو مجلّد اوله الحمد لله الذى جزل علينا المنّة
الخ لخّص فيه كتاب الغريبين للهروى وكان قبل خمسمأئة هجريّة ١٨٦٠. بغية الآمل بمعرفة
التطف بجميع مستقبلات الافعال للشيخ ابى جعفر احمد بن يوسف بن على الفهرى [المتوفى
سنة ٦٩١] اوله الحمد لله الذى ابتدع الخ وهو على قسمين الاوّل فى الثلاثى والثانى فى المزيدات
وختمه بفصلين ١٨٦١ بغية الاريب وغنية الاديب مختصر فى الاصول للشيخ بدر الدين
محمد بن جمال الدين محمد ابن مالك النحوى المتوفى سنة [٦٨٠] رتّب على اربعة مطالع
وخاتمة ١٨٦٢ بغية الاعمال فى تسكين الاشكال لخّصه شمس الدين ابو عبد الله محمد بن
عثمان الرمانى ١٨٦٣ بغية الامل لعبد الواحد الطواخ ١٨٦٤ بغية الخبير فى اقامة القصدير
فى الاكسير مجلّد للشيخ على بن سعد الانصارى اوّله لحمد لله الذى من فضله الهام حامده
بحمده الخ قسم فيه طرق الملغمة الى تسعة اقسام ١٨٦٥ بغية الخبير فى قانون طلب

Abdallah Ben Mohammed Ben Ahmed Nesefi. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo, qui nobis gratiam large tribuit etc. *Nesefi* in eo potiora libri utriusque *Gharíb* ab *Herewi* compositi excerpsit, et ante annum Hejrae quingentesimum vixit. — 1860. Bughyet el-amál, desiderium exspectationum in arte positarum, omnibus verborum futuris loquendi, auctore Sheikh *Abu Jafar Ahmed Ben Yusuf Ben Ali Fihri* [anno 691 (inc. 24. Dec. 1291) mortuo]. Incipit liber ita: Laus Deo res primum producenti etc., et in duas partes divisus est, quarum prior voces triliteras, posterior eas tractat, quae plures literas habent. In fine duae sectiones additae sunt. — 1861. Bughyet el-aríb we ghunyet el-adíb, desiderium intelligentis et utilitas philologi, auctore Sheikh *Bedr-ed-din Mohammed Ben Jemál-ed-din Mohammed Ibn Málik* Grammatico, anno 680 [inc. 22. Apr. 1281] mortuo. Compendium de principiis in quatuor *Metálí* et conclusionem divisum. — 1862. Bughyet el-a'mál, desiderium operationum de figuris juste stabiliendis. Hunc librum *Shems-ed-din Abu Abdallah Mohammed Ben Othmán Rommáni* excerpsit. — 1863. Bughyet el-aml, desiderium spei, auctore *Abd-el-wáhid Tewwákh.* — 1864. Bughyet el-khabír, desiderium periti, de stanno pulveri philosophico adhibendo, auctore Sheikh *Ali Ben Sa'd Ansári.* Volumen ita incipiens: Laus Deo inter alia beneficia hoc tribuenti, ut laudatori suo laudem suam inspiret etc., in quo auctor rationes malagmatis in novem partes divisit. — 1865. Bughyet el-khabír, desiderium periti de canone pulverem

الاكسير للشيخ ايدمر بن على الجلدكى بيّن فيه طريق الطلب وذكر انّ الناس لا يعرفون كيفيّة ما يطلبون ولا يهتدون اليه ثمّ صنّف الشمس المنير فى طلب تحقيق الاكسير ثمّ نهاية المطلب اوّله باسمك اللهمّ ظهرت انواع المبدعات الخ ذكر انّه وضعها بدمشق عام ٧٤٠

١٨٦٦ بغية الذاكر للشيخ مساعد ١٨٦٧ بغية ذوى الاحلام باخبار من فرج كربه برؤية المصطفى صلعم فى المنام للشيخ على الحلبى المتوفى فى حدود سنة الف وهو مختصر اوله الحمد لله مفرج الكروب بعد شدّتها الخ ١٨٦٨ بغية ذوى الهمم فى معرفة انساب العرب والعجم للملك الافضل عباس بن الملك المجاهد على صاحب اليمن المتوفى سنة ٧٧٨ وهو كتاب مختصر مفيد ١٨٦٩ بغية الرآئد فى الدرر الفرآئد لابن الرفآء ١٨٧٠ بغية الرآئد لما تضمّنه حديث امّ زرع من الفوآئد للقاضى عياض بن موسى اليحصبى المتوفى سنة ٥٤٤

١٨٧١ بغية الرآئد فى الذيل على مجمع الزوآئد يأتى فى الميم ١٨٧٢ بغية الرآئض فى

---

philosophicum quaerendi. Sheikh *Eidemir Ben Ali Jildeki* in hoc libro rationem illum quaerendi exponit et commemorat, homines qualitatem ejus, quod quaerunt, ignorare neque ad illud duci. Tum librum *El-Shems El-Monír* de quaerenda vera pulveris philosophici definitione, et post hunc opus *Nihâyet el-matlab*, quod ita incipit: Nomine Tuo, o Deus, varia genera rerum primum creatarum apparent etc., composuit. Narrat etiam, se illa opera anno 740 (inc. 9. Jul. 1339) Damasci scripto mandasse. — 1866. Bughyet el-dzákir, desiderium monentis, auctore Sheikh *Mosáïd*. — 1867. Bughyet dzewi el-ahlám, desiderium somniantium in notitia ejus, cujus moeror adspectu prophetae per somnium discutitur, auctore Sheikh *Ali Halebi*, circa annum 1000 (inc. 9. Oct. 1591) mortuo. Compendium ita incipiens: Laus Deo moerores, postquam admodum magni fuerunt, discutienti etc. — 1868. Bughyet dzewi el-himem, desiderium intelligentium, de cognitione genealogiarum Arabum et Persarum, auctore *El-Melek El-Afdhal Abbás Ben El-Melek El-Mujáhid Ali* Yemanae domino, anno 778 (inc. 21. Mai. 1376) mortuo. Compendium admodum utile. — 1869. Bughyet el-ráïd, desiderium quaerentis de unionibus singularibus, auctore *Ibn-elreffá*. — 1870. Bughyet el-ráïd, desiderium eas demonstrationes utiles petentis, quas traditio *Omm Zar'* continet, auctore Cádhi *Iyádh Ben Musa Yahsebi*, anno 544 (inc. 11. Mai. 1149) mortuo. — 1871. Bughyet el-ráïd, desiderium quaerentis. Continuatur in hac appendice opus *Mojmi' el-zewáïd*, de quo litera *Mím* videatur. — 1872. Bughyet el-ráïdh fi

علم الفرائض منظومة لجمال الدين يوسف بن على الاسفردى الشافعى المتوفى سنة ٨٧٣ بغية السائل فى امّهات المسائل فى الطبّ لنجم الدين سليمان بن عبد القوى الطوفى المتوفى سنة ٧١٠ ١٨٧٤ بغية الطالب فى شرح عقيدة ابن الحاجب يأتى ١٨٧٥ بغية الطالب لاعزّ المطالب فى الاسمآء للشيخ الامام محمد بن شهاب الدين الاطعامى ١٨٧٦ بغية الطلاب من علم الحساب للقاضى تقى الدين محمد بن معروف الراصد المتوفى سنة ٩٩٣ وهو مختصر اوله الحمد لله الذى اسرع الحاسبين الخ بالغ فى التقريب والتوضيح والتهذيب والتنقيح ورتّب على ثلاث مقالات الاولى فى الحساب الهندى والثانية فى النجومى والثالثة فى استخراج المجهولات والمتفرّقات ١٨٧٧ بغية الطلب فى تأريخ حلب لكمال الدين ابى حفص عمر بن عبد العزيز المعروف بابن عديم الحلبى المتوفى سنة ٦٦٠ [قال الذهبى فى العبر هو من نحو ثلثين مجلّدًا] ثمّ انتزع منه كتابًا وسمّاه زبدة الطلب والبغية كتاب كبير فى عشر مجلّدات

---

ilm el-feráïdh, desiderium docentis de jure haereditario. Poëma, auctore *Jemál-ed-din Yusuf Ben Ali Isferdi* Shafiita, anno ... mortuo. — 1873. Bughyet el-sáïl, desiderium petentis, de quaestionibus principalibus in medicina, auctore *Nejm-ed-din Soleimán Ben Abd-el-cawi Taufi*, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuo. — 1874. Bughyet el-tálib, desiderium quaerentis. Commentarius libri *Ackídet* ab *Ibn-elhájib* compositi, de quo infra videndum. — 1875. Bughyet el-tálib, desiderium ejus, qui pretiosissimam rerum expetendarum in nominibus divinis quaerit, auctore Sheikh et Imám *Mohammed Ben Sheháb-ed-din Al'ámi*. — 1876. Bughyet el-tolláb min ilm el-hisáb, desiderium eorum, qui de arithmetica quaerunt, auctore Cadhi *Tacki-ed-din Mohammed Ben Ma'rúf* Astronomo, anno 993 (inc. 24. Dec. 1585) mortuo. Compendium ita incipiens: Laus Deo computantes adjuvanti etc. Summam auctor operam posuit in re accuratius cognoscenda, explicanda, recognoscenda et emendanda, et librum in tres dissertationes divisit, quarum prima arithmeticam Indicam, secunda astrologicam et tertia rationem tractat, res incognitas et diversas eruendi. — 1877. Bughyet el-teleb fi tarikh Haleb, desiderium petitionis. Historia Halebi, auctore *Kemál-ed-din Abu Hafs Omar Ben Abd-el-azíz Halebi*, vulgo *Ibn Adím* dicto et anno 660 (inc. 26. Nov. 1261) mortuo. [Ut a *Dzehebi* in libro *Abr* testatur, ea fere triginta volumina continet]. Postea de ea librum, *Zubdet el-teleb* inscriptum, avulsit. *El-Bughyet* liber magnus est decem

والذيل عليه لابى الحسن على بن محمد الجبرينى المعروف بابن خطيب الناصريّة المتوفى سنة ٨٤٣ رتّب الاعيان على الحروف وسمّاه بالدرّ المنتخب وهو مأخذ الزبد والضرب لابن الحنبلى ثمّ ذيّله ابو ذر [وسمّاه كنوز الذهب] ١٨٧٨ بغية الظمآن من فوآئد ابى حيّان لعيسى بن عبد الرحمن ١٨٧٩ بغية العامل فى نظم العوامل قصيدة ١٨٨٠ بغية العلمآء والرواة فى ذيل رفع الاصر عن قضاة مصر يأتى فى الرآء ١٨٨١ بغية القنية فى الفتاوى مجلّد للشيخ محمود القونوى [الحنفى المتوفى سنة ٧٧٠] اوله امّا بعد حمد الله تعالى على جليل نعمآئه الخ ١٨٨٢ بغية اللبيب وغنية الاديب ١٨٨٣ بغية المبتغى فى معنى قول الروضة ينبغى لقطب الدين محمد بن محمد الخيضرى الشافعى المتوفى سنة ٨٩٤ ١٨٨٤ بغية المحتاج فى الطبّ للشيخ داود [بن عمر] الانطاكى الضرير المتوفى بمكة سنة ...ا ذكره فى اول تذكرته ١٨٨٥ بغية المرتاح للشيخ شمس الدين محمد بن

---

voluminum, quem *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Jibríni*, vulgo *Ibn Khatíb El-Násiríyet* dictus et anno 843 (inc. 14. Jun. 1439) mortuus, continuavit. Viros spectatos hic alphabetice disposuit, et librum suum, qui fons operis *El-Zobd we El-Dharab* ab *Ibn-elhanbali* editi est, *El-Durr El-Muntekhab* nominavit. Deinde illum *Abu Dzarr* continuavit [opusque suum *Konúz el-dzeheb* inscripsit]. — 1878. Bughyet el-tzem'án, desiderium ejus, qui demonstrationes utiles *Abu Hayyáni* sitit, auctore *Isa Ben Abd-el-rahman*. — 1879. Bughyet el-ámil, desiderium operantis. *Casída*, ubi particulae regentes metrice exaratae sunt. — 1880. Bughyet el-olamá we el-rowát, desiderium virorum doctorum et narratorum. Continuatur in hoc libro opus *Raf' el-isr an codhát Misr*, de quo litera *Rá* videatur. — 1881. Bughyet El-Cunieh, desiderium Iconii, de responsis juridicis, auctore Sheikh *Mahmúd Cunewi* [Hanefita, anno 770 (inc. 16. Aug. 1368) mortuo]. Volumen, quod ita incipit: Praemissis praemittendis. Laudetur Deus pro ejus beneficiis splendidis etc. — 1882. Bughyet el-lebíb we Ghunyet el-adíb, desiderium cordati et utilitas eruditi. — 1883. Bughyet el-mubteghi, desiderium cupientis de sensu vocis *yanbeghi* (convenit) in libro *Raudhet* obviae, auctore *Cotb-ed-din Mohammed Ben Mohammed Heidheri* Shafiita, anno 894 (inc. 5. Dec. 1488) mortuo. — 1884. Bughyet el-muhtáj, desiderium egentis. Liber medicus, auctore Sheikh *Dawud* [*Ben Omar*] *Antáki El-Dherír*, Meccae anno 1000 (inc. 9. Oct. 1591) mortuo. Commemorat illum in initio operis sui *Tedzkiret*. — 1885. Bughyet el-murtáh, desiderium alacris. Sheikh *Shems-ed-din Mohammed*

يوسف الزرندى المتوفى سنة ٧٥٠ جمع فيه اربعين حديثًا وشرحها ١٨٨٦ بغية المرتاد لتصحيح
الضاد للشيخ على بن غانم المقدسى الحنفى المتوفى سنة ١٠٠٤ وهى رسالة على مقدّمة وفصول
اوله الحمد لله الذى وفق للمنطق الفصيح الخ ١٨٨٧ بغية المستفيد فى اخبار زبيد
للشيخ وجيه الدين عبد الرحمن بن على المعروف بابن الربيع اليمنى [المتوفى سنة ٩٤٤] وهو
مجلّد مرتّب على مقدّمة وعشرة ابواب المقدّمة فى فضل اليمن ١ فى ذكر زبيد ٢ فى بنى
زياد ٣ فى ملوك الحبشة من آل نجاح ٤ فى الوزرآء النجاحيّة ٥ فى بنى حمير ٦ فى
بنى ايّوب ٧ فى بنى رسول ٨ فى على الطاهرى ٩ فى ابنه عبد الوهاب ١٠ فى ابنه عامر
وذكر انّه كان اعظم البواعث لتأليفه بيان احوال بنى طاهر ثمّ اختصر كتابًا سمّاه
العقد الباهر وذيّل البغية بارجوزة وسمّاها احسن السلوك فيمن ولى زبيد من الملوك
من سنة تسعمأئة الى ثلاث وعشرين وبمختصر ايضا الى سنة ثلاث وعشرين وتسعمأئة
وسمّاه الفضل المزيد على بغية المستفيد ١٨٨٨ بغية المعانى لانفس المعانى للشيخ

Ben Yusuf Zarendi, qui anno 750 (inc. 22. Mart. 1349) obiit, in hoc libro quadraginta traditiones collegit easque commentatus est. — 1886. Bughyet el-murtád, desiderium quaerentis de justa positione literae *Dhád*, auctore Sheikh *Ali Ben Ghánim Mocaddesi* Hanefita, anno 1004 (inc. 27. Aug. 1595) mortuo. Tractatus in praefationem et sectiones divisus et ita incipiens: Laus Deo, qui nos ad loquelam disertam disponit etc. — 1887. Bughyet el-mustefíd, desiderium ejus, qui discere studet. Historia urbis *Zebíd*, auctore Sheikh *Wejih-ed-din Abd-el-rahman Ben Ali Yemeni*, vulgo *Ibn-elrebí'* dicto [et anno 944 (inc. 10. Jun. 1537) mortuo]. Volumen in praefationem et decem capita divisum. Praefatio de praestantia Yemanae agit, caput primum de descriptione urbis *Zebíd* — secundum de *Ziyádi*dis — tertium de regibus Habyssiniorum e gente *Nejáhi* — quartum de Wezíris *Nejáhi*dis — quintum de *Himyári*dis — sextum de *Eyyubi*dis — septimum de *Resúli*dis — octavum de *Ali Táhiri* — nonum de *Abd-el-wehháb* ejus filio — decimum de *Amir* hujus filio. Gravissimam causam, qua ad librum componendum ductus sit, descriptionem fuisse dicit historiae Táhiridarum. Tum librum in epitomen coëgit *El-Icd El-Báhir* inscriptam, et *El-Bughyet* in *Orjúzet*, *Ahsan el-solúk* de regibus, qui *Zebíd* ab anno 900 (inc. 2. Oct. 1494) usque ad annum 923 (inc. 24. Jan. 1517) imperio tenuerunt, inscripta, et in compendio quoque, *El-Fadhl El-Mezíd ala Bughyet el-mustefíd* nominato, usque ad annum 923 (inc. 24. Jan. 1517) continuavit. — 1888. Bughyet el-moáni li anfas el-meáni, desiderium ejus, qui optimis sententiis studet. Sheikh

زين الدين عمر بن عبد الرحمن الاسدى الشافعى المتوفى سنة [٨٢٩] جمع فيه ديوانًا من
الادب لنفسه ولخّص زبدة اشعار اهل مصر والشام ١٨٨٩ بغية الناسك فى كيفيّة المناسك
١٨٩٠ بغية الناشد ومطلب القاصد فى علم السحر على طريقة القفط والعرب ١٨٩١ بغية النقّاد
فى اصول الحديث للامام الحافظ عبد الله بن المؤاق ١٨٩٢ بغية الواصل الى معرفة الفواصل
لنجم الدين سليمان بن عبد القوى الطوفى الحنبلى المتوفى سنة ٧١٠ ١٨٩٣ بغية الوقّاد
فى التعريف بسمة الجهاد لقاسم بن محمد القرطبى المتوفى سنة ٩٤٣ ١٨٩٤ البغية فى اللغة
لابى جعفر احمد بن يوسف الفهرى ١٨٩٥ البغية فى الادوية المركّبة للشيخ احمد بن
ابرهيم ابن الجزار الافريقى الطبيب المتوفى بعد سنة ٤٠٠ ١٨٩٦ البغية فى فتاوى الحنفيّة
١٨٩٧ بقعة الصديان للامام رضى الدين حسن بن محمد الصغانى المتوفى سنة ٦٥٠
١٨٩٨ بلاغت نامه فى ترجمة تأريخ معجم يأتى ١٨٩٩ بلبل الافراح وراحة الارواح

Zein-ed-din Omar Ben Abd-el-rahman Asedi Shafiita, qui anno [826 (inc. 15. Dec. 1422)] obiit, in hoc libro sibi ipsi corpus carminum philologicorum collegit, et poëmata exquisitissima Aegyptiorum et Syrorum excerpsit. — 1889. Bughyet el-násik, desiderium religiosi de qualitate ceremoniarum. — 1890. Bughyet el-náshid we matlab el-cásid, desiderium quaerentis et studium petentis de arte magica ad methodum Coptorum et Arabum. — 1891. Bughyet el-noccád, desiderium meliora a praevioribus distinguentium, de principiis rei traditionariae, auctore Imám Háfitz *Abdallah Ben-elmewwác*. — 1892. Bughyet el-wásil ila ma'rifet el-fewásil, desiderium pervenientis ad cognitionem verborum extremorum, quibus periodi coranicae finiuntur, auctore *Nejm-ed-din Soleimán Ben Abd-el-cawi Taufi* Hanbalita, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuo. — 1893. Bughyet el-weccád, desiderium solertis de indicandis signis belli sacri, auctore *Cásim Ben Mohammed Cortubi*, anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuo. — 1894. El-Bughyet fi el-loghet, desiderium. Opus lexicologicum, auctore *Abu Jafar Ahmed Ben Yusuf Fihri*. — 1895. El-Bughyet fi el-adwiyet el-morakkebet, desiderium de medicamentis compositis, auctore Sheikh *Ahmed Ben Ibrahim Ibn-eljezzár Ifricki* Medico, post annum 400 (inc. 25. Aug. 1009) mortuo. — 1896. El-Bughyet, desiderium de responsis juridicis Hanefitarum. — 1897. Buk'at el-sadyán, stagnum sitientis, auctore *Redhi-ed-din Hasan Ben Mohammed Saghání*, anno 650 (inc. 14. Mart. 1252) mortuo. — 1898. Belághet-námeh, liber eloquentiae. Translatio libri *Tarikh Mo'ajjem*, de quo infra videatur. — 1899. Bulbul el-afráh we ráhet

للشيخ محيى الدين محمد بن على بن احمد السودى الشهير بالبهادى جمع فيه اشعاره

١٩٠٠ بلبل الروضة مقامة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ انشأها فى وصف روضة مصر ١٩٠١ بلبل نامه فارسى منظوم للشيخ فريد الدين محمد ابن ابرهيم العطّار الهمدانى المتوفى سنة ٦٢٧ ١٩٠٢ بلدانيّات فى الاربعون البلدانيّة فى الحديث سبق فى الاربعينات ١٩٠٣ بلغة الحافظ وبلاغة اللافظ فى الانشآء للشيخ جلال الدين محمد بن عبد الرحمن بن عبد الكريم القناوى القرشى المالكى اوله الحمد لله الذى اخترع الخلآئق الخ رتّب على خمسة عشر بابًا ١٩٠٤ بلغة ذى الخصاصة فى شرح الخلاصة يعنى الفيّة ابن مالك سبق ذكره ١٩٠٥ بلغة الطبيب لبدر الدين محمد بن القاسم الجزرى ١٩٠٦ بلغة الظرفآء الى معرفة الخلفآء للشيخ ابى الحسن الدومى ١٩٠٧ بلغة الغواص فى الاكوان الى معدن الاخلاص للشيخ محيى الدين محمد بن على ابن العربى المتوفى سنة ٦٣٨

---

el-arwáh, luscinia gaudiorum et quies animarum. Sheikh *Mohyi-ed-din Mohammed Ben Ali Ben Ahmed Sudi*, vulgo *Behádi* dictus, in hoc libro poëmata sua collegit. — 1900. Bulbul el-raudhet, luscinia viridarii. Consessus, quem Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) defunctus, de descriptione *Raudhet* (viridarii) Misrensis composuit. — 1901. Bulbul-námeh, lusciniae liber. Carmen persicum, auctore Sheikh *Feríd-ed-din Mohammed Ben Ibrahim Attár Hemdáni*, anno 627 (inc. 20. Nov. 1229) mortuo. — 1902. Buldániyet, urbanae i. e. quadraginta traditiones urbanae, de quibus sub *Arba'ínát* sermo fuit. — 1903. Bulghet el-háfitz we Belághet el-láfitz, portio sufficiens mandantis memoriae et eloquentia enunciantis. Liber de stilo pedestri eleganti in quindecim capita divisus, auctore Sheikh *Jelál-ed-din Mohammed Ben Abd-el-rahman Ben Abd-el-kerím Canáwi Coreshi* Malikita. Incipit ita: Laus Deo, qui res creatas de novo fecit etc. — 1904. Bulghet dzi el-khasáset, quantum satis est paupertate laboranti. Commentarius operis *Khiláset* i. e. *Alfiyet Ibn Máliki*, de qua in praecedentibus videatur. — 1905. Bulghet el-tebíb, quantum medico necessarium est, auctore *Bedr-ed-din Mohammed Ben-elcásim Jezeri*. — 1906. Bulghet el-tzorafá, quantum ingeniosis satis est ad cognitionem Khalifarum, auctore Sheikh *Abu'lhasan Dumi*. — 1907. Bulghet el-ghawwás, quantum ei satis est, qui mediis in rebus existentibus urinatur, ut ad fodinam pietatis purae perveniat, auctore Sheikh *Mohyi-ed-din Mohammed Ben Ali Ibn-elarabi*, anno 638 (inc. 23. Jul.

وهو مختصر اوله سبحانك اللهمّ وبحمدك الخ قصد فيه بيان معرفة الانسان والتنبيه على النبوة والخلافة والامامة والتلويح بالختم الى الذى جآء به التصريح والكتم ١٩٠٨ بلغة المحبّ

١٩٠٩ بلغة المحتاج فى مناسك الحاج لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ١٩١٠ بلغة المحتاج الى معرفة اصول الطبّ والعلاج مختصر على عشرة ابواب اوله الحمد لله الحكيم الخبير الخ ١٩١١ بلغة المستعجل فى التأريخ للشيخ الامام ابى عبد الله محمد بن ابى نصر الحميدى الاندلسى المتوفى سنة ٤٨٨ مختصر اوله الحمد لله حقّ حمده الخ ذكر فيه الوقائع من اوّل الاسلام الى زمان المسترشد اجمالًا ١٩١٢ بلغة المشتاق فى علم الاوفاق للشيخ محمد بن على بن احمد الفارقى ١٩١٣ بلغة المقتنع فى آداب نسك المتمتّع للشيخ زين الدين عمر بن احمد الشماع الحلبى المتوفى سنة ٩٣٦ ١٩١٤ البلغة والاقناع فى حلّ شبهة مسئلة السماع للشيخ عماد الدين احمد بن ابرهيم الواسطى الحنفى [المتوفى سنة ٧١١]

1240) mortuo. Compendium ita incipiens: O Deus, laude Tua etc., in quo ille cognitionem hominis accuratius demonstrare, animos ad prophetiam, Khalifatum, Imamatum attentos reddere, et in conclusione libri nutu eum voluit significare, qui disertam explicationem et occultationem apportavit. — 1908. Bulghet el-mohibb, quantum amanti satis est. — 1909. Bulghet el-muhtáj fi menásik el-hájj, quantum egenti necessarium est de peregrinantis ceremoniis, auctore *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 1910. Bulghet el-muhtáj, quantum egenti satis est ad cognitionem principiorum medicinae et curationis. Compendium in decem capita divisum, quod ita incipit: Laus Deo sapienti, gnaro etc. — 1911. Bulghet el-musta'jil, quantum satis est ei, qui cito ad historiam pervenire vult, auctore Sheikh et Imam *Abu Abdallah Mohammed Ben Abi Nasr Homeidi Andalusi*, anno 488 (inc. 11. Jan. 1095) mortuo. Compendium ita incipiens: Laus Deo talis, quali dignus est etc., in quo ille res gestas ab initio Islámi usque ad tempus *Mustarshidi* summatim enarrat. — 1912. Bulghet el-mushtác, quantum satis est concupiscenti de doctrina quadratorum talismanicorum, auctore Sheikh *Mohammed Ben Ali Ben Ahmed Fáricki*. — 1913. Bulghet el-muctani', quantum satis est contento de regulis pietatis ejus, qui solemnia festi Meccani celebrat, auctore Sheikh *Zein-ed-din Omar Ben Ahmed Shemmá' Halebi*, anno 936 (inc. 5. Sept. 1529) mortuo. — 1914. El-Bulghet we El-Icná', portio sufficiens et satisfactio de analysi dubiorum in quaestione musicae, auctore Sheikh *Imád-ed-din Ahmed Ben Ibrahim Wásiti* Hanefita [anno 711 (inc.

وهو مختصر اوله الحمد لله الذى انزل على عبده الكتاب الخ الفه بدمشق سنة ٧٠٣ وله
بلغة اخرى فى فقه الحنبلى ١٩١٥ البلغة فى تراجم ائمة النحو واللغة للشيخ مجد الدين
ابى طاهر محمد بن يعقوب الفيروزابادى المتوفى سنة ٧١٧ ١٩١٦ البلغة فى حفظ الصحة
للشيخ احمد بن ابرهيم ابن الجزار الافريقى المتوفى فى حدود سنة ٤٠٠ ١٩١٧ البلغة فى اللغة
لابى يوسف يعقوب بن احمد الكردى المتوفى سنة ٤٧٤ ولمحمد بن احمد بن محمد ايضا
جعله مجدولا واورد الالسنة الاربع فى مادة العربى والفارسى والتركى والمغولى ١٩١٨ البلغة فى
الفروع للشيخ ابى الفرج عبد الرحمن بن على ابن الجوزى البغدادى الحنبلى المتوفى سنة ٥٩٧
١٩١٩ البلغة لابى البقاء عبد الله بن الحسين العكبرى المتوفى سنة ٦١٦ ١٩٢٠ البلغة لابى
العباس احمد بن محمد الكرجانى الشافعى المتوفى سنة ٤٨٣ ١٩٢١ البلغة لابى المعالى
عبد الملك بن عبد الله الجوينى المعروف بامام الحرمين الشافعى المتوفى سنة ٤٧٨

---

20. Mai. 1311) mortuo]. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui super servum suum librum demisit etc. *Wásiti* illud Damasci anno 703 (inc. 15. Aug. 1303) scripsit, et idem alius libri *Bulghet* de jure Hanbalitico auctor est. — 1915. El-Bulghet, portio sufficiens de vitis Imamorum grammaticae et lexicologiae, auctore Sheikh *Majd-ed-din Abu Táhir Mohammed Ben Yacúb Firuzabádi*, anno 717 (inc. 16. Mart. 1317) mortuo. — 1916. El-Bulghet fi hiftz el-sahhet, portio sufficiens de sanitate conservanda, auctore Sheikh *Ahmed Ben Ibrahim Ibn-eljezzár Ifricki*, circa annum 400 (inc. 25. Aug. 1009) mortuo. — 1917. El-Bulghet fi el-loghet, quantum necessarium est de lexicologia, auctore *Abu Yusuf Yacúb Ben Ahmed Kurdi*, anno 474 (inc. 11. Jun. 1081) mortuo. *Mohammed Ben Ahmed Ben Mohammed* de eadem re librum in tabellis descriptum edidit, et quatuor linguas, arabicam, persicam, turcicam, mogolicam exposuit, quas *Madet el-arabi*, *el-fárisi*, *el-turki* et *el-moghúli* inscripsit. — 1918. El-Bulghet fi el-forú', quantum necessarium est de partibus juris specialibus, auctore Sheikh *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi Baghdádi* Hanbalita, anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo. — 1919. El-Bulghet, portio sufficiens, auctore *Abu'lbecá Abdallah Ben-elhosein Akberi*, anno 616 (inc. 19. Mart. 1219) mortuo. — 1920. El-Bulghet, portio sufficiens, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Jorjáni* Shafiita, anno 482 (inc. 16. Mart. 1089) mortuo. — 1921. El-Bulghet, portio sufficiens, auctore *Abu'lmeáli Abd-el-melek Ben Abdallah Joweini* Shafiita, vulgo *Imám-elharamein* dicto et anno 478

١٩٢٢ بلغة المترجم من اللغة لنوح بن مصطفى المفتى بقونية ١٩٢٣ بلوغ الارأب فى لطائف العتاب للشيخ الامام محمد بن احمد المقرى مختصر اوله لحمد لله الذى ليس له اول الخ اورد فيه فصولًا من النوادر والتواريخ ١٩٢٤ بلوغ الارب بشرح شذور الذهب يأتى ١٩٢٥ بلوغ الارب بمعرفة الانبيآء من العرب للشيخ جارالله محمد بن عبد العزيز بن فهد المكى [المتوفى سنة ٩٥٤] مختصر الّفه فى جمادى الاولى سنة ٩٣٦ ١٩٢٦ بلوغ الامنية فى التخانقاه التركيّة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ١٩٢٧ بلوغ الامل فى فنّ الزجل للشيخ ابى بكر بن على المعروف بابن حجة الحموى المتوفى سنة ٨٣٧ ١٩٢٨ بلوغ النجدى عن اصول الهدى للشيخ ابى منصور عبد القاهر بن طاهر البغدادى المتوفى سنة ٤٢٩ ١٩٢٩ بلوغ السؤل فى احكام بسط الرسول لفخر الدين ابى بكر ابن على ابن ظهيرة المكى الشافعى المتوفى سنة ٨٨٩ مختصر اوله الحمد لله ملهم الارشاد الخ

(inc. 29. Apr. 1085) mortuo. — 1922. Bulghet el-muterjim, quae interpreti e lexicologia necessaria sunt, auctore *Núh Ben Mustafa* Mufti Iconiensi. — 1923. Bolúgh el-aráb, summae caliditates de subtilitatibus mutuarum amicorum exprobrationum, auctore Sheikh et Imám *Mohammed Ben Ahmed* Corani Lectore. Compendium ita incipiens: Laus Deo, cui nullum initium est etc., in quo ille sectiones dictorum rarorum et factorum historicorum protulit. — 1924. Bolúgh el-areb, summa intelligentia. Commentarius operis *Shodzúr el-dzeheb*, de quo infra videatur. — 1925. Bolúgh el-areb, summa intelligentia in cognitione prophetarum arabicorum. Compendium, quod Sheikh *Járallah Mohammed Ben Abd-el-azíz Ben Fahd* Mekki, [anno 954 (inc. 21. Febr. 1547) defunctus], Jomádi primo anni 936 (inc. 5. Sept. 1529) composuit. — 1926. Bolúgh el-omniyet, summum desiderium de coenobio turcico, auctore Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 1927. Bolúgh el-aml, summa spes de arte columbas tabellarias mittendi, auctore Sheikh *Abu Bekr Ben Ali Hamawi*, vulgo *Ibn Hojjet* dicto et anno 837 (inc. 18. Aug. 1433) mortuo. — 1928. Bolúgh el-jedá an osúl el-hedá, acquisitio utilitatis ex principiis rectae viae capiendae, auctore Sheikh *Abu Mansúr Abd-el-cáhir Ben Táhir Baghdádi*, anno 429 (inc. 14. Oct. 1037) mortuo. — 1929. Bolúgh el-súl, quaestio enixa de statutis stratorum prophetae, auctore *Fakhr-ed-din Abu Bekr Ben Ali Ibn Tzahíret* Mekki Shafiita, anno 889 (inc. 30. Jan. 1484) mortuo. Compendium ita incipiens: Laus Deo rectam

ذكر فيه انّه لمّا كثر السؤال بمكة عن مسئلة وقع النزاع فيها بمدينة الرسول وهى بسط موقوفة لتفرش فى الروضة مكتوب عليها لفظة وقف بالنسخ هل يجوز فرشها والجلوس عليها وقع الجواب بحرمة وطئ هذه اللفظة وليس فيها نقل صريح والشيخ تقى الدين السبكى قد سئل فاجاب واطال فاورد السؤال والجواب فيه وتكلّم عليه .١٩٣٠ بلوغ القاصد لاسنى المقاصد للشيخ تاج الدين ابى نصر عبد الوهاب بن محمد المتوفى سنة ٨٧٥ ١٩٣١ بلوغ المآرب فى قصّ الشارب رسالة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ١٩٣٢ بلوغ المآرب فى اخبار العقارب للسيوطى جزء استوعب فيه ما يتعلّق بها ١٩٣٣ بلوغ المأمول فى خدمة الرسول للسيوطى ايضا ١٩٣٤ بلوغ المدى من اصول الهدى للامام ابى منصور عبد القاهر بن طاهر البغدادى الشافعى المتوفى سنة ٤٢٩ ١٩٣٥ بلوغ المراد من الحيوان والنبات والجماد للشيخ ابى بكر بن على المعروف بابن

---

viam inspiranti etc. Narrat auctor, cum Meccae multum de quaestione disputaretur, de qua in urbe prophetae contentio erat, num strata ita legata, ut in horto sternerentur, quibus vox „*legatum* (*waqf*)“ inscripta quidem, ea tamen deleta esset, sternere iisque insidere licitum esset, responso dato, ne haec vox pedibus attingeretur, interdictum est, at traditio diserta de hac re non exstitit. Sheikh *Tacki-ed-din Sobki* interrogatus fusius respondit, ita ut quaestiones et responsa afferret de iisque dissereret. — 1930. Bolúgh el-cásid li asná el-mecásid, perventio petentis ad altissima proposita, auctore Sheikh *Táj-ed-din Abu Nasr Abd-el-wehháb Ben Mohammed*, anno 875 (inc. 30. Jun. 1470) mortuo. — 1931. Bolúgh el-meárib, adeptio rerum necessariarum de tondendo mystace. Tractatus, auctore Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 1932. Bolúgh el-meárib, adeptio rerum necessariarum de historia scorpionum, auctore *Soyúti*. Fasciculus omnia continens, quae huc pertinent. — 1933. Bolúgh el-mamúl, adeptio rerum speratarum de ministerio legati divini, auctore eodem *Soyúti*. — 1934. Bolúgh el-medá min osúl el-hedá, perventio ad metam, quod ad principia directionis in rectam viam attinet, auctore Imám *Abu Mansúr Abd-el-cáhir Ben Táhir Baghdádi* Shafiita, anno 429 (inc. 14. Oct. 1037) mortuo. — 1935. Bolúgh el-morád, adeptio consilii, quod ad animalia, plantas et corpora inanimata attinet, auctore Sheikh *Abu Bekr Ben Ali Hamawi*, vulgo *Ibn*

حجة الحموى المتوفى سنة ٨٣٧ ١٩٣٦ بلوغ المرام من احاديث الاحكام للشيخ شهاب الدين ابى الفضل احمد بن على ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ ١٩٣٧ بنآء الاسلام ١٩٣٨ بنآء الافعال وهو مختصر مشهور بقرآة الصبيان وشرحه احمد بن محمد بن عبد العزيز الاندلسى شرحًا ممزوجًا وسمّاه مانح الغنآء ومزيل العنآء عن كتاب البنآء وفرغ فى شوال سنة ١٠٣٨ ١٩٣٩ پنج كنج فارسى منظوم من منظومات النظامى الكنجى [المتوفى سنة ٥٩٩] ونظمه فى غاية اللطافة والجزالة على ما شهد به المولى الجامى ومن نظمه فخر السادات مير حسين الحسينى اوله

مرا از عالم توفيق مژده مى رسد

١٩٤٠ پند نامه فارسى منظوم ايضا للشيخ فريد الدين محمد بن ابرهيم العطّار الهمدانى المتوفى سنة ٦٢٧ وهو نظم مفيد مشهور فيه نصآئح بليغة لطيفة ولهذا يقرؤه الصبيان وشرحه مولانا شمعى بالتركى وسمّاه سعادت نامه

Hojjet dicto et anno 837 (inc. 18. Aug. 1433) mortuo. — 1936. Bolúgh el-merám, adeptio propositi, quod ad traditiones decretorum attinet, auctore Sheikh *Sheháb-ed-dín Abu'lfadhl Ahmed Ben Alí Ibn Hajr Ascaláni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. — 1937. Biná el-islám, constructio Islámi. — 1938. Biná el-af'ál, constructio verborum. Compendium, vulgo *Chiráet el-subyán* dictum, quod *Ahmed Ben Mohammed Ben Abd-el-azíz Andalusi* ita commentatus est, ut textum adderet. Commentarium *Mánih el-ghaná we mozíl el-aná an Kitáb el-biná* inscriptum mense Shewwál anni 1038 (inc. 21. Aug. 1628) ad finem perduxit. — 1939. Pendsh Kendsh, quinque thesauri. Poëma persicum e poëmatibus *Nitzámii K'enji* [anno 599 (inc. 20. Sept. 1202) mortui]. Hanc pentada modo elegantissimo et absolutissimo, ut Molla *Jámi* testatur, condidit. Simile opus *Fakhr-el-sádát Mír Hosein Hoseini* metrice exaravit, quod incipit ita:

Ad me ex mundo gratiae divinae laetus nuntius pervenit.

1940. Pend-námeh, liber consilii. Pariter poëma persicum, auctore Sheikh *Feríd-ed-din Mohammed Ben Ibrahím Attár Hemdáni*, anno 627 (inc. 20. Nov. 1229) mortuo. Carmen est ad discendum utilissimum et celebratum, quod monita pereloquentia et venusta continet, eamque ob caussam pueri illud legunt, et Molla noster *Shem'i* turcice commentatus est, commentariumque *Seádet-námeh* inscripsit. —

١٩٤١ پنک وباده ترکی منظوم لمحمد بن سليمان الشهير بفضولى البغدادى الشاعر المتوفى سنة

١٩٤٢ علم البنكامات

يعنى الصور والاشكال الموضوعة لمعرفة الساعات المستوية والزمانيّة فاذا هو علم يعرف به كيفيّة اتّخاذ آلات يقدر بها الزمان وموضوعه حركات مخصوصة فى اجسام مخصوصة تنقضى بقطع مسافات مخصوصة وغايته معرفة اوقات الصلوات وغيرها من غير ملاحظة حركات الكواكب وكذلك معرفة الاوقات المفروضة للقيام فى الليل امّا للتهجّد او للنظر فى تدابير الدول والتأمّل فى الكتب والصكوك والخرائط المنضبط بها احوال المملكة والرعايا ولا يخفى انّ هذين الامرين فرضا كفاية وما لا يتمّ الواجب الّا به فهو واجب واستمداده من قسمى الحكمة الرياضىّ والطبيعىّ ومع ذلك يحتاج الى ادراك كثير وقوّة تصرّف ومهارة فى كثير من الصنائع وانقسمت البنكامات الى الرمليّة وليس فيها كثير طائل والى بنكامات الماء وهى اصناف ولا

1941. Penk we Bádeh, scyphus et vinum. Poëma turcicum, auctore *Mohammed Ben Soleimán Baghdádi* Poëta, vulgo *Fodhúli* dicto et anno ... mortuo. —

1942. Ilm el-binkámát. Doctrina horologiorum

i. e. formarum et figurarum ad cognitionem horarum aequalium et ex tempore dependentium fabricatarum. Est igitur ea doctrina, qua ratio instrumentorum comparandorum cognoscitur, quibus tempus describitur. Objectum ejus sunt certi motus in certis corporibus, qui secandis certis intervallis finiuntur, ejusque finis est cognitio temporum precationum et aliarum rerum sine ullo motuum siderum respectu, pariter ac cognitio temporum surgendo nocte statutorum vel ad vigilandum vel ad rectam regnorum administrationem reputandam et ad attentam librorum, actorum publicorum et chartarum considerationem, quibus conditio regnorum et subjectorum firmiter servatur. Liquet inde, utramque illam rem esse obligationem sufficientiae, et officia strictissima non nisi hac doctrina explentur. Est igitur ipsa obligatio strictissima, ejusque praesidia e duabus philosophiae partibus, e mathematica et physica, petuntur, et ea praeter has multam perceptionem, et valentem et promtam agilitatem et solertiam in multis artibus versatam requirit. Horologia autem dividuntur in arenaria, quibus haud multum utilitatis inest, et aquaria diversi generis, e quibus pariter nulla

طآئل فيها ايضا والى بنكامات دوريّة معمولة بالدواليب يدير بعضها بعضًا وهذا العلم من زياداتى على مفتاح السعادة فانّ ما ذكره صاحبه من انّه علم آلات الساعة ليس كما ينبغى فتأمّل ومن الكتب المصنّفة فيه الكواكب الدرّيّة والطرق السنيّة فى الآلات الروحانيّة فى بنكامات المآء كلّاهما للعلّامة تقى الدين الراصد وكتاب بديع الزمان فى الآلات الروحانيّة

١٩٤٣ البنين والبنات من رجال الاحاديث لابى السعادات مبارك بن محمد المعروف بابن اثير الجزرى المتوفى سنة ٦٠٦ ١٩٤٤ بوستان للشيخ سعدى سبق فى بستان ١٩٤٥ البهآء الامجد على حروف ابجد ١٩٤٦ بهارستان فارسى لمولانا نور الدين عبد الرحمن بن احمد الجامى المتوفى سنة ٨٩٨ الّفه لولده الضيآء يوسف سنة اربعين وثمانمأئة ورتّب على ثمانية روضات واورد فى كلّ روضة منها لطآئف حكميّة ونوادر كثيرة من الآيات والاشعار واهداه الى السلطان حسين بيقرا ١٩٤٧ بهار وخزان تركى منثور لمولانا محمود ابن عثمان الشهير بلامعى المتوفى سنة ٩٥٨ وفارسى منظوم لمولانا ضميرى من شعرآء

---

utilitas capitur, et in cyclica rotis instructa, quarum altera alteram circumagit. Opus *Mifláh el-seádet* hac doctrina a me auctum est; quod enim ejus auctor illam doctrinam eandem esse dicit cum doctrina instrumentorum horae (*Ilm alát el-sáat*), haud cum re convenit. Fac igitur rem animo attento consideres. — Ad libros autem de illa doctrina compositos pertinent *Kewákib Dorríyet*, *Toroc Seníyet fi el-alát el-ruhániyet fi binkámát el-má*, quorum uterque virum doctissimum *Tacki-ed-din El-Rásid* auctorem habet, et liber *Bedí' el-zemán fi el-alát el-ruhániyet*. —

1943. El-Benín we El-Benát, qui filii et filiae dicuntur ex viris traditionariis, auctore *Abu'lseádát Mobárek Ben Mohammed Jezeri*, vulgo *Ibn Athír* dicto et anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuo. — 1944. Bustán, viridarium, auctore Sheikh *Sa'di*. Vide jam antea sub *Bostán*. — 1945. El-Behá El-Amjed, pulchritudo praeclarissima super literis *abujed*. — 1946. Beháristán, tempus vernum. Carmen persicum, quod Molla noster *Núr-ed-dín Abd-el-rahman Ben Ahmed Jámi*, anno 898 (inc. 23. Oct. 1492) defunctus, filio suo *Dhiyá-ed-din Yusuf* anno 840 (inc. 16. Jul. 1436) composuit et in octo hortos divisit, in quibus singulis facetias sapientiae plenas et multa egregie dicta e versibus coranicis et carminibus protulit. Obtulit illud Sultano *Hosein Beicará*. — 1947. Behár we Khizán, ver et autumnus. Opus turcicum prosa oratione scriptum a Molla nostro *Mahmúd Ben Othmán*, vulgo *Lámii* dicto et anno 958 (inc. 20. Jan. 1551) mortuo, et carmen persicum, auctore Molla nostro

الفرس .١٩٤٨ بهجة الآثار فارسى منظوم للمسلمى الحميدى الشاعر ابن الشاعر المشهور بالميرى نظمه فى معارضة درياى ابرار لمير خسرو ١٩٤٩ بهجة الآفاق فى علم الاوفاق لابى عبد الله محمد بن احمد القرشى المتوفى سنة ٦٩٩ .١٩٥٠ بهجة الاريب ممّا فى كتاب الله العزيز من الغريب للشيخ علآء الدين على بن عثمان المعروف بابن التركمانى الماردينى الحنفى المتوفى سنة .٧٥٠ ١٩٥١ بهجة الاسرار ومعدن الانوار فى مناقب السادة الاخيار من المشايخ الابرار اولهم الشيخ عبد القادر وآخرهم الامام احمد بن حنبل للشيخ نور الدين ابى الحسن على بن يوسف اللخمى الشافعى المعروف بابن جهضم الهمدانى مجاور الحرم الفه فى حدود سنة .٦٦٠ وجعل على احد واربعين فصلًا والاول فى مناقب الشيخ عبد القادر وهو طويل جدًّا يتنصّف الكتاب به اوله استفتح باب العون بايدى محامد الله تعالى الخ الفه لمّا سئل عن قول شيخه عبد القادر قدمى هذه على رقبة كلّ ولى الله فجمع ما وقع له مرفوع الاسانيد وفصل يذكر اعيان المشايخ وافعالهم واقوالهم ثمّ اختصره بعض المشايخ بحذف الاسانيد قال الشيخ

Dhemíri, Poëta persico. — 1948. Behjet el-athár, decus monumentorum. Carmen persicum, quod *Muslimi Homeidi* Poëta filius Poëtae, vulgo *Míri* dictus, in imitationem operis *Deryái abrár* a *Mír Khosrew* editi composuit. — 1949. Behjet el-afác, decus plagarum mundi de doctrina quadratorum talismanicorum, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Coreshi*, anno 699 (inc. 28. Sept. 1299) mortuo. — 1950. Behjet el-aríb, decus intelligentis e dictionibus inusitatis, quae in libro Dei pretioso obviae sunt, auctore Sheikh *Alá-ed-din Ali Ben Othmán Maridíni* Hanefita, vulgo *Ibn-elturkemáni* dicto et anno 750 (inc. 22. Mart. 1349) mortuo. — 1951. Behjet el-asrár we Ma'den el-anwár, decus arcanorum et fodina luminum. Panegyricus dominorum optimorum ex Sheikhis sanctis, quorum primus Sheikh *Abd-el-cádir* et ultimus Imám *Ahmed Ben Hanbal* est. Sheikh *Núr-ed-din Abu'lhasan Ali Ben Yusuf Lakhmi Hemdáni* Shafiita, Meccae religionis caussa habitans, illum anno 660 (inc. 26. Nov. 1261) scripsit, et in quadraginta unam sectionem divisit, quarum prima panegyricum Sheikhi *Abd-el-cádir* continet admodum longum, ita ut dimidiam libri partem expleat. Incipit hic ita: Porta auxilii aperitur beneficiis laudum Dei etc., eumque auctor de dicto Sheikhi sui *Abd-el-cádir* „hic meus pes super cervice amici Dei cujusvis“ interrogatus composuit, ita ut dicta prophetica, quae ad auctoritates asseclarum prophetae referebantur et ipsi in manus venerant, colligeret et Sheikhos principes, eorum facta et dicta uberius enarraret. Postea Sheikhorum quidam librum auctoritatibus omissis in epitomen coëgit. Sheikh *Omar*

عمر بن عبد الوهاب العرضى الحلبى فى ظهر نسختة من نسخ البهجة ذكر ابن الوردى فى تأريخه انّ فى البهجة امور لا تصحّ ومبالغات فى شأن الشيخ عبد القادر لا تليق الّا بالربوبيّة انتهى وبمثل هذه المقالة قيل عن الشهاب ابن حجر العسقلانى واقول ما المبالغات التى عزيت اليه ممّا لا يجوز على مثله وقد تتبّعت فلم اجد فيها نقلًا الّا وله فيه متابعون وغالب ما اورده فيها نقله اليافعى فى اسنى المفاخر وفى نشر المحاسن وروض الرياحين وشمس الدين بن الزكى الحلبى ايضا فى كتاب الاشراف واعظم شىء نقل عنه انّه احيى الموتى كاحيآئه الدجاجة ولعمرى انّ هذه القصّة نقلها تاج الدين السبكى ونقل ايضا عن ابن الرفاعى وغيره وانّما غبىّ جاعل حاسد ضيّع عمره فى فهم ما فى السطور وقنع بذلك عن تزكية النفس واقبالها على الله تعالى ان يفهم ما يعطى الله اوليآئه من التصريف فى الدنيا والآخرة ولهذا قال الجنيدى التصديق بطريقتنا ولاية انتهى ١٩٥٢ بهجة الاسرار فى التصوّف للشيخ ابى الحسن وفى شرح لمعة الانوار يأتى ١٩٥٣ بهجة الانسان فى مهجة الحيوان

Ben Abd-el-wehháb Ordhi Halebi in parte sui exempli operis *Behjet* aversa haec habet: *Ibn-elwardi* in suo *Tarikh* dicit, in *El-Behjet* res esse haud veras et sanctitatis Sheikhi superlationes, quae non nisi divinitati conveniant. — Haec ille. — Fere idem judicium *Shehâb-ed-din Ibn Hajr Ascaláni* tulisse dicitur. At superlationes illi tributas non ad eas res pertinere statuo, quae non etiam de aliis in simili caussa versantibus dici possent. Librum studiose percurri, neque tamen inter illas notitiam inveni, in qua eum alii non imitati essent, et maxima pars eorum, quae de illis retulit, *Yáfii* quoque dedit in operibus *Asná el-mefákhir*, *Nashr el-mehásin* et *Raudh el-riyáhín*, et item *Shems-ed-din Ben-elzeki Halebi* in libro *Ishráf*. Gravissimum autem miraculum, quod ille auctoritate Sheikhi interposita narrat, hoc est, quod is mortuis vitam eodem modo quo gallinae reddiderit. At per vitam meam, eandem historiam *Táj-ed-din Sobki* narrat, et *Ibn-elrifái* aliique idem tradidisse dicuntur, et socors tantum, et stultus et invidus vitam suam in intelligendis iis, quae in scriptis leguntur, perdit et hac re animae sanctificationem negligit, cujus appropinquatio ad Deum Excelsum eo constat, quod dominium intelligimus, quod Deus amicis suis in hac et altera vita concesserit, eandemque ob caussam *Joneidi*: Fides, inquit, in via nostra posita jam est sanctitas. — Sed haec hactenus. — 1952. Behjet el-asrár, decus arcanorum de Theosophia, auctore Sheikh *Abu'lhasan*. Eodem modo commentarius operis *Lam'at el-anwár* inscriptus est, de quo infra videndum. — 1953. Behjet el-insán fi mohjet el-heiwán, decus hominis de anima animalium.

وهو مختصر حيوة الحيوان يأتى ١٩٥٤ بهجة الانوار من حقيقة الاسرار فارسى فى الموعظة للشيخ سليمان بن داود السوارى ثمّ عرّبه مع لحاقات وسمّاه نزهة القلوب المراض ثمّ زاد عليه وسمّاه زهرة الرياض ١٩٥٥ بهجة الانوار لابى بكر بن عوار البطّائحى ١٩٥٦ بهجة اهل الاسلام فى اسامى الرسل الكرام لمحمد بن احمد بن ابى بكر المستبشرى ١٩٥٧ بهجة التواريخ فارسى لشكر الله بن الشهاب احمد الرومى ألّفه سنة ٩٦١ ورتّب على ثلثة عشر بابًا ا فى بدآء الخلق ٢ فى الانبيآء ٣ فى نسب النبىّ صلعم ٤ فى مولده ووقائعه ٥ فى اولاده وازواجه ٦ فى العشرة ٧ فى كبار الصحابة ٨ فى الائمّة ٩ فى المشايخ ١٠ فى الحكمآء ١١ فى ملوك العجم ١٢ فى بنى اميّة وآل عباس ١٣ فى آل عثمان ونقله شاعر فارس المخلّص الى التركى واهداه الى السلطان سليمان خان ١٩٥٨ بهجة التوحيد لعضد الدين ملك يزد كذا ذكره الشهرزورى فى تأريخ الحكمآء وانّه كان ملكًا متخلّقًا باخلاق الحكمآء ١٩٥٩ بهجة الحدآئق

Compendium operis *Hayát el-heiwán*, de quo infra videatur. — 1954. Behjet el-anwár, decus luminum e vera arcanorum natura. Opus paraeneticum, quod Sheikh *Soleimán Ben Dawud Suwári* primum persice composuit, deinde vero adjectis additamentis in linguam arabicam transtulit, versionemque *Nuzhet el-colúb el-mirádh* inscripsit. Tum magis auxit, et hanc recensionem *Zahret el-riyádh* nominavit. — 1955. Behjet el-anwár, decus luminum, auctore *Abu Bekr Ben Hewár Betáïhi*. — 1956. Behjet ahl el-islám, decus gentis Islamicae de nominibus legatorum generosorum, auctore *Mohammed Ben Ahmed Ben Abi Bekr Mostabshiri*. — 1957. Behjet el-tewárikh, decus historiarum. Opus persicum, quod *Shakrallah Ben-elsheháb Ahmed Rúmi* anno 861 (inc. 29. Nov. 1456) composuit et in tredecim capita divisit, quorum primum agit de initio creationis — secundum de prophetis — tertium de genealogia prophetae, cui Deus faveat — quartum de ejus nativitate et gravibus proeliis — quintum de ejus liberis et uxoribus — sextum de decem ejus asseclis principibus — septimum de majoribus asseclarum ejus — octavum de Imamis — nonum de Sheikhis — decimum de philosophis — undecimum de regibus Persarum — duodecimum de Omayyadis et Abbasidis — decimum tertium de gente Othmanica. *Mokhallis* Poëta illustris illud in linguam turcicam transtulit et Sultano *Soleimán Khán* obtulit. — 1958. Behjet el-tauhíd, decus doctrinae de unitate, auctore *Adhod-ed-din* Yezdae principe, ut *Shahrezúri* in *Tárikh el-hokamá* testatur et illum regem esse dicit mores sapientium assumentem. — 1959. Behjet el-hedáïc, decus

١٩٦٠ بهجة الحسناء فى نظم الاسماء الحسنى للشيخ ابى اليمن سعد اليمانى ١٩٦١ بهجة الزمن فى اخبار اليمن للشيخ ضيآء الدين عبد الله بن محمد المعروف بابن عبد المجيد ١٩٦٢ بهجة الفكر فى حلّ الشمس والقمر من متعلّقات الزيج الالوغبكى يأتى فى الزآء ١٩٦٣ بهجة المجالس وانس المجالس للحافظ ابى عمرو يوسف بن عبد الله بن عبد البرّ النمرى القرطبى المتوفى سنة ٤٦٣ وهو فى مجلّد من الكتب المعتبرة فى المحاضرات مرتّب على ١٢٤ ابواب اوله امّا بعد فالاولى الخ ١٩٦٤ بهجة المجالس وانس المجالس مجلّد فى نصف حجم السابق مرتّب على ستين بابًا اوله الحمد لله الذى خلق الانسان وعلّمه الخ ١٩٦٥ بهجة المحافل [وبغية الاماثل] فى السير والمعجزات والشمآئل للشيخ الامام المحدّث يحيى بن ابى بكر العامرى [المتوفى سنة ٨٩٣] وهو مجلّد على ثلثة اقسام آ فى تلخيص السير ٢ فى الاسمآء والصفات ٣ فى الشمآئل والفضآئل وفرغ فى رمضان سنة ٨٥٥ اوله الحمد لله الواحد البرّ الرحيم الخ ١٩٦٦ البهجة المرضيّة فى شرح الفيّة ابن مالك

---

viridariorum. — 1960. Behjet el-hasná, decus venustum. Metrica nominum Dei pulchrorum exaratio, auctore Sheikh *Abu'lyemen Sa'd Yemáni*. — 1961. Behjet el-zemen, decus temporis de historia Yemanae, auctore Sheikh *Dhiyá-ed-din Abdallah Ben Mohammed*, vulgo *Ibn Abd-el-mejíd* dicto. — 1962. Behjet el-fiker, decus cogitationum de analysi solis et lunae. Appendix ad *El-Zíj El-Olughbeki*, de quo opere in litera *Zá* videatur. — 1963. Behjet el-mejális we Ins el-mojális, decus consessuum et familiaris convivae, auctore Iláfitz *Abu Amru Yusuf Ben Abdallah Ben Abd-el-berr Nemiri Cortubi*, anno 463 (inc. 9. Oct. 1070) mortuo. Opus uno volumine comprehensum et inter opera anthologica magni aestimatum. Divisum est in centum viginti quatuor capita et incipit ita: Praemissis praemittendis. Et optimum etc. — 1964. Behjet el-mejális we Uns el-jális, decus consessuum et familiaritas sedentis. Volumen dimidio minus libro praecedente et in sexaginta capita divisum, quod incipit ita: Laus Deo, qui hominem creavit eumque docuit etc. — 1965. Behjet el-mehafil, decus conventuum [et desiderium procerum], de vitis, miraculis a prophetis editis et indolis virtutibus. Volumen in tres partes divisum — de succincta vitarum expositione — de nominibus et attributis — de indolis virtutibus et meritis, quod Sheikh et Imám *Yahya Ben Abi Bekr Amiri* Traditionarius, [anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuus], mense Ramadhán anni 855 (inc. 3. Febr. 1451) ad finem perduxit. Incipit ita: Laus Deo unico, justo, clementi etc. — 1966. El-Behjet El-Mardhíyet, decus laudabile. Commentarius grammaticae *Alfiyet Ibn Málik*i,

سبق ذكره ١٩٦٧ بهجة المهج فى بعض فضائل الطائف ووجّ لابى العباس احمد بن على ابن ابى بكر العبدرى الاندلسى ثمّ الميورقى وهو مختصر قريب من نصف كراسة ذكره ابن فهد فى تحفة اللطائف ١٩٦٨ بهجة الناظر ١٩٦٩ بهجة النفوس والاسرار فى تأريخ حجرة المختار لابى محمد عبد الله بن عبد الملك القرشى البكرى القرطبى المرجانى ١٩٧٠. بهجة النفوس وغايتها بمعرفة ما لها وما عليها فى شرح جمع النهاية وهو مختصر البخارى يأتى ذكره ١٩٧١ البهجة الورديّة فى نظم الحاوى الصغير فى فروع الشافعيّة يأتى فى الحاء ١٩٧٢ بهرام وزهره تركى منظوم فى الهزج للفكرى الرومى ١٩٧٣ بهرام وكل اندام فارسى منظوم لمحمد بن عبد الله الكاتبى النيسابورى المتوفى فى حدود سنة ٨٥٠.

١٩٧٤ علم البيان

وهو علم يعرف به ايراد المعنى الواحد بتراكيب مختلفة فى وضوح الدلالة على المقصود بان

---

de quo antea mentio facta est. — 1967. Behjet el-mohej, decus animarum de nonnullis oppidi *Táïf* et vallis *Wejj* virtutibus praestantibus, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Ali Ben Abi Bekr Abderi*, primum Andalusiae, deinde Majoricae inquilino. Compendium dimidiam fere quaternionis (*Korráset*) partem explens, quod *Ibn Fahd* in opere *Tohfet el-letáïf* commemorat. — 1968. Behjet el-nátzir, decus speculantis. — 1969. Behjet el-nofús we el-asrár, decus animarum et secretorum de chronologia *Hijret* prophetae electi, auctore *Abu Mohammed Abdallah Ben Abd-el-melek Coreshi Bekri Cortubi Merjáni*. — 1970. Behjet el-nofús we Ghayatoha, decus animarum et summus earum finis in cognitione jurium et officiorum suorum. Commentarius operis *Jam'o el-niháyet* i. e. compendii *Bokhárii*, quod infra commemorabitur. — 1971. El-Behjet El-Wardíyet, decus rosaceum. Metrica operis *El-Háwi El-Saghír* partes juris Shafiitici speciales tractantis exaratio, de quo litera *Há* videatur. — 1972. Behrám we Zohreh, Mars et Venus. Poëma turcicum metro *Hezej* compositum, auctore *Fikri Rumi*. — 1973. Behrám we Gül endám, Behrám et Statura Rosacea. Poëma persicum, auctore *Mohammed Ben Abdallah Kátibi Nisabúri*, circa annum 850 (inc. 29. Mart. 1446) mortuo. —

1974. Ilm el-beyán. Doctrina expositionis.

Haec est ea doctrina, qua ratio cognoscitur, unam sententiam compositionibus proferendi pro perspicuitate diversis, qua verba electa sensum propositum exprimunt;

يكون دلالة بعضها اجلى من بعض وموضوعه اللفظ العربى من حيث وضوح الدلالة على المعنى المراد وغرضه تحصيل ملكة الافادة بالدلالة العقليّة وفهم مدلولاتها وغايته الاحتراز عن الخطاء فى تعيين المعنى المراد ومباديه بعضها عقليّة كاقسام الدلالات والتشبيهات والعلاقات وبعضها وجدانيّة ذوقيّة كوجوه التشبيهات واقسام الاستعارات وكيفيّة حسنها وانّما اختاروا فى علم البيان وضوح الدلالة لانّ بحثهم لمّا اقتصر على الدلالة العقليّة اعنى التضمّنيّة والالتزاميّة وكانت تلك الدلالة خفية سيما اذا كانت اللزوم بحسب العادات والطبآئع فوجب التعبير عنها بلفظ اوضح مثلًا اذا كان المرئى دقيقًا فى الغاية يحتاج الحاسّة فى ابصارها الى شعاع قوى بخلاف المرئى اذا كان جليلًا وكذا الحال فى الرؤية العقليّة اعنى الفهم والادراك والحاصل انّ المعتبر فى علم البيان دقّة المعانى المعتبرة فيها من الاستعارات والكنايات مع وضوح الالفاظ الدالّة عليها ومن الكتب المفردة فيها

---

quae diversitas in eo nititur, quod potestas verborum unius harum compositionum clarior est altera. Objectum ejus est vox arabica ratione habita perspicuitatis dictionis, qua sensus, quem exprimere volumus, exprimendus est. Consilium ejus in comparanda facultate spectatur, cogitata sua vi verborum rationali enunciandi, et ea, quae alii exprimere volunt, intelligendi. Summus ejus finis evitatio errorum est in sententia proposita clare dicendo adumbranda. Principia ejus partim e ratione sunt petenda, ut genera dictionum, comparationum et membrorum orationis dependentium, partim e sensu interiori et facultate cogitata praeclare eloquendi, ut variae species comparationum, genera metaphorarum et earum venustatis ratio. Rhetores autem dictionis perspicuitatem eam ob caussam caput doctrinae expositionis fecerunt, quod, cum eorum disquisitio in dictione rationali i. e. ubi res exprimenda vi verborum inesse debet et ratio ad illam intelligendam cogitur, acquiescat, et haec dictio occulta esse possit, praesertim cum perceptio animi ex consuetudinibus receptis et qualitatibus naturalibus pendet, illa dictio necessario verbis perspicuis significari debet. Quando res, ut exemplo utamur, visui objecta praeter morem tenuis est, oculo in videndo splendore fortiore opus est, quod in rem visam, quando satis magna est, non cadit. In eadem caussa versatur visus intellectualis i. e. intelligentia et comprehensio. Inde efficitur, ut res gravissima in doctrina expositionis subtilitas sententiarum sit, quae quoad metaphoras et metonymias in his maximi momenti est simul cum perspicuitate verborum, quibus illae sententiae exprimuntur. — Inter libros, qui hanc materiam summatim tractant, sunt hi ...

١٩٧٥ بيان الاجماع على منع الاجتماع فى بدعة الغنآء والسماع لبرهان الدين ابرهيم بن عمر البقاعى المتوفى سنة ٨٨٥ ١٩٧٦ بيان احوال الناس يوم القيمة لعزّ الدين عبد العزيز بن عبد السلام المتوفى سنة ٦٦٠ ١٩٧٧ بيان احكام الله ١٩٧٨ بيان آداب العلم لابى عمرو بن عبد البرّ النمرى ١٩٧٩ بيان الاستدلال على بطلان مجلّى السباق والنضال لشمس الدين محمد بن ابى بكر ابن قيم الجوزية الحنبلى المتوفى سنة ٧٥١ ١٩٨٠ بيان اسرار الطالبين فى التصوّف رسالة لمولانا يوسف على اربعة وعشرين فصلًا اوله الحمد لله القادر الخ ١٩٨١ بيان التعبير لعبديوس ١٩٨٢ بيان الجواب الصحيح لمن بدل دين المسيح للشيخ تقى الدين احمد بن عبد الحليم ابن تيميّة الحنبلى المتوفى سنة ٧٢٨ اوله كلمتى الشهادة وهو مجلّد ذكر فيه انّه وجد رسالة لبولص الراهب اسقف صيدا الانطاكى كتبها الى بعض اصدقآئه وهى عمدتهم التى يعتمد عليها علمآؤهم ومضمونها

1975. Beyán el-ijmá', expositio consensus in prohibenda consociatione, de cantu et musica tanquam rebus novis, auctore *Borhán-ed-din Ibrahim Ben Omar Becáï*, anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuo. — 1976. Beyán ahwál el-nás yaum el-ckiyamet, expositio conditionis hominum die resurrectionis, auctore *Izz-ed-din Abd-el-aziz Ben Abd-el-selám*, anno 660 (inc. 26. Nov. 1261) mortuo. — 1977. Beyán ahkám Allah, expositio statutorum divinorum. — 1978. Beyán adáb el-ilm, expositio regularum in discenda scientia, auctore *Abu Amru Ben Abd-el-berr Nemiri*. — 1979. Beyán el-istidlál, expositio argumentationis, ejus operam, qui primus est in cursus effusi et jaculationis certamine, esse vanam, auctore *Shems-ed-din Mohammed Ben Abi Bekr Ibn Cayyim-eljauziyet* Hanbalita, anno 751 (inc. 11. Mart. 1350) mortuo. — 1980. Beyán asrár el-talibín, expositio arcanorum studiosis manifestandorum, auctore Molla nostro *Yusuf*. Tractatus de Sufismo in viginti quatuor sectiones divisus et ita incipiens: Laus Deo potentissimo etc. — 1981. Beyán el-ta'bír, expositio artis somnia interpretandi, auctore *Abdiyús*. — 1982. Beyán el-jewáb el-sehíh, expositio refutationis sanae eorum, qui religionem Messiae corruperunt, auctore Sheikh *Tacki-ed-din Ahmed Ben Abd-el-helím Ibn Teimíya* Hanbalita, anno 728 (inc. 17. Nov. 1327) mortuo. Volumen, quod a duabus fidei Islamicae formulis incipit. Auctor in eo narrat, epistolam a Paulo Antiochensi, monacho christiano et Sidonis episcopo, quam ad quendam amicorum miserit, sibi ad manus venisse, illique summam auctoritatem a viris doctis christianis tribui, qui ejus testimonio prae ceteris utantur. Argumentum

ستة فصول ١ فى انّ محمّدًا صلعم لم يبعث اليهم بل الى اهل الجاهليّة وانّ فى القرآن ما يدلّ على ذلك ٢ انّ محمّدًا اثنى فى القرآن على دينهم ومدحه ٣ انّ نبوّات الانبيآء تشهد لدينهم بانّه حقّ فيجب التمسّك به ٤ تقرير ذلك بالمعقول وانّ ما ٣ عليه من التثليث ثابت ٥ دعواهم انّهم موحّدون ٦ انّ المسيح جآء بعد موسى صلعم بغاية الكمال فلا حاجة الى شرع يزيد على الغاية انتهى فذكر ابن تيميّة مدّعاه فاجاب عنها فابطل جميع ما حكاه عنه ١٩٨٣ بيان الحقّ فى المنطق والحكمة لسراج الدين محمود بن ابى بكر الارموى المتوفى سنة ٦٨٢ ١٩٨٤ بيان خطآء من اخطأ على الشافعى لابى بكر احمد بن الحسين البيهقى ١٩٨٥ بيان الربط فى اعتراض الشرط لتقى الدين على بن عبد الكافى السبكى المتوفى سنة ٧٥٦ ١٩٨٦ بيان الصناعات لابى الفضل حبيش بن ابرهيم المتطبّب التفليسى وهو مختصر على احد وعشرين بابًا ذكر فيه امورًا غريبة من الحيل والصنآئع وترجمته بالتركى لبعضهم ١٩٨٧ بيان الصور مقدّمة فى الميقات لابى عبد الله محمد بن ابى القاسم الاندلسى

---

ejus sex sectionibus continetur — Mohammedem non ad Christianos, sed ad populum ignorantiae (Mohammedanos) missum esse, et in Corano locos inveniri hoc probantes — Mohammedem in Corano ipsorum religionem celebrare et laudibus efferre — prophetias prophetarum veritatem religionis ipsorum testari, qua de caussa eam firmiter amplectendam et diligenter tuendam esse. — Quarta sectio hoc argumentis e ratione petitis comprobat et monstrat, trinitatem, quam profiteantur, esse rem exploratam. — In quinta de dicto Christianorum disseritur, se in unum Deum credere — et in sexta, Messiam post Mosem legem absolutissimam et perfectissimam attulisse, ita ut amplius lege non opus sit, quae illam summam perfectionem augeat. Jam *Ibn Teimíya*, quae Paulus censet, profert, ita ut epistolam refutet, et omnia, quae tanquam a Paulo sancita assumit, diluat. — 1983. Beyán el-hacc, expositio veritatis de logica et philosophia, auctore *Siráj-ed-din Mahmúd Ben Abi Bekr Ormawi*, anno 682 (inc. 1. Apr. 1283) mortuo. — 1984. Beyán khatá, expositio peccati ejus, qui nefas in *Shafiíum* admittit, auctore *Abu Bekr Ahmed Ben-elhosein Beihacki*. — 1985. Beyán el-robot, expositio vinculorum de repellendis conditionibus, auctore *Tacki-ed-din Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 1986. Beyán el-sináát, expositio artificiorum, auctore *Abu'lfadhl Hobeish Ben Ibrahim Teflisi* Medico. Compendium in viginti unum caput divisum, in quo ille technas et artificia rarissima narrat. Turca quidam illud in linguam suam transtulit. — 1987. Beyán el-sower, expositio figurarum, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Abi'lcásim Andalusi*. Isagoge de

اوله امّا بعد حمد الله الذى لا يحاط بمعلوماته الخ وهو مرتّب على عشرين بابًا يستعان به على معرفة الاوقات بالآلة ١٩٨٨ بيان غربة الاسلام بواسطة صنفى المتفقّهة والمتفقّرة من اهل مصر والشام وما يليهما من بلاد الاعجام للشيخ على بن ميمون الادريسى الحسينى نزيل صالحيّة دمشق [المتوفى بحلب سنة ٩١٧] اوله الحمد لله على كلّ حال الخ ألّفه فى محرم سنة ٩١٦ ١٩٨٩ بيان الفرقان بين اولياء الشيطان واولياء الرحمان للشيخ ابى العباس احمد بن عبد الحليم ابن تيميّة الحنبلى المتوفى سنة ٧٢٨ وهو مختصر كثير الفائدة ١٩٩٠ بيان القدر بين سنة وشهور ومنازل وقمر لابى عبد الله محمد بن ابى القاسم الاندلسى وهو مختصر على عشرين بابًا فى علم الميقات ١٩٩١ بيان اللغة ١٩٩٢ بيان المحتمل فى تعدية العمل لتقى الدين على بن عبد الكافى السبكى الشافعى المتوفى سنة ٧٥٦ ١٩٩٣ بيان المعانى فى شرح عقيدة الشيبانى يأتى ١٩٩٤ بيان المغنم فى الورد الاعظم للشيخ محيى الدين ابى العباس

---

temporum descriptione, quae ita incipit: Praemissis praemittendis. Laudetur Deus, cujus virtutes nobis cognoscendae scientia nostra non comprehenduntur etc. In viginti capita disposita est, et ad cognitionem temporum ope instrumenti ex eo magnus fructus capitur. — 1988. Beyán ghorbet el-islám, expositio exilii, in quod duo genera hominum, juris studiosi et Fackiri, ex Aegypti, Syriae et terrarum barbararum, quae illis adjacent, incolis Islamismum expellunt. Sheikh *Ali Ben Meimún Idrísi Hoseini*, Salihíyae Damascenae inquilinus [et Halebi anno 917 (inc. 31. Mart. 1511) mortuus], hunc librum a verbis: Laus Deo pro quavis conditione etc. incipientem, mense Moharrem anni 916 (inc. 10. Apr. 1510) absolvit. — 1989. Beyán el-furcán, expositio discriminis inter amicos Satanae et Dei misericordis, auctore Sheikh *Abu'labbás Ahmed Ben Abd-el-helím Ibn Teimíya* Hanbalita, anno 728 (inc. 17. Nov. 1327) mortuo. Compendium multa ad discendum utilia continens. — 1990. Beyán el-cadr, expositio relationis quantitativae inter annum, menses, mansiones lunae et lunam, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Abi'lcásim Andalusi*. Compendium in viginti capita dispositum de temporum descriptione. — 1991. Beyán el-loghet, expositio linguae. — 1992. Beyán el-mohtemel, expositio eorum, quae in rectione verborum transitivorum possibilia sunt, auctore *Tacki-ed-din Ali Ben Abd-el-káfi Sobki* Shafiita, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 1993. Beyán el-meáni, expositio sententiarum. Commentarius operis *Ackídet* a *Sheibáni* confecti, de quo infra videatur. — 1994. Beyán el-maghnam, expositio praedae de pericopa Corani maxima usu in precando recepta, auctore Sheikh *Mohyi-ed-din Abu'labbás*

احمد بن ابرهيم ابن النحاس وهو على مقدّمة وسبعة ابواب فى الذكر والقرآءة والتسبيح

١٩٩٥ بيان المنن على قرّى الكتاب والسنن لقاسم بن محمد القرطبى المتوفى سنة ٣٤٣

١٩٩٦ بيان النجوم للشيخ ابى الفضل حبيش بن ابرهيم التفليسى ألّفه قبل قانون الادب

١٩٩٧ بيان الوهم والايهام فى الحديث للشيخ ابى الحسن على بن محمد بن القطان الفاسى المتوفى سنة ٦٢٨ صحّح فيه عدّة احاديث ١٩٩٨ بيان وهم المعتزلة للشيخ ابى منصور محمد ابن محمود الماتريدى الحنفى المتوفى سنة ٣٣٣ ١٩٩٩ البيان التقريرى فى تخطئة الكمال الدميرى للشيخ شهاب الدين احمد بن العماد الاقفهسى المتوفى سنة ٨٠٨ وكتب عليه البرهان ابن حضر المخطئ للكمال الدميرى هو المخطئ ٢٠٠٠ البيان والاعراب عمّا فى ارض مصر من الأعراب لتقى الدين احمد بن على المقريزى المتوفى سنة ٨٤٥ ٢٠٠١ البيان والبرهان فى الردّ على اهل الزيغ والطغيان للامام فخر الدين محمد بن عمر الرازى المتوفى سنة ٦٠٦

Ahmed Ben Ibrahím Ibn-elnehhás. Divisus est liber in introductionem et septem capita de continua Dei invocatione, Corani lectione et Dei laudatione. — 1995. Beyán el-monen, expositio beneficiorum in lectorem Corani et traditionum collatorum, auctore *Cásim Ben Mohammed Cortubi*, anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuo. — 1996. Beyán el-nojúm, expositio astrorum. Sheikh *Abu'lfadhl Hobeish Ben Ibrahim Teflísi* hunc tractatum ante *Canún el-edeb* composuit. — 1997. Beyán el-wahm we el-ihám, expositio erroris et eorum, quae in errorem ducunt in re traditionaria. Sheikh *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Ben-elcattán Fási*, anno 628 (inc. 9. Nov. 1230) mortuus, in hoc tractatu plures traditiones emendavit. — 1998. Beyán wahm El-Motazilet, expositio errorum Motazelitarum, auctore Sheikh *Abu Mansúr Mohammed Ben Mahmúd Materídi* Hanefita, anno 333 (inc. 24. Aug. 944) mortuo. — 1999. El-Beyán El-Tecríri, expositio comprobans de *Kemál-ed-dino Demíri* lapsus arguendo, auctore Sheikh *Sheháb-ed-din Ahmed Ben-elimád Acfahesi*, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuo. *Borhán Ben Hadhr* huic libro inscripsit: Qui *Kemál-ed-dinum Demíri* errorum arguit, is ipse est, qui errat. — 2000. El-Beyán we El-Iráb, expositio et explanatio accuratior familiarum arabicarum, quae in Aegypto sedem habent, auctore *Tacki-ed-din Ahmed Ben Ali Macrízi*, anno 845 (inc. 22. Mai. 1441) mortuo. — 2001. El-Beyán we El-Borhán, expositio et demonstratio de refutatione hominum a vera religione aberrantium et impiorum, auctore Imam *Fakhr-ed-din Mohammed Ben Omar Rázi*, anno 606 (inc.

٢٠٠٢ البيان والتبيين فى انساب المحدّثين لابى عبد الله محمد بن احمد الزهرى المتوفى سنة ٦١٧

٢٠٠٣ البيان والتبيين لابى عثمان عمرو ابن الجاحظ البصرى [المعتزلى] المتوفى سنة [٢٥٥] وهو كتاب كبير ٢٠٠٤ البيان والتذكار للشيخ ابى بكر بن محمد بن عياش الحضار ٢٠٠٥ البيان عن الفصل فى الاشربة بين الحلال والحرام لابى المحاسن المفضل ابن مسعود التنوخى الحنفى المتوفى سنة ٤٢٢ ٢٠٠٦ البيان لاهل العيان فارسى للسيّد ابى الفتح محمود بن المؤيد بن على صاحب كتاب العيان لاهل البيان وهو مختصر فى احوال السلوك وآدابه اوله الحمد لله جعل قلوب العارفين الخ ألّفه سنة ٥٣٧ ٢٠٠٧ البيان فى تفسير القرآن لمعانى بن اسمعيل بن الحسين ابن ابى سفيان الموصلى [المتوفى سنة ٦٣٠] قرى عليه بالصالحيّة سنة ٦٠٣ وكان مدرّسًا بها ٢٠٠٨ البيان فى اخبار صاحب الزمان للشيخ ابى عبد الله محمد بن يوسف الكنجى [المتوفى سنة ٦٥٨] ٢٠٠٩ البيان فى تأويلات القرآن للحافظ ابى عمرو يوسف بن عبد الله بن عبد البرّ

---

6. Jul. 1209) mortuo. — 2002. El-Beyán we El-Tebyín, expositio et descriptio accuratior de genealogiis traditionariorum, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Zohri*, anno 617 (inc. 8. Mart. 1220) mortuo. — 2003. El-Beyán we El-Tebyín, expositio et descriptio accuratior. Magnus liber, auctore *Abu Othmán Amru Ibn-eljáhitz Basri* [*Motazelita*], anno [255 (inc. 20. Dec. 868)] mortuo. — 2004. El-Beyán we El-Tidzkár, expositio et commonitio, auctore Sheikh *Abu Bekr Ben Mohammed Ben Ayyásh Hedhár*. — 2005. El-Beyán an el-fasl, expositio discriminis inter potus licitos et illicitos, auctore *Abu'lmehásin Mofadhdhil Ibn Mes'úd Tenúkhi* Hanefita, anno 442 (inc. 26. Mai. 1050) mortuo. — 2006. El-Beyán li ahl el-iyán, expositio sectae intuitus mystici. Compendium persicum de affectionibus et regulis viae mysticae, quod *Seyyid Abu'lfat'h Mahmúd Ben-elmüid Ben Ali*, auctor libri *El-Iyán li ahl el-beyán*, anno 537 (inc. 27. Jul. 1142) composuit. Incipit ita: Laus Deo, qui corda mysticorum spiritualium formavit etc. — 2007. El-Beyán fi tefsír El-Cor'án, expositio. Commentarius Corani, de quo *Moáni Ben Ismail Ben-elhosein Ben Abi Sofyán Mausili*, [anno 630 (inc. 18. Oct. 1232) mortuus], in collegio *Sálihi*ano, cujus professor fuit, anno 603 (inc. 8. Aug. 1206) scholas habuit. — 2008. El-Beyán fi akhbár sáhib el-zemán, expositio historiae principis hujus temporis potentissimi, auctore Sheikh *Abu Abdallah Mohammed Ben Yusuf Kenji*, [anno 658 (inc. 18. Dec. 1259) mortuo]. — 2009. El-Beyán fi tawílát El-Cor'án, expositio de variis Corani explicationibus allegoricis, auctore Háfitz *Abu Amru Yusuf Ben Abdallah Ben Abd-el-berr Cortubi*, anno 463

القرطبى المتوفى سنة ٤١٣ ٢٠١٠ البيان فى تقرير شعب الايمان لخّصه بخشايش ابن حمزة
الرومى اوله الحمد لله الذى تقرّر ضمآئر ارباب الدين الخ ٢٠١١ البيان فيما ابهم من الاسمآء
فى القرآن لابى عبد الله محمد ابن احمد الزهرى المتوفى سنة ٦١٧ ٢٠١٢ البيان فى علوم القرآن
لابى عامر فضل بن اسمعيل الجرجانى المتوفى سنة ٢٠١٣ البيان فى شواهد القرآن لابى الحسن على
ابن الحسن الباقولى المتوفى بعد سنة ٥٣٥ ٢٠١٤ البيان فى احكام النقآء الختان للشيخ المعروف
بفقيه سلطان المقدسى ٢٠١٥ البيان عن تأريخ سنى زمان العالم على سبيل الحجّة والبرهان
لابى عيسى احمد بن على المنجّم ذكر فيه التواريخ القديمة وهو فى مجلّد كبير ٢٠١٦ البيان
فى معرفة الاوزان للشيخ على بن سعيد بن حمامة الصنهاجى ٢٠١٧ البيان فى اصول الدين
لابى بكر محمد بن المظفر الحموى المتوفى سنة ٤٨٨ ٢٠١٨ البيان فى احوال الصحابة لمحمد بن
عمرو المكى ٢٠١٩ البيان فى اسمآء الائمّة للشيخ الامام ابى الحسن على بن الحسين المسعودى المتوفى

(inc. 9. Oct. 1070) mortuo. — 2010. El-Beyán fi tecrír shoab el-imán, expositio de sectis verae fidei comprobandis. Epitome a *Bakhsháish Ibn Hamza Rumi* confecta, quae ita incipit: Laus Deo, qui animos propugnatorum religionis sibi certos reddidit etc. — 2011. El-Beyán, expositio nominum incertorum in Corano obviorum, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ibn Ahmed Zohri*, anno 617 (inc. 8. Mart. 1220) mortuo. — 2012. El-Beyán fi olúm El-Cor'án, expositio doctrinarum coranicarum, auctore *Abu Amir Fadhl Ben Ismaíl Jorjáni*, anno . . . mortuo. — 2013. El-Beyán fi shewáhid El-Cor'an, expositio locorum Corani probantium, auctore *Abu'lhasan Ali Ben-elhasan Bacúli*, post annum 535 (inc. 17. Aug. 1140) mortuo. — 2014. El-Beyán fi ahkám ilticá el-khitán, expositio statutorum ad celebrationem convivii circumcisionis pertinentium, auctore Sheikh *Mocaddesi*, vulgo *Feckih Sultáni* dicto. — 2015. El-Beyán an taríkh seni zemán el-alem, expositio de chronologia annorum temporis mundi argumentis et rationibus probata. *Abu Isa Ahmed Ben Ali* Astronomus in hoc volumine crasso chronologias veteres commemorat. — 2016. El-Beyán fi ma'rifet el-auzán, expositio de cognitione mensurarum, auctore Sheikh *Ali Ben Said Ben Hemámet Sinháji*. — 2017. El-Beyán fi osúl ed-din, expositio principiorum religionis, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben-elmotzaffir Hamawi*, anno 488 (inc. 11. Jan. 1095) mortuo. — 2018. El-Beyán fi ahwál el-schábet, expositio status sociorum prophetae, auctore *Mohammed Ben Amru Mekki*. — 2019. El-Beyán fi asmá el-aïmmet, expositio nominum Imamorum, auctore Sheikh et Imam *Abu'lhasan Ali Ben-elhosein Mes'údi*, anno 346

سنة ٣٤٩ ٢٠٢٠. البيان فى الفروع لابى اسحق اسمعيل بن سعيد الطبرى الحنفى [من اصحاب الامام محمد المعروف بالشاليخى المتوفى سنة ٢٣٠] ٢٠٢١ البيان فى الفروع للشيخ ابى الخير يحيى بن سالم اليمنى الشافعى [العمرانى المتوفى سنة ٥٣٨] مكث فى تأليفه ست سنين وهو كبير فى نحو عشر مجلّدات ٢٠٢٢ البيان فى فقه الامامية ٢٠٢٣ البيان لابن السكيت ٢٠٢٤ البيان فى شرح مختصر القدورى يأتى فى الميم ٢٠٢٥ بيت مال المذكرين لمحمد بن الحسن بن عيينة البوزجانى ٢٠٢٦ پير وجوان فارسى منظوم لغضنفر القمى الشاعر وهو فى اربعة الاف بيت ٢٠٢٧ بيت باب فى معرفة الاسطرلاب فارسى للعلّامة نصير الدين محمد بن حسن الطوسى المتوفى سنة ٦٧٩ وهو مختصر على عشرين بابا وله شروح منها شرح نظام الدين ابن حبيب الله الحسينى الفه سنة ٨٧٣ بالفارسيّة

٢٠٢٨ علم البيزرة

وهو علم يبحث فيه عن احوال الجوارح من حيث حفظ صحّتها وازالة مرضها ومعرفة العلامات

(inc. 4. Apr. 957) mortuo. — 2020. El-Beyán fi el-forú', expositio partium juris specialium, auctore *Abu Is'hac Ismail Ben Said Taberi* Hanefita [discipulo Imami *Mohammed*, vulgo *Shalikhi* dicti, anno 230 (inc. 18. Sept. 844) mortuo]. — 2021. El-Beyán fi el-forú', expositio partium juris specialium. Sheikh *Abu'lkheir Yahya Ben Sálim Yemeni* Shafiita [*Imráni*, anno 538 (inc. 16. Jul. 1143) mortuus], in componendo hoc libro crasso, circiter decem volumina complectente, sex annos consumsit. — 2022. El-Beyán, expositio de jure sectae *Imámiyet*. — 2023. El-Beyán, expositio, auctore *Ibn-elsikkit*. — 2024. El-Beyán, expositio. Commentarius compendii *Codúrí*, de quo litera *Mim* videatur. — 2025. Beit mál el-modzakkirín, aerarium commonefacientium, auctore *Mohammed Ben-elhasan Ben Oyeina Buzjáni*. — 2026. Pír we Juwán, senex et juvenis. Poëma persicum quatuor mille versuum, auctore *Ghadhanfar Commi* Poëta. — 2027. Beit-báb, janua domus de cognitione astrolabii. Compendium persicum in viginti capita divisum, auctore viro doctissimo *Nesír-ed-din Mohammed Ben Hasan Tusi*, anno 679 (inc. 3. Mai. 1280) mortuo. Inter alios illud *Nitzám-ed-din Ben Hebiballah Hoseini* persice commentatus est, et scripsit anno 873 (inc. 22. Jul. 1468). —

2028. Ilm el-beizaret. Ars, quae in falconum sanitate conservanda versatur.

Haec doctrina, auctore libri *Mifták el-seádet* testante, quaerit de affectionibus volucrum rapacium venaticarum, ratione sanitatis earum conservandae et morbi

الدالّة على قوّتها فى الصيد وضعفها فيه وموضوعه وغايته ظاهرة وكتاب القانون الواضح كاف فى هذا العلم كذا فى مفتاح السعادة

٢٠٢٩ علم البيطرة

وهو علم يبحث فيه عن احوال الخيل من جهة ما يصحّ ويمرض او تحفظ صحّته ويزال مرضه وهذا فى الخيل بمنزلة الطبّ فى الانسان وموضوعه وغايته ظاهر ومنفعته عظيمة لانّ الجهاد والحجّ لا يقوم ولا يقوى صاحبه الّا به ومن الكتب المؤلّفة فيه

٢٠٣٠ بيع المرهون فى غيبة المديون لتقى الدين على بن عبد الكافى السبكى المتوفى سنة ٧٥٦ ٢٠٣١ بيوتات العرب لابى عبيدة معمر بن مثنى اللغوى المتوفى سنة [٢١١] وابى زيد سعيد بن عوس الخزرجى [المتوفى سنة ٢١٥]

---

depellendi habita, et de cognitione signorum, earum firmitatem et infirmitatem in venando demonstrantium. Ejus objectum et summus finis in aprico sunt, et liber *El-Canún El-Wádhih* hanc doctrinam satis explicat.

2029. Ilm el-beitaret. Ars veterinaria.

Haec est ea doctrina, in qua de affectionibus equorum, ratione eorum sanitatis, morbi, vel sanitatis conservandae et morbi depellendi habita, quaeritur. Veterinaria eundem locum tenet in equis, quem medicina in hominibus. Ejus objectum et summus finis apparent, et utilitas magna est, quod qui sacrum bellum gerit et religionis caussa peregrinatur, non nisi illius ope erigitur et corroboratur. Inter libros de illa arte compositos sunt hi . . .

2030. Bei' el-marhún, venditio pignoris in absentia debitoris, auctore *Tacki-ed-din Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 2031. Boyútát El-Arab, ordines aedium Arabum continui, auctoribus *Abu Obeida Ma'mar Ben Mothanna* Lexicologo, anno [211 (inc. 13. Apr. 826)] mortuo, et *Abu Zeid Said Ben Aus Khazreji*, [anno 215 (inc. 28. Febr. 830) mortuo]. —

باب التآء

٢٠٣٢ تآئيّة فى التصوّف للشيخ ابى حفص عمر بن على ابن الفارض الحموى المتوفى سنة ٦٣٢ روى ابن بنته عنه لمّا اتمّها رأى النبىّ صلعم فى المنام فقال يا عمر ما سمّيت قصيدتك قال سمّيتها لوآئح الجنان وروآئح الجنان فقال لا بل سمّها نظم السلوك وهى بيت فى كلّ بيت صنآئع لفظيّة وبدآئع شعريّة من التجنيس والترصيع والاشتقاق وغيرها وسلك طريق التعزّل وبيّن فيه طريق السالكين لكن العلمآء اختلفوا فيه وافترقوا فرقًا فمنهم من افرط فى مدحه واشتغل بتوجيه كلامه ومنهم من فرط وافتى بكفره ومنهم من كفّ عنه وسكت ولعلّه هو الطريق الاسلم فى امثاله والله اعلم بحقيقة احواله ولها شروح منها شرح

LIBRI QUORUM TITULI A LITERA TÁ INCIPIUNT.

2032. **Táíyet fi el-tasawwof**, poëma in literam *Tá* exitum habens de Sufismo, quod Sheikh *Abu Hafs Omar Ben Ali Ibn-elfáridh Hamawi*, anno 632 (inc. 26. Sept. 1234) mortuum, auctorem habet. Qui cum, ut nepos ex avi auctoritate testatur, carmen absolvisset, prophetam per somnium vidit. Quaerenti: O Omar, quomodo *Casída*m tuam appellas? Eam, respondit, *Lewáïh el-jenán we Rewáïh el-jinán* appellavi. Tum ille: Minime. Fac eam *Natzm el-solúk* appelles. — Continet autem ... versus, qui singuli artificiis dictionis et veneribus poëticis, quoad paronomasias, sermonis ornatum, etymologiam et quae sunt alia, repleti sunt. Viam ingressus est *Motazelit*arum, et in *Casída* disciplinam mysticorum exposuit. Attamen viri docti in eo judicando variam sententiam sequuntur et in diversas partes abeunt. Alii in eo laudando justum modum excedunt, et in ejus doctrina comprobanda occupati sunt, alii in contraria parte nimii sunt, eumque impietatis arguunt, alii denique omni judicio abstinent et tacent, et fortasse haec ratio in ejusmodi rebus omnium probatissima est; Deus autem, qui verus ejus status sit, optime scit. *Casída*m inter alios

السعيد محمد بن احمد الفرغانى المتوفى فى حدود سنة ٧٠٠ وهو الشارح الاول لها واقدم المشايعين له حكى انّ الشيخ صدر الدين القونوى عرض لشيخه محيى الدين ابن العربى فى شرحها فقال للصدر لهذه العروس بعل من اولادك فشرحها الفرغانى والتلمسانى وكلّاهما من تلاميذه وحكى انّ ابن العربى وضع عليها قدر خمس كراريس وكانت بيد صدر الدين قالوا وكان فى آخر درسه يختم ببيت منها ويذكر عليه كلام ابن عربى ثمّ يتلوه بما يورده بالفارسيّة وانتدب لجمع ذلك سعيد الدين وحكى انّ الفرغانى قرأها اوّلا على جلال الدين الرومى المولوى ثمّ شرحها فارسيًّا ثمّ عربيًّا وسمّاه منتهى المدارك وهو كبير اورد فى اوله مقدّمة فى احوال السلوك اوله الحمد لله القديم الذى تعزّز الخ وشرح الشيخ عزّ الدين محمود النظيرى الكاشى المتوفى سنة ٧٣٥ اوله الحمد لله الذى فلق صبح الوجود الخ وشرح القاضى سراج الدين ابى حفص عمر بن اسحق الهندى الحنفى المتوفى سنة ٧٧٣ وكان ممّن يتعصّب له

---

commentatus est *El-Saíd Mohammed Ben Ahmed Ferghání*, circa annum 700 (inc. 16. Sept. 1300) mortuus, qui primus eam explicuit, et eos omnes, qui auctorem sectati sunt, aetate praecurrit. Sheikh *Sadr-ed-din Cunewi* a *Mohyi-ed-din Ibn-elarabi* Sheikh suo, ut illam *Casída*m commentaretur, petiisse, hic autem illi respondisse dicitur: Isti sponsae maritus est ex tuis filiis. Et profecto *Casída*m *Ferghání* et *Tilimsáni* commentati sunt, quorum uterque *Sadr-ed-dini* discipulus fuit. Deinde *Ibn-elarabi* de ea fasciculum quinque quaternionum primis lineis conscripsisse, hicque in *Sadr-ed-dini* manibus fuisse traditur. Hunc autem dicunt in fine scholarum suarum semper versum *Casída*e recitasse, quaeque *Ibn Arabi* de eo disseruerit, protulisse, deinde *Sadr-ed-din*um versum simul cum iis, quae *Ibn Arabi* persice dixerit, recitasse, *Saíd-ed-din*um autem se ad haec colligenda accinxisse. *Ferghání* primum eam coram *Jelál-ed-din Rumi Maulewi* legisse fertur, tum eam persice, deinde vero etiam arabice commentatus est, et hunc commentarium satis magnum, cujus initio introductionem de affectionibus viae mysticae inseruit, inscripsit: *Muntehá el-medárik*. Incipit autem ita: Laus Deo aeterno, qui potentissimus est etc. Tum *Casída*m commentati sunt Sheikh *Izz-ed-din Mahmúd Netzíri Káshi*, anno 735 (inc. 1. Sept. 1324) mortuus, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo, qui auroram existentiae diffidit etc. — Cadhi *Siráj-ed-din Abu Hafs Omar Ben Is'hac Hindi* Hanefita, anno 773 (inc. 15. Jul. 1371) mortuus, qui a partibus adversariorum ejus

وشرح الشيخ شرف الدين داود بن محمود القيصرى وهو من حذاق شرّاحها اورد فى اوله مقدّمة وثلاث مقاصد وبيّن فيه اصول التصوّف وطريق الوصول والجمع والتوحيد ومراتبها وذكر تحقيقات لطيفة لم يتعرّض الشارحون لها وذكر بعضهم انّ اسم هذا الشرح كشف وجوه الغرّ لمعانى الدرّ وشرح عفيف الدين سليمان بن على التلمسانى المتوفى سنة ٦٩٠ وهو يرجح مع اختصاره على شرح الفرغانى مع اكثاره واورد فى اوله مقدّمة مشتملة على عشرة اصول تبنى عليها قواعدهم وشرح الفاضل محمد امين الشهير بامير پادشاه البخارى نزيل مكة وشرح الكاشانى اوله الحمد لله الذى خلق بقدرته صبح الوجود الخ وهو شرح ممزوج كتب الابيات تمامًا وشرح الشيخ على بن عطية الحموى الشهير بعلوان الهيتى المتوفى سنة ٩٣٣ وسمّاه مدد الفآئض والكشف العارض اوله الحمد لله الذى منه واليه الخ وشرح الشيخ زين العابدين محمد بن عبد الرؤف المناوى المصرى المتوفى سنة ١٠٣١ وشرح صدر الدين على الاصفهانى المتوفى سنة ٨٣٦ وشرح الشيخ اسمعيل الانقروى المولوى [المتوفى سنة ١٠٤٢] وهو

---

stetit — Sheikh *Sheref-ed-din Dawud Ben Mahmúd Caisari*, qui in acutissimis *Casída*e interpretibus numerandus est. Ab initio commentarii introductionem habet et tres *Mecásid*, in quibus principia Theosophiae, viam, qua ad illam perveniatur, unionem mysticam, fidem in unum Deum et varios viae gradus exponit, et observationes subtiles et venustas profert, in quas ceteri interpretes non inciderunt. Vir aliquis nomen hujus commentarii esse dicit *Kashf wojúh el-ghorr li meáni el-dorr* — *Afif-ed-din Soleimán Ben Ali Tilimsáni*, anno 690 (inc. 4. Jan. 1291) mortuus, cujus commentarius, quamvis compendiosus, commentario *Ferghánii* admodum lato praeferendus est. Praemisit praefationem decem principia complectentem, quibus praecepta doctrinae mysticae primaria superstructa sunt — vir bene meritus *Mohammed Emín Bokhári*, vulgo *Emír Padishah* dictus et Meccae inquilinus — *Kasháni*, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo, qui potentia sua auroram existentiae creavit etc. Ei textus verba admixta et versus plene additi sunt — Sheikh *Ali Ben Atíya Hamawi Hiti*, vulgo *Alawán* dictus et anno 922 (inc. 5. Febr. 1516) mortuus, cujus commentarius *Madad el-fáïdh we El-Kashf El-Aridh* inscriptus est et ita incipit: Laus Deo, a quo et ad quem etc. — Sheikh *Zein-elabidín Mohammed Ben Abd-el-rawuf Monáwi Misri*, anno 1022 (inc. 11. Febr. 1613) mortuus — *Sadr-ed-din Ali Isfaháni*, anno 836 (inc. 28. Aug. 1432) mortuus — Sheikh *Ismaíl Anckirewi Mewlewi* [anno 1042 (inc. 9. Jul. 1632) mortuus], qui commentarium

تركى الّفه سنة ١٠٢٥ وشرح المولى المعروف الذى شرحه تركيًّا مختصرًا حال كونه قاضيًا بمصر وذكر انّ الشيخ ركن الدين الشيرازى شرحها ايضا وامّا المتعصّبون عليه فلهم ردود وشروح انكروا فيها مواضع منها اطلاق ضمير المؤنث على الله تعالى ووحدة الوجود واطلاقات معلومة عند الصوفيّة فمنهم الشيخ الامام برهان الدين ابرهيم بن عمر البقاعى الشافعى المتوفى سنة ٨٨٥ صنّف مجلّدًا فى ردّه وسمّاه صواب الجواب للسآئل المرتاب المعارض المجادل فى كفر ابن فارض وذكر فيه انّ رجلًا من الاغنيآء رام اظهار بدعة الاتّحاديّة سنة ٨٧٤ بالقاهرة فاخذ يقرأ فى شرح السعيد الفرغانى على التآئيّة فقام فى نصرة الله تعالى ورسوله صلعم قاضى القضاة المحبّ ابن الشحنه الحنفى والعزّ الكنانى الحنبلى وكمال الدين محمد بن امام الكامليّة الشافعى فاستند ذلك الرجل الى جماعة واستفتى فيمن قال بكفر عمر ابن الفارض فكتب له اكثر فضلآء القاهرة ولم يصادفوا عين الصواب منهم الشيخ محيى الدين الكافيجى والشيخ تقى الدين الحصنى والشيخ فخر الدين

---

anno 1025 (inc. 10. Jan. 1616) turcice composuit — *Molla Ma'rúf*, qui pariter turcice et breviter commentatus est, cum Misrae judex esset. Narrat, Sheikh *Rokn-ed-din Shirázi* quoque *Casída*m commentatum esse. — Ii etiam, qui partium studio in auctorem invehebantur, refutationes et commentarios scripserunt, in quibus plures locos improbabant, quales sunt usus pronominis feminini generis de Deo, unitas existentiae, usus communes dictionum Sufis sollemnium. In horum numero est Sheikh et Imam *Borhán-ed-din Ibrahim Ben Omar Becáï* Shafiita, anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuus, qui volumen ad auctorem refutandum, *Sewáb el-jewáb* i. e. responsio justa interroganti dubitanti, adversanti et altercanti de impietate *Ibn Fáridh*i data, inscriptum composuit, in quo narrat, virum opulentum novam sectam *Ittihádíyet* i. e. quae essentiam Dei cum ejus attributis confundit, anno 874 (inc. 11. Jul. 1469) Cahirae promulgare concupivisse, ipsum igitur in commentario, quem *Saíd Ferghání* ad *Táíyet* scripserit, legere incepisse. Tum ad Deum ejusque legatum adjuvandum Cadhi el-codhát *Mohibb-ed-din Ibn-elshehneh* Hanefita, *Izz-ed-din Kinání* Hanbalita et *Kemál-ed-din Mohammed Ben Imám El-Kámilíyet* Shafiita surrexisse; quapropter illum ad multos viros doctos provocasse hosque de illis consuluisse, qui *Omar Ibn-elfáridh* impietatis accusent. Permulti inter viros Cahirenses bene eruditos ei responderunt, neque tamen veritatem ipsam tetegerunt. Ex iis sunt Sheikh *Mohyi-ed-din Kafiji*, Sheikh *Tacki-ed-din Hisni*, Sheikh *Fakhr-ed-din Mocsi*,

المقسى والشمس الجوجرى والجلال البكرى الشافعيّون والشيخ قاسم ابن قطلوبغا الحنفى ولمّا بلغ اجوبتهم البقاعى اجاب عنها اوّلا ثمّ انتقى عن التآئيّة ما يقارب ٤٥٠ بيتًا شهد شرّاحها انّ مراده منها صريح الاتّحاد وذكر انّ العلّامة نجم الدين احمد بن حمدان الحرانى الحنبلى صنّف مصنّفًا حافلًا تكلّم فيه على جميع التآئيّة وبيّن كفره فيها اوله الحمد لله الذى اقدرنى على قول الحقّ وفعله الخ وصنّف القاضى شمس الدين محمد البساطى شرحًا على تآئيّة

وصرّح بكفره فيه والامام ابو حيان صرّح ايضا فى تفسيريه البحر والنهر ٢٠٣٣ تآئيّة صغرى لابن الفارض المذكور ايضا اولها بيت

نعم بالصبا قلبى صبا لاحبتى فيا حبّذا ذاك الشذا حين هبت

وشرحها الفاضل الاديب حسن بن محمد البوريني المتوفى سنة ١٠٣٤ اوله الحمد لله الذى اورد احبّاءه مناهل الصفآء الخ ذكر انّها بكر لانّه لم يؤلّف لها شرح ٢٠٣٤ تآئيّة

Shems-ed-dín Jujeri, *Jelál-ed-dín Bekri* Shafiitae, et Sheikh *Cásim Ibn Cotlúboghá* Hanefita, quorum responsa cum ad *Becáï* pervenissent, primum ea refutavit, deinde vero circiter quadringentos quinquaginta versus e *Táiyet* elegit, quibus, ut interpretes testantur, auctor sectae illius disciplinam diserte significat. Commemorat etiam, virum doctissimum *Nejm-ed-dín Ahmed Ben Hemdán Harráni* Hanbalitam opus amplum composuisse, in quo de omnibus *Casídae Táiyet* versibus disseruerit, in iisque auctorem impietatem suam comprobasse demonstraverit. Incipit hic commentarius ita: Laus Deo, qui me ad verum dicendum et faciendum destinavit etc. Pariter Cádhi *Shems-ed-dín Mohammed Bisáti* commentarium in *Táiyet* scripsit, in quo auctoris impietatem disertis verbis demonstrat, quod idem Imám *Abu Hayyán* in duobus commentariis coranicis *El-Bahr* et *El-Nahr* fecit. — 2033. Táiyet Soghra, *Casída Táiyet* parva, eodem *Ibn-elfáridh* auctore modo commemorato. Incipit ita:

> Utique, per Eurum cor meum amore flagrans dilectos meos amplectitur.
> Jo! qualis hic suavis odor, quando flat!

Eam commentatus est vir bene meritus et philologus *Hasan Ben Mohammed Burini*, anno 1024 (inc. 21. Jan. 1615) mortuus, qui *Casídam* illam virginem esse dicit, quod nullus in eam commentarius compositus sit. Commentarius ille incipit ita: Laus Deo, qui dilectos suos ad fontes puritatis accedere jubet etc. — 2034. Táiyet, *Casída*,

فى النحو للشيخ ابرهيم الشبسترى المتوفى سنة ٩١٧ نظم فيها الكافية وزاد عليها وسمّاها نهاية البهجة ثمّ شرحها شرحًا لطيفًا ممزوجًا وكان فريدًا فى الصناعة والنظم يقال له سيبويه الثانى ٢٠٣٥ تآئيّة فى نظم ايساغوجى للشيخ ابرهيم المذكور سمّاها موزون الميزان ثمّ شرحها ايضا وكلّتهما فى غاية البلاغة ٢٠٣٦ تآئيّة فى نظم الشافية يأتى ذكرها مع شرحها ٢٠٣٧ تآئيّة فى التأريخ لعبد القادر بن حبيب الصفدى شرحها الشيخ على بن عطية المعروف بعلوان الحموى المتوفى سنة ٩٢٢ ٢٠٣٨ تأييد المنّة بتأييد اهل السنّة للشيخ جمال الدين محمد ابن ابى الحسن البكرى مختصر اوله نحمدك اللهمّ مشرق انوار الجمال الخ الفه فى محرم سنة ٩٩٢ ٢٠٣٩ تاتارخانيّة فى الفتاوى للامام الفقيه عالم بن علآء الحنفى وهو كتاب عظيم فى مجلّدات جمع فيه مسآئل المحيط البرهانى والذخيرة والخانيّة والظهيريّة وجعل الميم علامة للمحيط وذكر اسم الباقى وقدّم بابًا فى ذكر العلم ثمّ رتّب على ابواب الهداية وذكر

Nihâyet El-Behjet inscripta, de syntaxi, in qua Sheikh *Ibrahîm Shabisteri*, anno 917 (inc. 31. Mart. 1511) mortuus, grammaticam *Kâfiyet* nonnullis additamentis auctam metrice exaravit. Postea in eam commentarium lepidum scripsit, cui textum admiscuit. Auctor in grammatica et arte poëtica ita excelluit, ut *Sibaweih* secundus appellaretur. — 2035. Táiyet, metrica Isagoges exaratio, *Mauzún el-mizán* ab auctore Sheikh *Ibrahîm* modo laudato inscripta. Postea eam commentatus quoque est, et opus utrumque summae eloquentiae laude floret. — 2036. Táiyet, metrica operis *Shâfiyet* exaratio, quod infra cum commentariis commemorabitur. — 2037. Táiyet, carmen historicum in *Tá* exiens, auctore *Abd-el-cádir Ben Hebîb Safedi*. Commentatus illud est Sheikh *Ali Ben Otayya Hamawi*, vulgo *Alawán* dictus et anno 922 (inc. 5. Febr. 1516) mortuus. — 2038. Tabíd el-monnet, aeterna beneficii memoria in traditionariis adjuvandis conspicua. Compendium ita incipiens: Laudamus Te, o Deus, qui ortus es luminum pulchritudinis etc., quod Sheikh *Jemál-ed-dín Mohammed Ben Abi'lhasan Bekri* mense Moharrem anni 962 (inc. 26. Nov. 1554) confecit. — 2039. Tatárkháníyet, thesaurus responsorum juridicorum, *Tatarkhani*cus dictus. Magnus liber plurium voluminum, in quo Imám et Jurisconsultus *Alim Ben Alá* Hanefita quaestiones juridicas operum *El-Mohît El-Borhâni*, *Dzakhîret*, *Khaniyet*, *Tzahîriyet* collegit, et *El-Mohît* litera *Mîm*, cetera opera vero pleno nomine signavit. Capite de scientia praemisso, cetera secundum capita libri *Hidâyet* digessit, et se ad

انّه اشار الى جمعه الخان الاعظم تاتارخان ولم يسمّ ولذلك اشتهر به وقيل انّه سمّاه زاد المسافر ثمّ انّ الامام ابرهيم بن محمد حلبى المتوفى سنة ٩٥٩ لخّصه فى مجلّد وانتخب منها ما هو غريب او كثير الوقوع وليس فى الكتب المتداولة والتزم بتصريح اسامى الكتب وقال متى اطلق الخلاصة فالمراد بها شرح التهذيب وامّا المشهورة فتقيد بالفتاوى ٢٠٤٠ تاج الادب تركى لعلى بن حسين الاماسى مختصر الفه لبعض اولاد الاكابر سنة ٨٥٧ ٢٠٤١ تاج الاسمآء فى اللغة مجلّد اوله الحمد لله الذى علّم آدم الاسمآء الخ جمع فيه الاسمآء للزمخشرى وكتاب السامى للميدانى وصحاح الجوهرى ورتّب ترتيب الصحاح ٢٠٤٢ تاج الانساب لمحمد بن اسعد الحسينى المتوفى سنة ٥٨٨ ٢٠٤٣ تاج التراجم فى تفسير القرآن للاعاجم للامام شاهفور وللشيخ الامام ابى المظفر طاهر بن محمد الاسفرائنى [الشافعى المتوفى سنة ٨٧١] ٢٠٤٤ تاج التراجم فى طبقات الحنفيّة للشيخ قاسم ابن قطلوبغا

---

opus colligendum a *Kháno* magno *Tatarkhán* excitatum esse narrat; et quanquam *Kháni* nomen in fronte non posuit, tamen ob ejus mandatum liber titulo *Tatárkhániyet* celebratus est; auctor vero operi nomen *Zád el-musáfir* dedisse dicitur. Postea Imám *Ibrahím Ben Mohammed Halebi*, qui anno 956 (inc. 30. Jan. 1549) obiit, illud in epitomen unius voluminis coëgit, e quaestionibus eas elegit, quae vel singulares vel contra usus multiplicis erant, neque alias in libris tritis inveniebantur. Disertam nominum librorum significationem sibi legem fecit, et: Quando, inquit, in universum *El-Khiláset* dicitur, commentarius operis *Tehdzíb* intelligendus est, opera magis nota autem titulo *Fetáwa* restricta sunt. — 2040. Táj el-adeb, corona studiorum, quae humanitatis nomine comprehenduntur. Compendium turcicum, quod *Ali Ben Hosein Amási* juveni cuidam e genere magnatum anno 857 (inc. 12. Jan. 1453) composuit. — 2041. Táj el-asmá, corona nominum. Volumen lexicologicum ita incipiens: Laus Deo, qui Adamum nomina docuit etc., in quo auctor nomina e *Zamakhsheri*, e libro *Meidáni* *El-Sámi* dicto, et *Sehák Jauhari* collegit, eaque in hujus lexici ordinem redegit. — 2042. Táj el-ansáb, corona genealogiarum, auctore *Mohammed Ben As'ad Hoseini*, anno 588 (inc. 18. Jan. 1192) mortuo. — 2043. Táj el-terájim, corona interpretationum de exegesi coranica apud Persas, auctoribus Imám *Shahfúr* et Sheikh et Imám *Abu'lmotzaffer Tzáhir Ben Mohammed Isferáini* [Shafiita, anno 871 (inc. 13. Aug. 1466) mortuo]. — 2044. Táj el-terájim, corona biographiarum de classibus Hanefitarum. Compendium, quod Sheikh *Cásim Ibn*

الحنفى المتوفى سنة ٨٧٩ وهو مختصر جمعه من تذكرة شيخه التقى المقريزى ومن الجواهر المضيئة مقتصرًا على ذكر من له تصنيف وهم ثلثمأئة وثلثون ترجمة ٢٠٤٥ تاج التواريخ للمولى سعد الدين بن حسن جان المعروف بخواجه افندى المتوفى سنة ١٠٠٨ وهو تأريخ تركى مشهور لخّص فيه تواريخ آل عثمان بانشآء لطيف وكتب من اول الدولة الى آخر عصر السلطان سليم القديم وروى ممّن انتهى اليه انّه سوّده الى زمانه لكنّه لم يخرج سوى ما هو المتداول ٢٠٤٦ تاج الحرّة لابى العلآء احمد بن عبد الله المعرّى المتوفى سنة ٤٤٩ وهو ٤٠٠ كراسة فى عظات النسآء خاصّة ٢٠٤٧ تاج السلاطين فى معرفة الابالیس والشياطين ٢٠٤٨ تاج الشيوخ فارسى ٢٠٤٩ تاج العارفين ٢٠٥٠ تاج العروس للشيخ تاج الدين احمد بن محمد [بن عبد الكريم الزاهد] الاسكندرانى المتوفى سنة ٧٠١ اوله ايّها العبد اطلب التوبة الخ ٢٠٥١ تاج المآثر فى التأريخ فارسى لصدر الدين محمد بن حسن النظامى ٢٠٥٢ تاج المداخل

Cotlúboghá Hanefita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) defunctus, e *Tedzkiret* Sheikhi sui *Tacki-ed-dín Macrízi* et e *Jewáhir Modhíet* ita collegit, ut eos tantum nominaret, qui auctores librorum exstiterunt; unde trecentas triginta vitas confecit. — 2045. Táj el-tewárikh, corona historiarum. Historia turcica satis nota, in qua Molla *Sa'd-ed-dín Ben Hasan Ján*, vulgo *Khoja Efendi* dictus et anno 1008 (inc. 14. Jul. 1599) mortuus, genere orationis comto et ornato historias gentis Othmanicae potiorem partem excerpsit, et opus ab initio hujus dynastiae usque ad ultima tempora Sultani *Selím* primi conscripsit. Attamen ut anonymus quidam, ad quem rei notitia pervenit, testatur, auctor librum primis lineis usque ad suum tempus confecit, neque vero exemplum aliud, quam quod in virorum doctorum manibus vertitur, in vulgus editum est. — 2046. Táj el-horret, corona feminae liberae, auctore *Abu'lalá Ahmed Ben Abdallah Maarri*, anno 449 (inc. 10. Mart. 1057) mortuo. — Quadringenti quaterniones, peculiariter admonitiones feminarum continentes. — 2047. Táj el-selátín, corona Sultanorum de cognitione Diabolorum et Satanarum. — 2048. Táj el-shoyúkh, corona Sheikhorum. Persice. — 2049. Táj el-árifín, corona mysticorum spiritualium. — 2050. Táj el-arús, corona sponsae, auctore Sheikh *Táj-ed-dín Ahmed Ben Mohammed* [*Ben Abd-el-kerím Záhid*] *Iskenderáni*, anno 709 (inc. 11. Jun. 1309) mortuo. Incipit ita: O serve Dei, quaere emendatiorem vitam etc. — 2051. Táj el-meáthir, corona monumentorum. Historia persica, auctore *Sadr-ed-dín Mohammed Ben Hasan Nitzámi*. — 2052. Táj el-medákhil, corona introductionum,

للشيخ الامام ابى بكر بن السراج ٢٠٥٣ تاج المذكّرين فى الموعظة للشيخ الامام ابى مالك نصر بن نصير ٢٠٥٤ تاج المصادر فى اللغة لابى جعفر احمد بن على المعروف بجعفرك المقرى البيهقى المتوفى سنة ٥٤٤ وهو مجلّد اوله الحمد لله ربّ العالمين حمدًا يفوق حمد الشاكرين الخ جمع فيه مصادر القرآن ومصادر الاحاديث وجرّدها عن الامثال والاشعار واتبعها الافعال التى تكثر فى دواوين العرب ٢٠٥٥ تاج المصادر فى لغة الفرس لرودكى الشاعر ٢٠٥٦ تاج المعانى فى تفسير سبع المثانى للشيخ الامام ابى نصر منصور بن سعيد بن احمد بن الحسن وهو كبير فى مجلّدات اوله احقّ ما صرفت اليه الرغبة وجرّدت فيه العناية الخ ذكر ديباجة طويلة بليغة ثمّ ذكر انّ القائد ابا على الحكيم كان راغبًا فى كتاب الله تعالى مؤلّفًا فاشار الى تأليفه فألّفه سنة ٣٥٣ وقدّم مقدّمة فى الحروف والاعراب ثمّ شرح المقصود واورد فيه جميع ما فى التفاسير بعبارات لطيفة والفاظ فصيحة تدلّ على مهارته فى الادب ٢٠٥٧ تاج المعلى فى بيان الادباء

---

auctore Sheikh et Imám *Abu Bekr Ben-elsiráj*. — 2053. Táj el-modzakkirín, corona commonefacientium. Opus paraeneticum, auctore Sheikh et Imám *Abu Málik Nasr Ben Nasír*. — 2054. Táj el-mesádir, corona infinitivorum. Opus lexicologicum unius voluminis, in quo *Abu Jafar Ahmed Ben Ali Beihacki* Corani lector, vulgo *Jafarek* dictus et anno 544 (inc. 11. Mai. 1149) mortuus, nomina actionis in Corano et traditionibus obvia collegit, e proverbiis et carminibus sine ullo nexu detraxit, iisque verba subjunxit, quae saepius in thesauris poëticis Arabum occurrunt. Incipit ita: Laus Deo, mundorum domino, ea, quae laudem gratias agentium superat etc. — 2055. Táj el-mesádir, corona infinitivorum, de lexicologia Persarum, auctore *Rudeki* Poëta. — 2056. Táj el-meáni, corona sententiarum. Commentarius primae Suratae, auctore Sheikh et Imám *Abu Nasr Mansúr Ben Saíd Ben Ahmed Ben-elhasan*. Liber magnus plurium voluminum, qui ita incipit: Verissimum, ad quod cupiditas propensa est et in quo uno cura versatur etc. Auctor prologum longum et disertum praemittit et narrat, praefectum *Abu Ali* philosophum opus de libro divino in votis habuisse, et se ab eo ad illud scribendum excitatum esse, ideoque se anno 353 (inc. 19. Jan. 964) scripsisse. Praemisit autem praefationem de particulis et flexionibus finalibus, tum propositum commentando persequitur, et omnia, quae in commentariis inveniuntur, dictionibus elegantibus et verbis disertis profert, quae ejus peritiam rerum philologicarum probant. — 2057. El-Táj El-Moalla, corona eminens. Descriptio philologorum seculo octavo viventium,

الكآئنة فى المأئة الثامنة للشيخ الامام لسان الدين محمد بن عبد الله بن الخطيب القرطبى [المقتول بالغرب] سنة ٧٧٦ ٢٠٥٨ تاج المفرّق ٢٠٥٩ تاج النسرين فى تأريخ قنّسرين لمحمد ابن على بن [محمد ابن] عشآئر الحلبى المتوفى سنة ٧٨٩ ٢٠٦٠ التاج فى زوآئد الروضة على المنهاج يأتى فى الرآء ٢٠٦١ تاجى فى اخبار دولة الديلميّة لابى اسحق ابرهيم ابن هلال الصابى المتوفى سنة ٣٨٤ الّفه بامر عضد الدولة وسمّاه بالنسبة الى لقبه تاج الملّة وهو كتاب بليغ العبارة على ما ذكره ابن خلكان ٢٠٦٢ تأخير الظلامة الى يوم القيامة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ وهو رسالة الّفها شكاية عمّن آذاه وذكر قصّة ثعلبة بن خاطب وغيره ٢٠٦٣ التأديب فى مختصر التدريب يأتى قريبًا ٢٠٦٤ تادية الامانة فى قوله تعالى انا عرضنا الامانة للشيخ ابى الحسن محمد البكرى جعله على اربعة مقاصد واتمّها فى ربيع الآخر سنة ٩٢٣

---

auctore Sheikh et Imám *Lisán-ed-dín Mohammed Ben Abdallah Ben-elkhatíb Cortubi*, Granadae anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) occiso. — 2058. El-Táj El-Mofarrac, corona distincta. — 2059. Táj el-nisrín, corona rosae caninae. Historia *Ckinnesrin*ica, auctore *Mohammed Ben Ali Ben* [*Mohammed Ibn*] *Asháïr Halebi*, anno 789 (inc. 22. Jan. 1387) mortuo. — 2060. El-Táj, corona, de additamentis operis *Raudhet*, de quo litera *Rá* videatur, ad librum *Minháj*. — 2061. Táji, coronaria. Historia dynastiae Deilemiticae, quam *Abu Is'hac Ibrahím Ibn Hilál Sábi*, anno 384 (inc. 15. Febr. 994) defunctus, jussu principis *Adhod-ed-dewlet* composuit. Hic liber, cui ratione cognominis sui honorifici *Táj-el-millet* habita nomen *Táji* dedit, teste *Ibn Khallekán*, oratione diserta excellit. — 2062. Takhír el-tzolámet, poena injuriae illatae in diem resurrectionis dilata. Tractatus, quem Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) defunctus, composuit de viro aliquo, qui ipsum vexaverat, questurus, et historiam *Thalabae Ben Khátib* aliorumque narrat. — 2063. El-Tadíb, eruditio. Epitome libri *Tedríb*, de quo paulo post dicetur. — 2064. Tadiyet el-amánet, praestatio depositorum. Tractatus de dicto coranico „Nos sane proposuimus fidem," quem Sheikh *Abu'lhasan Mohammed Bekri* composuit, in quatuor *Mecásid* digessit, et Rebí secundo anni 923 (inc. 24. Jan. 1517) ad finem perduxit. —

٢٠٦٥ علم التأريخ

التأريخ فى اللغة تعريف الوقت مطلقًا يقال أرّخت الكتاب تأريخًا ووّرختة توريخًا كما فى الصحاح قيل هو معرّب من ماه روز وعرفًا هو تعيين وقت لينسب اليه زمان يأتى عليه او مطلقًا يعنى سوآء كان ماضيًا او مستقبلًا وقيل تعريف الوقت باسناده الى اوّل حدوث امر شآئع من ظهور ملّة او دولة او امر هآئل من الآثار العلويّة والحوادث السفليّة مما ينذر وقوعه جعل ذلك مبداء لمعرفة ما بينه وبين اوقات الحوادث والامور التى يجب ضبط اوقاتها فى مستأنف السنين وقيل عدد الايام والليالى بالنظر الى ما مضى من السنّة والشهور والى ما بقى وعلم التأريخ هو معرفة احوال الطوآئف وبلدانهم ورسومهم وعاداتهم وصنآئع اشخاصهم وانسابهم ووفياتهم الى غير ذلك وموضوعه احوال الاشخاص الماضية من الانبيآء والاولياآء والعلمآء والحكمآء والشعرآء والملوك وغيرهم والغرض منه الوقوف على الاحوال الماضية وفآئدته

2065. Ilm el-taríkh. Historia.

Vox *taríkh* ex linguae usu temporis descriptionem in universum sine ullo discrimine significat. Dicitur *arrakhto el-kitáb*, ut infinitivus sit *taríkh*, et *warrakhtoho*, ut infinitivus *taurikh* sit, i. e. tempus in literis adscripsi, quemadmodum in *Sehah* docetur. Alii volunt hanc vocem e persicis verbis *mah rúz* i. e. numerus mensium et dierum, arabice formatam esse. Ex usu vero loquentium recepto epochae certae descriptionem significat, ita ut tempus superveniens aut tempus in universum ad illam referatur i. e. sive sit praeteritum, sive futurum. Alii vocem per descriptionem temporis explicant, illud ad primum aliquod eventum illustre revocantes, ut est origo sectae, vel dynastiae, vel ostenti extraordinarii et terribilis, sive hoc in coelo, sive in terra evenerit, ita tamen comparati, ut ejus visio ad initium inde capiendum moneat cognitionis spatii inter illud et inter tempora eventorum et rerum gestarum intercedentis, quorum tempora, spectata annorum descriptione futura, necessario definienda sunt. Alii deinde esse dicunt numerum dierum et noctium, ita ut annus, menses praeteriti, et reliquae temporis partes spectentur. *Ilm el-taríkh* vero sive doctrina historiae est cognitio, quo statu gentes sint, et earum urbes, mores, consuetudines itemque artes, genealogiae mortesque singulorum virorum conspicuorum, et quae sunt alia. Objectum ejus est conditio singulorum prophetarum, sanctorum, virorum doctorum, philosophorum, poëtarum, principum et aliorum, qui praeterito tempore floruerunt. Finis ejus spectatur in eventorum praeteritorum intelligentia, et utilitas in exemplo ex his eventis capto,

العبرة بتلك الاحوال والتنصّح بها وحصول ملكة التجارب بالوقوف على تقلّبات الزمن ليحترز
عن امثال ما نقل من المضار ويستجلب نظائرها من المنافع وهذا العلم كما قيل عمر آخر
للناظرين والانتفاع فى مصره بمنافع تحصل للمسافرين كذا فى مفتاح السعادة وقد جعل صاحبه
لهذا العلم فروعًا كعلوم الطبقات والوفيات لكن الموضوع مشتمل عليها فلا وجه للافراز
والتفصيل فى مقدّمة الفذلكة من مسوّدات جامع المجلّة واما الكتب المصنّفة فى التأريخ فقد
استقصيناها الى الف وثلثمأئة فنذكر ههنا على الترتيب المعهود اتحاف الاخصّآء فى تأريخ
القدس اتحاف الورى فى تأريخ مكة اتّعاظ الحنفآء فى الفاطميّين اتعاظ المتأمّل فى
خطط مصر آثار الباقية عن القرون الخالية احاسن اللطآئف فى الطآئف الاحاطة فى
تأريخ غرناطة احداث الزمان احسن السلوك اخبار الاخيار اخبار الدول اخبار
الدولة اخبار الخلفآء اخبار الربط اخبار الزمان اخبار الشعرآء اخبار العارفين
اخبار العلمآء اخبار الفقهآء اخبار القصاص اخبار القرطبيّين اخبار

---

quo homines se moneri patiantur, et in comparatione facultatis, usum ex vicissitudinum temporis cognitione consequendi, ut talia evitentur, quae *Modhár*idis accidisse traduntur, et ut utilitates tales inde capiantur, quales *Modhár*idae inde ceperint. Haec doctrina, ut aiunt, quasi altera vita est, quam studiosi vivunt, et unicam viam continet in sua patria fructus percipiendi, qui solis peregrinantibus offeruntur. Haec in *Miftáh el-seádet* leguntur, cujus auctor illi doctrinae partes secundarias, quales sunt doctrinae classium et mortium, subjecit; attamen objectum ejus has jam complectitur, ut nulla ratio adsit, eas separatim tractandi. Accuratior autem hujus rei expositio in praefatione operis *Fedzlecat*, quod auctor hujus lexici inter alia primis lineis descripsit, invenietur. — Libri historici, in quorum numero persequendo summum tentavimus, mille trecenti sunt, et hoc loco ex ordine instituto nominamus sequentes: It'háf el-akhissá, historia Hierosolymitana — It'háf el-werá, historia Meccae — Ittiátz el-honafá, historia Khalifarum Fatemidarum — Ittiátz el-moteammil, expositio de tractibus Aegypti — El-Athár El-Bácki yet, monumenta superstitia seculorum praeteritorum — Ahásin el-letáïf, liber de virtutibus urbis *Táïf* — El-Ihátet, historia Granadae — Ahdáth el-zemán — Ahsan el-solúk — Akhbár el-akhyár — Akhbár el-dowal — Akhbár el-dewlet — Akhbár el-kholafá — Akhbár el-robot — Akhbár el-zemán — Akhbár el-shoará — Akhbár el-arifín — Akhbár el-olamá — Akhbár el-focahá — Akhbár el-ckisás — Akhbár El-Cortubíyín — Akhbár

القضاة اخبار قضاة مصر واذياله اخبار قضاة بغداد اخبار قضاة بصرة اخبار قضاة
قرطبة اخبار القلاع اخبار مدينة اخبار مصر اخبار المصنّفين الاخبار المستفادة فى
آل قتادة الاخبار المستفادة فى بنى جرادة اخبار المشتاق اخبار المنجّمين اخبار
الموصل اخبار النحاة اخبار الوزرآء اخبار اليمن ارشاد الالبّآء ارغام اولياّء
الشيطان ازهار الروضتين ازهار العروش اساس فى بنى العباس استسعاد بمن لقى من
صالحى العباد استيعاب فى الاصحاب واذياله اسد الغابة فى الصحابة اسكندر نامه
تقويم البلدان ثمّ اعتمد فى نقل الحوادث على البداية والنهاية لابن كثير فكانّه لخصه منه وزاد عليه اشياء من كتب اشار الى اسمآئها واردف السير ببيان الغرآئب واوله الحمد لله الذى انشأ جميع الموجودات الخ قل ابن حجر فى أوّل انبآء الغمر ذكر العينى انّ ابن كثير عمدته فى تأريخه وهو كما قال لكن منذ قطع ابن كثير صارت عمدته على تأريخ ابن دقماق حتى كان يكتب منه الورقة الكاملة متوالية وربّما قلّده فيما يهم فيه حتى فى اللحن الظاهر مثل اخلع على فلان واعجب منه انّ ابن دقماق يذكر فى بعض الحوادث بما يدلّ انّه شاهدها فيكتب البدر كلامه بعينه ويكون تلك الحادثة وقعت بمصر وهو بعد فى عينتاب انتهى ٢١٧٩ تأريخ البرزالى وهو الشيخ علم الدين ابو محمد القاسم بن محمد الدمشقى المتوفى سنة ٧٣٨ جمع فيه وفيات المحدّثين بل هو مختصّ بمن له سماع لكنّه لم يبيّض والذيل عليه من تأريخ وفاته لتقى الدين ابن رافع وسيأتى فى الوفيات ثم هذّبه الذهبى

---

exstant, libro *Tecwím el-boldán* duce enumerat, deinde in rebus gestis enumerandis multa ex *Ibn Kethíri* opere *El-Bedáyet we El-Nihâyet* depromsit, ita ut illud potiorem partem quasi excerperet, ei tamen nonnulla e libris aliis addidit, quorum titulos indicat. Ad finem vitas simul cum rerum notabilium expositione subjunxit, et incipit ita: Laus Deo, qui omnes res existentes primum produxit etc. — *Ibn Hajr* initio libri *Inbá el-ghomr* haec habet: *El-Aini* se in historia, praecipue auctoritate *Ibn Kethíri* usum esse fatetur, et recte hoc dicit, attamen ubi *Ibn Kethír* finem orationi imponit, historiam *Ibn Ducmácki* ita compilavit, ut integra folia continua ex eo describeret. Saepe etiam vestigia ejus in rebus incertis, vel adeo in manifestis linguae erroribus premit, ut verbi causa *akhlaa' ala folán* loco *khalaa'* i. e. „veste honorifica aliquem ornavit“ dicat. Magis autem id miramur, quod, cum *Ibn Ducmác* in nonnullis factis enarrandis argumenta affert, quibus se illis interfuisse probat, *Bedr-ed-dín* propriis ejus verbis utatur. Res igitur haec vel illa in Aegypto acciderat, dum ipse *Aintábae* aberat. — Haec ille. — 2176. Taríkh El-Berzáli, historia, in qua Sheikh *Ilm-ed-dín Abu Mohammed El-Cásim Ben Mohammed Dimeshcki*, vulgo *Berzáli* dictus et anno 738 (inc. 30. Jul. 1337) defunctus, mortes traditionariorum collegit, vel potius liber eos peculiariter tractat, qui traditiones ore tantum propagarunt, attamen eum nitide non exscripsit. A tempore, quo ille discessit, opus *Tacki-ed-dín Ibn Ráfi'* continuavit, ut infra sub *Wefayát* videndum est. Postea *Dzehebi* illud

وزاده اشياء والذيل على ابن رافع لابن حجر ٢١٧٧ تأريخ بصرة لابن وهجان وفى قضاتها كتاب لابى عبيدة وسيأتى ٢١٧٨ تأريخ بطليوس من بلاد اندلس لابى اسحق ابرهيم بن قاسم البطليوسى المعروف بالاعلم النحوى المتوفى سنة ٦٤٦ [وليس بالاعلم المشهور النحوى] ٢١٧٩ تأريخ بغداد قيل اوّل من صنّف لها تأريخًا احمد بن ابى طاهر البغدادى وتلاه الامام الحافظ ابو بكر احمد بن على المعروف بالخطيب البغدادى المتوفى سنة ٤٦٣ فكتب على طريقة المحدّثين جمع فيه رجالها ومن ورد بها وضمّ اليه فوآئد جمة فصار كتابًا عظيم الحجم والنفع والذى بخطّه كان فى وقف المستنصريّة اربعة عشر مجلّدًا ثمّ تلاه الامام ابو سعد عبد الكريم بن محمد السمعانى صاحب الانساب المتوفى سنة ٥٦٢ فذيله على اسلوبه فى خمسة عشر مجلّدًا ثم جآء عماد الدين ابو عبد الله محمد بن محمد [بن حامد] الكاتب [الوزير] المتوفى سنة ٥٩٧ ذيلًا على ذيل السمعانى وذكر ما اغفله او اهمله وسمّاه

---

recognitum et additamentis auctum edidit, et *Ibn Hajr* quoque librum *Ibn Ráfi*'i continuavit. — 2177. Taríkh Basra, historia Basrae, auctore *Ibn Wehján*. De ejusdem urbis judicibus *Abu Obeida* opus edidit, de quo infra videatur. — 2178. Taríkh Botoliyús, historia Badajosi urbis Andalusenae, auctore *Abu Is'hac Ibrahím Ben Cásim Botoliyúsi* Grammatico, vulgo *A'lem* dicto et anno 646 (inc. 26. Apr. 1248) mortuo. [Hic *A'lem* vero non cum illo *A'lem* celeberrimo Grammatico confundendus est]. — 2179. Taríkh Baghdád, historia Baghdadensis. Primus, qui de hac urbe historiam composuisse dicitur, fuit *Ahmed Ben Abi Táhir Baghdádi*, eumque Imám Háfitz *Abu Bekr Ahmed Ben Ali Baghdádi*, vulgo *Khatíb* dictus et anno 463 (inc. 9. Oct. 1070) mortuus, secutus est ita, ut ad instar traditionariorum scriberet. Viros urbis spectatos et eos qui in ea sedem fixerunt, collegit et libro permultas observationes fructuosas inseruit, ut in volumen crassum et utile cresceret; et exemplar, quod propria manu scriptum Mesquitae *Mostanseríye* legaverat, quatuordecim volumina explevit. Hunc deinde secutus est Imám *Abu Sa'd Abd-el-kerím Ben Mohammed Sem'áni* Genealogiarum auctor, anno 562 (inc. 28. Oct. 1166) mortuus, cujus appendix ad prototypi formam quindecim voluminibus absoluta est. Hoc *Sem'ánii* opus *Imád-ed-dín Abu Abdallah Mohammed Ben Mohammed* [*Ben Hámid*] *Kátib* [Wezír], anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuus, continuavit, et, quae ille vel incuria neglexerat vel omiserat, supplevit opusque tribus voluminibus comprehensum

السيل على الذيل وهو على ثلاث مجلّدات وكذا ذيّله ابو عبد الله محمد بن سعيد المعروف بابن الدبيثى الواسطى المتوفى سنة ٦٣٧ وذكر ايضا ما لم يذكره السمعانى ثم جآء ابن القطيعى والّف صلة جعلها ذيلًا على ذيل ابن الدبيثى واخذ شمس الدين محمد بن احمد الحافظ الذهبى المتوفى سنة ٧٤٨ ذيل ابن الدبيثى ولخّصه واختصره فى نصفه وللحافظ محبّ الدين محمد بن محمود المعروف بابن النجار البغدادى المتوفى سنة ٦٤٣ ذيل عظيم على تأريخ الخطيب نفسه جمع فيه فاوعى يقال انّه يتمّ فى ثلثين مجلّدًا وقد رأيت المجلّد السادس عشر منه فى حرف العين يذكر تراجم الرجال كالطبقات والذيل على ذيل ابن النجار لتقى الدين محمد بن رافع المتوفى سنة ٧٧٤ وهو فى غاية الاتقان والذيل عليه ايضا لابى بكر المارستانى والذيل على ذيل المارستانى لتاج الدين على بن انجب ابن الساعى البغدادى المتوفى سنة ٦٧٤ ومختصر تأريخ الخطيب لابى اليمن مسعود بن محمد البخارى المتوفى سنة ٤٦١ وصنّف ابو سهل يزدجرد بن مهماندار الكسروى كتابًا حسنًا فى صفة بغداد وعدد سككها

El-Seil ala El-Dzeil inscripsit. Eodem modo *Abu Abdallah Mohammed Ben Saíd Wásiti*, vulgo *Ibn-eldobeithi* dictus et anno 637 (inc. 3. Aug. 1239) mortuus, *Sem'ánii* opus ita continuavit, ut, quae ille non commemoraverat, commemoraret. Tum *Ibn-elcatií* ad appendicem *Ibn-eldobeithíi* continuandam opus adjunxit, et Háfitz *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Dzehebi*, qui anno 748 (inc. 13. Apr. 1347) decessit, ad potiora appendicis *Ibn Dobeithíi* selegenda aggressus est eamque dimidio contraxit. — Historiam *Khatíbi* ipsam Háfitz *Mohibb-ed-dín Mohammed Ben Mahmúd Baghdádi*, vulgo *Ibn-elnejjár* dictus et anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuus, magno opere continuavit, in quo collegit ita, ut thesaurum quasi pararet. Illud triginta voluminibus absolutum esse dicunt, et volumen ejus decimum sextum vidi literam *Aïn* complectens, in quo ad Classium (*Tabacát*) modum vitas virorum enarrat. Appendicem *Ibn-elnejjári Tacki-ed-dín Mohammed Ben Ráfi'*, anno 774 (inc. 3. Jul. 1372) mortuus, alia appendice ita continuavit, ut summam in re probe tractanda circumspectionem monstraret. Eandem illam appendicem *Abu Bekr Maristáni* continuavit, et hujus rursus appendicem *Táj-ed-dín Ali Ben Anjeb Ibn Sáï Baghdádi*, anno 674 (inc. 27. Jun. 1275) mortuus. Historiam *Khatíbi Abu'lyemen Mes'úd Ben Mohammed Bokhári*, anno 461 (inc. 31. Oct. 1068) mortuus, in epitomen redegit. Porro *Abu Sahl Yezdejerd Ben Mihmándár Kisrewi* teste *Safedi* librum pulchrum edidit, in quo *Baghdádum*, viarum ejus numerum, balnea, et quantum quovis die

وحمّاماتها وما يحتاج اليه فى كلّ يوم من الاقوات والاموال ذكره صفدى وفى اخبارها كتاب التبيان لاحمد بن محمد بن خالد البرقى الكاتب ومن تواريخ بغداد روضة الاريب سبعة وعشرون مجلّدًا كما سيأتى ٢١٨٠ تأريخ بلخ لمحمد بن عقيل البلخى والى القاسم على ابن محمود الكعبى ٢١٨١ تأريخ بلنسيّة من بلاد اندلس لمحمد بن خلف الصدفى ولابن علقمة ٢١٨٢ تأريخ البناكتى [الى سليمان فخر الدين داود] وهو روضة اولى الالباب وسيأتى ٢١٨٣ تأريخ بنى اسرائيل ليوسف بن جريون الاسرائيلى الهارونى المؤرّخ من احبار ارم عنى بنقله من العبرانيّة الى العربيّة زكريا بن سعيد اليمنى الاسرائيلى وهو فى مجلّد ٢١٨٤ تأريخ بنى اميّة لابى عبد الرحمن خالد بن هشام الاموى المتوفى سنة ولهيثم بن عدى وعلى بن مجاهد وصنّف الشيخ ابو عبد الله محمد بن العبّاس اليزيدى المتوفى سنة ٣١٣ فى اخبار يزيد بن معاوية خاصّة وصنّف ابو منصور محمد بن احمد الازهرى اللغوى المتوفى سنة ٣٧٠ فى اخباره ايضا ٢١٨٥ تأريخ بيبرس المنصورى سمّاه زبدة الفكرة فى تأريخ الهجرة وسيأتى

---

alimentorum et numorum praesentium opus habet, describit. De urbis rebus *Ahmed Ben Mohammed Ben Khálid Barcki* Scriba librum *Tibyán* edidit, et, ut infra videndum erit, liber *Raudhet el-aríb*, e viginti septem voluminibus constans, pariter historiam *Baghdádi* tractat. — 2180. Taríkh Balkh, historia Balkhensis, auctoribus *Mohammed Ben Ackíl Balkhi* et *Abu'lcásim Ali Ben Mahmúd Ka'bi.* — 2181. Taríkh Balensíya, historia Valentiae, urbis Andalusenae, auctoribus *Mohammed Ben Khalaf Sadecki* et *Ibn Alcama.* — 2182. Taríkh Benáketi, historia *Raudhet uli el-albáb* inscripta, auctore [*Abu Soleimán Fakhr-ed-dín Dawud*, vulgo] *Benáketi* [dicto]. Videatur infra. — 2183. Taríkh beni Isráíl, historia Israelitarum, a *Yusuf Ben Gorion Isráíli Harúni* Historico e doctoribus Iremensibus judaicis edita. *Zakaríya Ben Said Yemeni Isráíli* illam in volumine ex hebraica lingua in arabicam transferendam suscepit. — 2184. Taríkh beni Omayya, historia Omayyadarum, auctoribus *Abu Abd-el-rahman Khálid Ben Hishám Omayyada*, anno . . . mortuo, *Heithem Ben Adi* et *Ali Ben Mojáhid. Yezídi Ben Moawiya* vitam separatim scripserunt Sheikh *Abu Abdallah Mohammed Ben Abbás Yezídi*, anno 313 (inc. 29. Mart. 925) mortuus, et item *Abu Mansúr Mohammed Ben Ahmed Azheri* Lexicologus, anno 370 (inc. 17. Jul. 980) mortuus. — 2185. Taríkh Bibars, historia *Bibarsi Mansúri*, *Zubdet el-fikret fi taríkh El-Hijret* inscripta, de qua vide infra. — 2186. Taríkh

٢١٨٦ تأريخ بيهق لابى الحسن على بن زيد البيهقى المتوفى سنة ٢١٨٧ تأريخ تركستان لمجد الدين محمد بن عدنان الّفه لطُغماج خان من ملوك ختاى ذكر فيه امم الترك وغرآئب تركستان ٢١٨٨ تأريخ تكريت لابى محمد عبد الله بن على بن سويد التكريتى ذكره ابن النجار ٢١٨٩ تأريخ تلمسان لابن عذية ولابن الاصفر ٢١٩٠. تأريخ تيمور ذكر الشرف اليزدى انّه تولّى بنفسه فى امر التدوين وضبط الوقآئع فاستكتبها كما هو الواقع فى غاية التهذيب والتحرير فممّن دوّنه نظام الدين الهروى المعروف بشنب غازانى وهو اوّل من قدم مستقبلًا له من بغداد حين قصد اليها وصار مكرمًا عنده وصفى الدين الختلانى من علمآء سمرقند كتب طرفًا من وقآئعه تركيًّا والشيخ محمود زنكى الكرمانى قرب الى تمامه وسمّاه جوش وخروش ومات لمّا سقط الى نهر من قنطرة تفليس سنة ٨٠٦ وهذه الثلاثة لم تنتشر كما ذكره صاحب حبيب السير ومنهم شرف الدين على اليزدى المتوفى سنة ٨٥٠. وهو مشهور متداول فارسى المسمّى بظفر نامه وسيأتى وترجمته بالتركيّة لحافظ

Beihac, historia Beihacensis, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Zeid Beihacki*, anno . . . mortuo. — 2187. Taríkh Turkistán, historia Turkistanae, quam *Majd-ed-dín Mohammed Ben Adnán Tughmáj Kháno* Khatayae regi composuit. Gentes Turcarum et res Turkistanae notabiles describit. — 2188. Taríkh Tekrít, historia Tekrítensis, auctore *Abu Mohammed Abdallah Ben Ali Ben Soweid Tekríti*. Commemorat opus *Ibn-elnejjár*. — 2189. Taríkh Tilimsán, historia Tilimsanae, auctoribus *Ibn Hadíya* et *Ibn-elasfar*. — 2190. Taríkh Timúr, historia *Timúri*. Teste *Sheref-ed-dín Yezdi* Timúr ipse historiae componendae et rebus gestis ordinandis invigilavit, ita ut res ita scribendas dictaret, ut evenerant, summae orationis puritatis et emendationis studiosus. Inter eos, qui historiam *Timúri* composuerunt, fuit *Nitzám-ed-dín Herewi*, vulgo *Shenb Ghazáni* dictus, qui principi *Baghdádum* petenti primus ex urbe obviam ivit et benigno vultu ab eo exceptus est. *Safi-ed-dín Khatláni* e viris Samarcandae doctis partem rerum ab illo gestarum conscripsit turcice, et Sheikh *Mahmúd Zenki Kermáni* prope fuit, ut opus suum *Júsh we Khurúsh* inscriptum, ad finem perduceret, cum *Teflisi* de ponte in fluvium anno 806 (inc. 21. Jul. 1403) delapsus moreretur. Haec tria opera, ut auctor libri *Hebíb el-siyer* testatur, non in vulgus edita sunt. Deinde *Sheref-ed-dín Ali Yezdi*, anno 850 (inc. 29. Mart. 1446) mortuus, historiam persice scriptam et *Tzafer-náneh* appellatam composuit, quae magnam gloriam nacta multum legitur et infra commemorabitur.

محمد بن احمد العجمى والذيل على تأريخ الشرف للتاج السلمانى كتب من محرم سنة ٨٠٧
الى سنة ٨١٣ وقد اشتمل على وقائع شاهرخ والوغ بيك وفيه نظم ظفر نامه لعبد الله الهاتفى
المتوفى سنة ٩٢٧ وسيأتى وعجائب المقدور فى نوائب تيمور لابن عربشاه يأتى مع ترجمته

٢١٩١ تأريخ ثابت بن قرّة الصابى كتب من سنة ١٩٠ الى سنة ٣٦٣ وذيّله ابن اخته هلال بن
محسّن الصابى وانتهى الى سنة ٤٤٧ ثمّ ذيّله ولده غرس النعمة محمد بن هلال ولم يتمّ ثمّ
ذيّله ابن الهمدانى الى سنة ٥١٢ ثمّ ذيّله ابو الحسن الراعونى الى سنة ٥٢٧ ثمّ العفيف صدقة
ابن حداد الى سنة ٥٧٠ ثمّ ذيّله ابن الجوزى الى سنة ٥٨٠ ثمّ ذيّله ابن القادسى الى سنة ٦١٩

٢١٩٢ تأريخ جرجان لعلى بن محمد الجرجانى المعروف بالادريسى وللحافظ ابى القاسم حمزة
ابن يوسف السهمى ٢١٩٣ تأريخ الجرجانى وهو عبد الرحمن بن عبد الرزاق السعدى

٢١٩٤ تأريخ جزائر ٢١٩٥ تأريخ الجزرى هو الشيخ الامام شمس الدين محمد

Turcice eam vertit Háfitz *Mohammed Ben Ahmed A'jemi.* Historiam *Sheref-ed-dini Táj-ed-dín Selmáni* continuavit, tempus a Moharrem anni 807 (inc. 10. Jul. 1404) inde usque ad annum 813 (inc. 6. Mai. 1410) tractans et res a *Shahrokh* et *Olugh Beg* gestas complectens. Eandem historiam *Abdallah Hátifi*, anno 927 (inc. 12. Dec. 1520) mortuus, in poemate *Tzafer-námeh* infra laudando, et *Ibn Arabsháh* in *Ajáïb el-macdúr fi newáïb Timúr*, cujus simul cum translatione infra mentio fiet, tractant. — 2191. Taríkh Thábit, historia, in qua *Thábit Ben Corra Sábi* tempus ab anno 190 (inc. 27. Nov. 805) usque ad annum 363 (inc. 2. Oct. 973) enarravit. Hoc opus a *Hilál Ben Mohsin Sábi* sororis filio usque ad annum 447 (inc. 2. Apr. 1055) continuatum hujus filius *Ghars el-ni'met Mohammed Ben Hilál* persecutus quidem est, sed non ad finem perduxit. Tum *Ibn-elhemdáni* usque ad annum 512 (inc. 24. Apr. 1118), *Abu'lhasan Rá'úni* usque ad annum 527 (inc. 12. Nov. 1132), *Afif-ed-dín Sadaca Ibn Heddád* usque ad annum 570 (inc. 2. Aug. 1174), *Ibn-eljauzi* usque ad annum 580 (inc. 14. Apr. 1184), et denique *Ibn-elcádisi* usque ad annum 616 (inc. 19. Mart. 1219) appendices ediderunt. — 2192. Taríkh Jorján, historia Jorjánae, auctoribus *Ali Ben Mohammed Jorjáni*, vulgo *Idrísi* dicto, et Háfitz *Abu'lcásim Hamza Ben Yusuf Sahmi.* — 2193. Taríkh El-Jorjáni, historia, auctore *Abd-el-rahman Ben Abd-el-rezzác Sa'di*, vulgo *Jorjáni* dicto. — 2194. Taríkh jezáïr, historia Algerii. — 2195. Taríkh El-Jezeri, historia usque ad annum 798 (inc. 16. Oct. 1395) continuata, auctore Sheikh et Imám *Shems-ed-dín Mohammed*

ابن محمد الدمشقى المتوفى سنة ٨٣٣ بلغ فيه الى سنة ٧٩٨ ٢١٩٩ تأريخ الجزيرة الخضرآء من
بلاد اندلس لابن حمديس ٢١٩٧ تأريخ جمال الدين محمد بن احمد المطرى المتوفى
سنة ٧٤١ من تواريخ المدينة ٢١٩٨ تأريخ الجنانى وهو المولى مصطفى بن السيّد حسن
الرومى المتوفى منفصلًا عن قضآء حلب سنة ٩٩٩ وهو تأريخ كبير على مقدّمة واثنين وثمانين
بابًا كلّ باب فى دولة جمع فيه ملوك العالم واستوعب واجاد ولم ار كتابًا جامعًا لدول
الملوك مثله فلخّصته فى تأريخى المسمّى بالفذلكة وزدت عليه الى مأئة وخمسين دولة الّا
انّ الغفارى ذكر دولا كثيرة لم يذكرها الجنانى على سبيل الايجاز وليس لهذا التأريخ اسم
مذكور لكنى رأيت كتاب اخبار الدول يذكره صاحبه باسم البحر وكذا رأيت بخطّ بعض
العلمآء انّ اسمه العيلم الزاخر فى احوال الاوآئل والاواخر فذكرته ههنا لوقوع الشبهة
وللجنانى ترجمة تأريخه بالتركيّة ومختصره ايضا ٢١٩٩ تأريخ حافظ ابرو [لطف الله الهروى]
المسمّى بزبدة التواريخ يأتى ٢٢٠٠ تواريخ حجاز منها تواريخ مكة والمدينة واجناس اللطآئف فى

Ben Mohammed Dimeshcki, vulgo *Jezeri* dicto et anno 833 (inc. 30. Sept. 1429) mortuo. — 2196. Taríkh El-Jezíret El-Khadhrá, historia Insulae Viridis, urbis Andalusenae, auctore *Ibn Hamdís*. — 2197. Taríkh Jemál-ed-dín, una historiarum Medinensium, auctore *Jemál-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Meteri*, anno 741 (inc. 27. Jun. 1340) mortuo. — 2198. Taríkh El-Jenábi, historia Mollae *Mustafa Ben-elseyyid Hasan Rumi*, qui munere judicis Halebensis remotus anno 999 (inc. 20. Oct. 1590) obiit. Opus magnum in praefationem et octoginta duo capita dispositum, quae singula dynastiam tractant. Auctor in eo reges mundi ita collegit, ut egregio modo omnem materiam effunderet, neque librum vidi, qui pari ratione principum dynastias complecteretur. Itaque eum in historia mea *Fedzlecat* inscripta potiorem partem excerpsi et numerum dynastiarum ad centum quinquaginta auxi; attamen *Ghaffári* multas dynastias summatim breviterque commemorat, quas *Jenábi* non commemoravit. Hujus historia nullum habet titulum notum, attamen opus *Akhbár el-dowel* vidi, cujus auctor illam nomine *Bahr* insignitam esse testatur, et pariter a viro quodam docto scriptum vidi, ejus nomen *El-Ailem El-Zákhir fi ahwál el-awáïl we el-awákhir* esse. Itaque ob dubitationem allatam illam hoc loco posui. *Jenábi* historiam suam ipse turcice vertit eandemque in compendium coëgit. — 2199. Taríkh Háfitz Abru, historia *Zubdet el-tewárikh* inscripta et ab Háfitz *Abru* [*Lutfallah Herewi*] composita. Videatur infra. — 2200. Tewárikh Hejáz, historiae Hejázae, ad quas historiae urbium Mekka et Medína, *Ajnás el-letáïf fi mehásin El-Táïf*

محاسن الطّائف واخبار تهامة والحجاز لابى غالب ٢٢٠١ تأريخ حرّان لعزّ الملك محمد ابن ابى القاسم عبد الله بن احمد المسبحى الحرّانى المتوفى سنة ٤٢٠ وهو تأريخ كبير ذكره ابن خلّكان ولحماد الحرّانى الذى ذيّله ابو المحاسن بن سلامة الحرّانى قال ابن عديم فى تأريخ حلب ٢٢٠٢ تأريخ حسين بيقرا فارسى من نظم خواجه مسعود القمى فى الفى بيت وازيد ٢٢٠٣ تأريخ حكّام لابى العباس احمد بن بختيار الواسطى ٢٢٠٤ تأريخ حكمآء للامام محمد ابن عبد الكريم الشهرستانى المتوفى سنة ٥٤٨ ٢٢٠٥ تأريخ حلب اوّل من صنّف فيه على ما فى درّ الحبب كمال الدين ابو حفص عمر بن جرادة بن عبد العزيز المعروف بابن عديم الحلبى المتوفى سنة ٦٦٠ جمع فيه اعيانها على ترتيب الاسمآء قال اليونينى فى الذيل انّه يكون بياضه اربعين مجلّدًا ومأئة وبعضه مسوّدة انتهى وسمّاه بغية الطلب ثمّ انتزع منه كتابًا سمّاه زبدة الحلب ثمّ ذيّله القاضى علآء الدين ابو الحسن على بن محمد بن سعد الجبرينى الشهير بابن خطيب الناصريّة المتوفى سنة ٨٤٣ وسمّاه الدرّ المنتخب وهو ايضا على الحروف ولمّا

---

et *Akhbár Tihámet* et *Hejáz* pertinent. Hoc opus *Abu Ghálib* auctorem habet. — 2201. Taríkh Harrán, historia Harranae, auctore *Izz-elmulk Mohammed Ben Abi'lcásim Abd-allah Ben Ahmed Mosabbihi Harráni*, anno 420 (inc. 20. Jan. 1029) mortuo. Magnum opus, quod *Ibn Khallekán* commemorat. De eadem urbe *Hammád Harráni* librum composuit, quem, teste *Ibn Adím* in *Taríkh Haleb*, *Abu'lmehásin Ben Seláma Harráni* continuavit. — 2202. Taríkh Hosein Beicará, historia *Hoseini Beicará*, versibus persicis bis mille et amplius a *Khoja Mes'úd Commi* conscripta. — 2203. Taríkh hokkám, historia praefectorum, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Bakhtyár Wásiti*. — 2204. Taríkh hokamá, historia philosophorum, auctore Imám *Mohammed Ben Abd-el-kerím Shahrestáni*, anno 548 (inc. 29. Mart. 1153) mortuo. — 2205. Taríkh Haleb, historia Halebensis. Primus, qui de ea scripsit, ut in *Dorr el-habab* legitur, fuit *Kemál-ed-dín Abu Hafs Omar Ben Jeráda Ben Abd-el-azíz Halebi*, vulgo *Ibn Adím* dictus et anno 660 (inc. 26. Nov. 1261) mortuus. In hoc opere viros urbis spectatissimos secundum nominum ordinem collegit, et, ut *Yunini* in *El-Dzeil* testatur, volumina nitide exarata quinquaginta, primis lineis autem conscripta centum et quod excurrit fuerunt. — Liber *Bughyet el-teleb* appellatus est, deinde vero ex eo epitomen *Zubdet el-haleb* inscriptam confecit. Illum Cádhi *Alá-ed-dín Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Ben Sa'd Jibríni*, vulgo *Ibn Khatíb El-Nasiríyet* dictus et anno 843 (inc. 14. Jun. 1439) mortuus, in opere *El-Dorr El-Muntekhab*, quod pariter secundum literas dispositum est, continuavit.

طالعه الحافظ ابو الفضل احمد بن [محمد بن] على المعروف بابن حجر العسقلانى حين قدم حلب سنة ٨٣٦ الحق فيه اشياء كثيرة كما ذكره فى ديباجة انباء الغمر واثنى على صاحبه ثمّ ذيّله موفق الدين ابو ذرّ احمد بن ابرهيم الشهير بسبط ابن العجمى الحلبى المتوفى سنة ٨٨٤ وسمّاه كنوز الذهب وهو ذيل الدرّ المنتخب ضمنه ذكر الاعيان والحوادث والذيل على كنوز الذهب المسمّى بدرّ الحبب للمحقّق رضى الدين محمد بن ابرهيم المعروف بابن الحنبلى الحلبى المتوفى سنة ٩٧١ وهو ايضا على الحروف وله تأريخ اخر انتزعه من تأريخ ابن العديم وزاد عليه وسمّاه الزبد والضرب فى تأريخ حلب الّفه سنة ٩٥١ والشيخ طاهر بن الحسن المعروف بابن الحبيب الحلبى المتوفى سنة ٨٨٨ تأريخ منتزع منه ايضا سمّاه حضرة النديم من تأريخ ابن عديم هكذا وجدته ثمّ رأيت فى درّة الاسلاك لوالده حسن بن حبيب انّه يقول فى ترجمة الكمال ابن العديم جمعت من تأريخه ومن خطّه كتابًا لطيفًا سمّيته حضرة النديم انتهى ومن تواريخه معادن الذهب

Quod cum Háfitz *Abu'lfadhl Ahmed Ben* [*Mohammed Ben*] *Ali Ascaláni*, vulgo *Ibn Hajr* dictus, postquam anno 836 (inc. 28. Aug. 1432) *Halebum* venit, vidisset, multas res, ut ipse in praefatione libri *Inbá el-ghomr* dicit, ei adjecit, auctoremque laudibus ornavit. Deinde *Mowaffic-ed-dín Abu Dzarr Ahmed Ben Ibrahím Halebi*, vulgo *Sibt Ibn-ela'jemi* dictus et anno 884 (inc. 25. Mart. 1479) mortuus, *El-Dorr El-Muntekhab* continuavit, inque opere, quod *Konúz el-dzeheb* inscripsit, viros nobilissimos et res gestas simul comprehendit. *Konúz el-dzeheb* autem vir subtilissimus *Radhi-ed-dín Mohammed Ben Ibrahím Halebi*, vulgo *Ibn-elhanbali* dictus et anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuus, in opere *Dorr el-habab*, quod pariter ordinem literarum sequitur, continuavit. Idem historiam aliam edidit, quam ex historia *Ibn-eladími* excerpsit, eamque additamentis auctam et *El-Zubd we El-Dhareb fi tarikh Haleb* inscriptam anno 951 (inc. 25. Mart. 1544) composuit. Eandem historiam Sheikh *Táhir Ben-elhasan Halebi*, vulgo *Ibn-elhebíb* dictus et anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuus, in opere *Hadhret el-nedím min tarikh Ibn Adím* inscripto, ut mihi quidem visum est, excerpsit. Deinde vero in opere *Dorret el-isláh*, quod *Hasan Ben Hebíb* ejus patrem auctorem habet, hunc in vita *Kemál-el-dín*i *Ibn-eladím* dicere vidi: Ex hujus viri historia et foliis propria manu scriptis librum lepidum congessi *Hadhret el-nedím* inscriptum. Haec ille. — Porro historiam Halebi,

لابن ابى طى يحيى بن حميدة الحلبى المتوفى سنة ٦٣٠ وهو تأريخ كبير وذيله له ايضا ومعادن الذهب فى الاعيان الذين تشرّفت بهم حلب لابن عمر العرضى ذكره الشهاب فى الحبايا ومن تواريخ حلب كتاب ابى عبد الله محمد بن على العظيمى وامّا تأريخ ابن عشار فانّه لقنسرين كما سيأتى ٢٢٠٩ تأريخ حماة ٢٢١٠ تأريخ حمص لابى عيسى ولعبد الصمد ابن سعيد ٢٢١٨ تأريخ الخاقانى وهو احمد بن محمد الخزاعى الانطاكى ذكره المسعودى فى مروج الذهب ٢٢١٩ تأريخ ختاى واحوال ملوكها لحافظ محمد بن على القوشى وهو تركى والاصل لمجد الدين محمد بن عدنان صنّفه لطغماج خان كما سبق ٢٢٢٠ تواريخ خراسان منها تأريخ الابيوردى وتأريخ الحاكم النيسابورى وتأريخ عباس بن مصعب واخبار علماء خراسان لابى نصر المروزى وتأريخ ولاتها لابى الحسين السلامى ومنها تواريخ هراة ونيسابور ٢٢٢١ تأريخ خسروى لابى الحسين محمد بن سليمان الاشعرى وهو من تأريخ ملوك العجم ٢٢٢٢ تأريخ خلاط لشرف بن ابى المطهر الانصارى ٢٢٢٣ تواريخ الخلفاء

Meádin el-dzeheb inscriptam, *Ibn Abi Tay Yahya Ben Homeida Halebi*, anno 630 (inc. 18. Oct. 1232) defunctus, edidit. Opus magnum, quod ipse appendice auxit. Deinde *Ibn Omar Ordhi*, ut *Shehâb-ed-dín* in *El-Khabáyá* testatur, historiam virorum clarissimorum, quorum gloria Halebum nobilitatum est, sub eodem titulo *Meádin el-dzeheb* publicavit, et *Abu Abdallah Mohammed Ben Ali Atzími* quoque librum de historia Halebensium in vulgus emisit. Historia *Ibn Ashshári* vero, ut infra videndum est, de *Ckinnesrín* agit. — 2206. Taríkh Hamát, historia Hamatena. — 2207. Taríkh Hams, historia Emessena, auctoribus *Abu Isa* et *Abd-el-semed Ben Said*. — 2208. Taríkh El-Khácáni, historia ab *Ahmed Ben Mohammed Khozáï Antáki*, vulgo *Khácáni* dicto, composita, ut *Mes'údi* in *Morúj el-dzeheb* testatur. — 2209. Taríkh Khatáï, historia Khatayae rerumque ab ejus principibus gestarum, ab Háfitz *Mohammed Ben Ali Cushi* turcice versa. Archetypum *Majd-ed-dín*um *Mohammed Ben Adnán* auctorem habet, qui illud, ut in praecedentibus dictum est, *Tughmáj Kháno* composuit. — 2210. Tewáríkh Khorásán, historia Khorasanae, de qua *Abyuredi*, *Hákim Nisabúri*, *Abbás Ben Mos'ab* opera ediderunt, itemque *Abu Nasr Merwezi* opus *Akhbár olamá Khorásán*, et *Abu'lhosein Sclámi* historiam praefectorum ejus publicavit. Eandem terram historiae *Herát*ae et *Nisabúr*ae tractant. — 2211. Taríkh Khosrewi, historia Khosroum sive regum Persarum, auctore *Abu'lhosein Mohammed Ben Soleimán Asha'ri*. — 2212. Taríkh Khilát, historia Khilatensis, auctore *Sheref Ben Abi'lmotahher Ansári*. — 2213. Tewáríkh

امّا الخلفآء الراشدون خاصّة ففيهم كتب كثيرة منها تأليف الامام الحافظ شمس الدين محمد ابن احمد الذهبىّ المتوفى سنة ٧٤٨ وهو فى اربع مجلّدات جعل فى كلّ منهم مجلّدًا وامّا من بعدهم من الامويّة والعبّاسيّة وغيرهم فكثير ايضا كتأريخ الخلفآء لابى جعفر محمد بن حبيب النحوى البغدادى المتوفى سنة ٢٤٥ سمّاه المجير ولابى نصر زهير بن حسن السرخسى [الشافعى] المتوفى سنة ٤٥٤ ولابى عبد الله محمد بن سلامة [بن جعفر] القضاعى المتوفى سنة ٤٥٤ واخبار الخلفآء لابن انجب سبق ذكره وله نسآء الخلفآء من الحرآئر والامآء ومنها بلغة الظرفآء الى معرفة تواريخ الخلفآء وحسن الوفآء لمشاهير الخلفآء ونظم منثور الكلام فى ذكر الخلفآء الكرام وكتاب من احتكم من الخلفآء الى القضاة لابى هلال حسن بن عبد الله العسكرى المتوفى سنة ٣٩٥ وتأريخ الخلفآء لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ وهو احسن ما صنّف فيه اوّله امّا بعد حمد الله الذى وعد فوفى الخ ذكر فيه من عهد ابى بكر رضى الله عنه الى الاشرف قايتباى على السنوات مشتملًا على

El-Kholafá, historiae Khalifarum aut quatuor priorum legitimorum separatim, de quibus multi libros scripserunt, ut Imám Háfitz *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Dzehebi*, anno 748 (inc. 13. Apr. 1347) mortuus, qui in singulis quatuor voluminibus unius Khalifae historiam tractat, aut Omayyadarum, Abbasidarum aliorumque, qui illos secuti sunt, de quibus pariter multi opera ediderunt, ut *Abu Jafar Mohammed Ben Hebíb Baghdádi* Grammaticus, anno 245 (inc. 8. Apr. 859) mortuus, qui librum *Mojír* inscripsit — *Abu Nasr Zoheir Ben Hasan Serakhsi* [Shafiita], anno 454 (inc. 15. Jan. 1062) mortuus — *Abu Abdallah Mohammed Ben Seláma* [*Ben Jafar*] *Codháï*, anno 454 (inc. 15. Jan. 1062) mortuus — *Ibn Anjeb*, qui, ut in antecedentibus dictum est, *Akhbár El-Kholafá* itemque *Nisá El-Kholafá* i. e. feminae Khalifarum et liberae et servae, edidit — porro huc pertinent opera *Bulghet el-tzorafá ila ma'rifet tewáríkh El-Kholafá* — *Hosn el-wefá li meshábir El-Kholafá* — *Natzm manthúr el-kelám*, historia Khalifarum generosorum — liber *Man ihtakama min El-Kholafá ila el-codhát*, ab *Abu Hilál Hasan Ben Abdallah Askeri*, qui anno 395 (inc. 18. Oct. 1804) obiit, editus. *Taríkh El-Kholafá*, historia omnium, quae de Khalifis scriptae sunt, praestantissima edita est a *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo, et incipit ita: Praemissis praemittendis. Laudetur Deus, qui promittit et promissa persolvit etc. Auctor a tempore *Abu Bekri* incipit et ad annorum ordinem usque ad *El-Ashraf Cayetbái* progreditur, res a Khalifis gestas et qui Imámi illorum tempore floruerint narrans.

وقائعهم ومن كان فى ايّامهم من الائمّة واختصره الفاضل محمد امين الشهير بامير پادشاه واورد فيه الخلاصة وزاد فى حلّ بعض المواضع بما لا بدّ منه وفرغ سنة سبع وثمانين وتسعمأئة اوله الحمد لله الذى ارسل رسوله بالهدى الخ وللسيوطى ايضا تحفة الظرفآء باسمآء الخلفآء وتأريخ الخلفآء لابن الكردبوس ومنها تواريخ بنى اميّة وتواريخ آل العباس وقد سبق

٢٢١٤ تأريخ خليفة بن الخياط [ابى عمرو البصرى الحافظ] العصفرى [المتوفى سنة ٢٤٠]

٢٢١٥ تأريخ خوارج لمحمد بن قدامة ٢٢١٦ تواريخ خوارزم منها الكافى لابى احمد محمد ابن سعيد بن القاضى المتوفى سنة ٣٤٩ وتأريخ محمد بن محمد بن ارسلان العباسى الخوارزمى الحافظ المتوفى سنة ٥٦٨ بسط الكلام فى وصف خوارزم واهلها حتى بلغ الى ثمانين مجلّدًا وقد اختصره شمس الدين محمد بن احمد الذهبى الحافظ المتوفى سنة ٧٤٨ ٢٢١٧ تأريخ خوارزم شاهى للسيد الاجلّ صدر الدين ٢٢١٨ تواريخ دمشق اعظمها تأريخ الامام الحافظ

Epitomen potiorem hujus historiae partem complectentem, quae ita incipit: Laus Deo, qui legatum suum cum recta via misit etc., vir bene meritus *Mohammed Emín*, vulgo *Emír Pádisháh* dictus, confecit et ad nonnulla loca explicanda iis, quae prorsus necessaria sunt, adjectis anno 987 (inc. 28. Febr. 1579) ad finem perduxit. — Item *Soyúti Tohfet el-tzorafá bi asmá El-Kholafá*, et *Ibn-elkerdebús* historiam Khalifarum in vulgus emiserunt. Huc pertinent etiam historiae Omayyadarum et Abbasidarum, de quibus jam antea sermo fuit. — 2214. Taríkh Khalífa, historia, auctore Háfitz *Khalífa Ben-elkhayyát* [*Abu Amru Basri*] *Osfori* [anno 240 (inc. 2. Jun. 854) mortuo]. — 2215. Taríkh Khawárij, historia Kharejitarum sive rebellium, auctore *Mohammed Ben Codáma*. — 2216. Tewáríkh Khowarezm, historiae Khowarezmiae, quales sunt *El-Káfi*, auctore *Abu Ahmed Mohammed Ben Said Ben-elcádhi*, anno 346 (inc. 4. Apr. 957) mortuo — *Taríkh* sive historia, ab Háfitz *Mohammed Ben Mohammed Ben Arslán Abbási Khowarezmi*, anno 568 (inc. 23. Aug. 1172) mortuo, edita, qui Khowarezmiam ejusque incolas tam fuse descripsit, ut opus octoginta volumina complecteretur. Háfitz *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Dzehebi*, qui anno 748 (inc. 13. Apr. 1347) defunctus est, illud in epitomen coëgit. — 2217. Taríkh Khowarezmsháhi, historia *Khowarezmsháh*orum, auctore celeberrimo *Seyyid Sadr-ed-dín*. — 2218. Tewáríkh Dimeshc, historiae Damascenae, quarum maximam, octoginta circiter voluminibus comprehensam, Imám Háfitz

ابى الحسن على بن حسن المعروف بابن عساكر الدمشقى المتوفى سنة ٥٧١ وهو فى نحو ثمانين مجلّدًا ذكر تراجم الاعيان والرواة ومروياتهم على نسق تأريخ بغداد للخطيب لكنّه اعظم منه حجمًا قال ابن خلّكان قال لى شيخنا الحافظ زكى الدين عبد العظيم وقد جرى ذكر هذا التأريخ وطال الحديث فى امره ما اظنّ هذا الرجل الّا عزم على وضع هذا التأريخ من يوم عقل على نفسه وشرع فى الجمع من ذلك الوقت والّا فالعمر يقتصر عن ان يجمع الانسان مثل هذا الكتاب ولهذا التأريخ اذيال منها ذيل ولد المصنّف القاسم ولم يكمله وذيل صدر الدين البكرى وذيل عمر بن الحاجب وله مختصرات ايضا منها ما اختصره الامام ابو شامة عبد الرحمن بن اسمعيل الدمشقى [المقرى] المتوفى سنة ٦٦٥ وهو نسختان كبرى فى خمسة عشر مجلّدًا وصغرى قال ابن شهبه فى ذيله بسط الكلام فى وصف علم التأريخ وذمّ من شأنه وجمع بين الحوادث والوفيات فى الذيل عليه ووصل الى سنة وفاته وقد ذيّل عليه الحافظ علم الدين قاسم بن محمد البرزالى الى اخر سنة ٧٣٨ ومات فى الآتية وذيل ايضا

Abu'lhasan Ali Ben Hasan Dimeshcki, vulgo *Ibn Asákir* dictus et anno 571 (inc. 22. Jul. 1175) mortuus, composuit. Vitas narrat virorum celebriorum et traditionariorum eaque, quae hi tradiderunt, ad instar historiae Baghdadensis, quam *Khatíb* edidit, nisi quod illa hanc amplitudine superat. *Ibn Khallekán:* Sheikh noster, inquit, Háfitz *Zeki-ed-dín Abd-el-atzím*, cum aliquando mentio de illa historia injecta esset longiusque de ejus indole dissereretur, mihi dixit: Mea quidem sententia vir ille ab eo inde die, quo mentis compos esse coepit; de hac historia componenda cogitavit, et ab illo tempore colligere inchoavit, alioquin enim vita nimis brevis esset, quam ut homo ejusmodi librum congerere posset. Hanc historiam plures appendicibus continuarunt, ut *Cásim* auctoris filius, qui tamen librum non perfecit — porro *Sadr-ed-dín Bekri* — *Omar Ben-elhájib*. Alii eam in epitomas coëgerunt, ut Imám *Abu Sháme Abd-el-rahman Ben Ismaíl Dimeshcki* [Corani Lector], anno 665 (inc. 2. Oct. 1266) mortuus, qui majorem recensionem quindecim voluminibus comprehensam et minorem curavit. Nimis longus est, ut *Ibn Shohbeh* in appendice sua statuit, in describenda historiae doctrina et ab hac parte in vituperationem incurrit. In appendice ad illam res gestas simul cum vitis defunctorum conjunxit, et usque ad annum mortis suae pervenit. Deinde Háfitz *Ilm-ed-dín Cásim Ben Mohammed Berzáli* eam ad finem anni 738 (inc. 30. Jul. 1337) continuavit, insequentique anno diem supremum obiit, et idem

ابو علی ابن القلانسی وممّن اختصر تأريخ ابن عساكر القاضی جمال الدين محمد بن مكرّم الانصاری صاحب لسان العرب المتوفی سنة ۷۱۱ تركه فی نحو ربعه والشيخ بدر الدين محمود بن احمد العينی المتوفی سنة ۸۵۵ انتقا منه جلال الدين عبد الرحمن بن ابی بكر السيوطی المتوفی سنة ۹۱۱ وسمّاه تحفة المذاكر والمنتقی من تأريخ ابن عساكر والذيل علی ذيل البرزالی للقاضی تقی الدين ابی بكر بن شهبه وسيأتی بقية ما صنّف فيه فی تواريخ الشأم لانّه اعمّ من دمشق ۲۲۱۹ تأريخ دنيسر لعمر بن اللمش ۲۲۲۰. تأريخ الذهبی هو الامام الحافظ شمس الدين ابو عبد الله محمد بن احمد المصری المتوفی سنة ۷۴۸ وهو تأريخ كبير فی اثنی عشر مجلّدًا يقال له تأريخ الاسلام علی ترتيب السنوات جمع فيه بين الحوادث والوفيات وانتهی الی اخر سنة ۷۴۱ وقد اخّر قبل موته بمدّة ثمّ اختصر منه مختصرات منها العبر وسير النبلآء وطبقات الحفّاظ وطبقات القرّأ وغير ذلك قال ابن شهبه والعجب انّه وقف فی تأريخ الاسلام سنة ۷۰۰ ولم يوصله الی سنة اربعين كما فعل فی العبر فانّ بين

Abu Ali Ibn-elcalánisi quoque fecit. In epitomen autem historiam *Ibn Asákir*i coëgerunt Cádhi *Jemál-ed-dín Mohammed Ben Mokarrem Ansári*, auctor libri *Lisán El-Arab* anno 711 (inc. 20. Mai. 1311) mortuus, qui eam ad quadrantem contraxit — porro Sheikh *Bedr-ed-dín Mahmúd Ben Ahmed Aini*, anno 855 (inc. 3. Febr. 1451) defunctus. Potiorem libri partem *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, in opere *Tohfet el-modzákir* selectam dedit, et Cádhi *Tacki-ed-dín Abu Bekr Ben Shohbeh* et epitomen historiae *Ibn Asákir*i cum delectu et appendicem ad appendicem *Berzálí*i curavit. Cetera opera, in quibus historia Damascena tractatur, sub *Tewárikh El-Shám* sive historiae Syriae, quippe quae majoris ambitus est, quam Damascus, commemorabuntur. — 2219. Taríkh Doneiser, historia Doneiserae, auctore *Omar Ben-ellamosh*. — 2220. Taríkh El-Dzehebi, historia, auctore Imám Háfitz *Shems-ed-dín Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Misri*, vulgo *Dzehebi* dicto et anno 748 (inc. 13. Apr. 1347) mortuo. Magnum opus e duodecim voluminibus constans et secundum annos dispositum, quod vulgo nomine *Taríkh el-islám* insignitur. Auctor in eo res gestas et defunctorum vitas simul comprehendit et usque ad finem anni 741 (inc. 27. Jun. 1340) persecutus est, spatium enim ante mortem suam intactum reliquerat. Postea plura opera ex illo excerpsit, ut *El-Ibar*, *Siyer el-nobalá*, *Tabacát el-hoffátz*, *Tabacát el-corra* et alia. *Ibn Shohbeh:* Mirum est, inquit, quod in *Taríkh El-Islám* anno 700 (inc. 16. Sept. 1300) substitit, neque historiam ad annum seculi octavi quadragesimum, ut in *El-Ibar*

يديه ذيل اليونينى الى حين وفاته وذيل الجزرى انتهى والذيل الحافل لتأريخ الاسلام لشمس الدين محمد بن عبد الرحمن السخاوى المتوفى سنة ٩٠٢ ومختصر تأريخ الاسلام لعلآء الدين على بن خلف الغزى المتوفى سنة ٧٩٢ وشمس الدين محمد بن محمد الجزرى المتوفى سنة ٨٣٣ مجلّد اوّله الحمد لله الذى جعل الحوادث والوفيات الخ وفرغ فى رجب سنة ٧٩٨

٢٢٢١ تأريخ رشيدى فارسى لميرزا حيدر بن محمد الّقه لميرزا عبد الرشيد بن السلطان ابى سعيد بهادر ٢٢٢٢ تأريخ رقة لابى على محمد بن سعيد القشيرى ٢٢٢٣ تأريخ رمضان زاده محمد التوقيعى المتوفى سنة ٩٧٩ وهو تركى مختصر ٢٢٢٤ تأريخ رواة الحديث لابى حيثمة احمد بن زهير [بن حرب] الحافظ المتوفى سنة ٢٧٩ وهو كتأريخ ابى عبد الله البخارى [لكنه كبير] ٢٢٢٥ تأريخ رى لابى منصور الآبى ٢٢٢٦ تأريخ زبيد من تواريخ اليمن يأتى ٢٢٢٧ تأريخ زبير بن بكار القرشى [الزبيرى قاضى مكة] المتوفى سنة ٢٥٩ ٢٢٢٨ تأريخ سامرا لابن ابى البركات ٢٢٢٩ تأريخ سبته

---

fecit, persecutus est, cum tamen appendices *Yuníni* usque ad tempus mortis suae et item *Jezeri* ad manus essent. Haec ille. — Historiam *Islámi Shems-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-rahman Sekhávi*, anno 902 (inc. 9. Sept. 1496) defunctus, uberrime continuavit, eandemque *Alá-ed-dín Ali Ben Khalaf Ghazzi*, anno 792 (inc. 20. Dec. 1389) defunctus, et *Shems-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Jezeri*, anno 833 (inc. 30. Sept. 1429) mortuus, in epitomen coëgerunt. Volumen, quod hic mense Rejeb anni 798 (inc. 16. Oct. 1395) absolvit, incipit ita: Laus Deo, qui eventa et mortes fecit etc. — 2221. Taríkh Reshídi, historia Reshídica, quam *Mirza Hider Ben Mohammed Mirzae Abd-el-reshíd* Sultáni *Abu Saíd Behádur* filio persice composuit. — 2222. Taríkh Racca, historia Raccae, auctore *Abu Ali Mohammed Ben Saíd Cosheiri*. — 2223. Taríkh Ramadhánzádeh, compendium historicum, a *Ramadhánzádeh Mohammed Tauckíi'*, qui anno 979 (inc. 26. Mai. 1571) decessit, turcice scriptum. — 2224. Taríkh rowát el-hedíth, historia traditionariorum, auctore *Abu Heithama Ahmed Ben Zoheir* [*Ben Harb*] Háfitz, anno 279 (inc. 3. Apr 892) mortuo. Opus simile historiae *Abu Abdallae Bokhári* [attamen majus]. — 2225. Taríkh Rei, historia urbis *Rei*, auctore *Abu Mansúr Abi*. — 2226. Taríkh Zebíd, historia urbis *Zebíd*, quae ad historias Yemanae pertinet, de quibus infra. — 2227. Taríkh Zobeir, historia a *Zobeir Ben Bekkár Coreshi* [*Zobeiri* Mekkae judice] anno 256 (inc. 9. Dec. 869) mortuo, edita. — 2228. Taríkh Sámarrá, historia Samarrae, auctore *Ibn Abi'lberakát*. — 2229. Taríkh Sebta, historia

للقاضى عياض بن موسى اليحصبى المتوفى سنة ٥٤٤ سمّاه العيون الستة فى اخبار سبته ٢٢٣٠ تواريخ سمرقند الّف فيه ابو العبّاس جعفر بن محمد المستغفرى المتوفى سنة ٤٣٢ [قال ابن شهبه فى تأريخه ومن تصانيفه تأريخ نسف وكش انتهى] وابو سعيد عبد الرحمن بن محمد الادريسى والذيل عليه المسمّى بالقند لابى حفص عمر بن محمد النسفى [الحنفى] المتوفى سنة ٥٣٧ ومنتخب القند لتلميذه محمد بن عبد الجليل السمرقندى ٢٢٣١ تاريخ السماويّات والارضيّات للحكيم كرز الدين اسحق بن جبريل الديلمى [البويهى] المتوفى سنة ٦٨٩ ٢٢٣٢ تأريخ سند ٢٢٣٣ تأريخ سيوط المسمّى بالمضبوط يأتى فى الميم ٢٢٣٤ تواريخ الشأم منها تواريخ دمشق لانّ الشأم يعمّها وغيرها ومنها الاعلاق الخطيرة فى تأريخ الشأم والجزيرة لابن شدّاد وقد سبق والدرّة الخطيرة فى اسمآء الشأم والجزيرة والبرق الشامى للعماد الكاتب [الوزير ابى عبد الله محمد بن حامد الاصفهانى المتوفى سنة ٥٩٧] سبق وتحفة الانام فى فضآئل الشأم للبحرانى وسيأتى ونزهة الانام فى فضآئل الشأم يأتى ايضا ونشر

Ceutae, *El-Oyún El-Sitta fi akhbár Sebta* inscripta, auctore Cádhi *Iyádh Ben Musa Yahsebi*, anno 544 (inc. 11. Mai. 1149) mortuo. — 2230. Tewáríkh Samarcand, historiae Samarcandae. De hac urbe scripserunt *Abu'labbás Jafar Ben Mohammed Mostaghfiri*, anno 432 (inc. 11. Sept. 1040) defunctus [qui, ut *Ibn Shohbeh* in sua historia testatur, pariter historiam urbium *Nesef* et *Kesh* composuit], et *Abu Said Abd-el-rahman Ben Mohammed Idrísi*, cujus librum *Abu Hafs Omar Ben Mohammed Nesefi* [Hanefita], anno 537 (inc. 27. Jul. 1142) mortuus, in opere *Cand* inscripto continuavit. Hujus iterum *Mohammed Ben Abd-el-jelil Samarcandi* illius discipulus delectum instituit. — 2231. Taríkh el-semawíyát we el-ardhíyát, historia rerum coelestium et terrestrium, auctore philosopho *Korz-ed-dín Is'hac Ben Jebríl Deilemi* [*Boweihi*], anno 689 (inc. 14. Jan. 1290) mortuo. — 2232. Taríkh Sind, historia Sindiae. — 2233. Taríkh Soyút, historia urbis Soyút, *Madhbút* inscripta, de qua vide infra in litera *Mím*. — 2234. Tewáríkh El-Shám, historiae Syriae. Huc pertinent historiae Damascenae, cum Syria Damascum comprehendat, et aliae, porro opus *El-Alác El-Khatíret*, historia Syriae et Mesopotamiae, ab *Ibn Sheddád*, ut supra dictum est, editum — *El-Dorret El-Khatíret* de nominibus Syriae et Mesopotamiae — *El-Barc El-Shámi*, auctore *Imád-ed-dín Kátib* [Wezír *Abu Abdallah Mohammed Ben Hámid Isfaháni*, anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo], ut supra videndum est — *Tohfet el-anám* de virtutibus Syriae, auctore *Bosráwi*. Vide infra — *Nuzhet el-anám* de virtutibus Syriae, de quo opere videatur etiam infra — *Nashr*

الحزام فى فضآئل الشأم يأتى وفضآئل الشأم للربعى ومختصره المسمّى بالاعلام للغزارى وللمولى عبد الغنى بن امير شاه [المتوفى سنة] ومنها سلك النظام فى تأريخ الشأم وتنبيه الطالب وغير ذلك ٢٢٣٥ تأريخ شرف خان البدليسى المسمّى بمير شرف وهو فارسى مجلّد ذكر فيه امرآء الاكراد وحكّامهم فى ابواب ثمّ ذكر آل عثمان والصفوية بترتيب السنوات الى سنة خمس والف واما تأريخ شرف التبريزى نزيل الروم فهو انفس الاخبار وقد سبق وكذا تأريخ شرف اليزدى فانّه لتيمور كما مرّ ٢٢٣٦ تواريخ الشعرآء يأتى فى التذكرة ٢٢٣٧ تأريخ الشهود والحكّام ببغداد لتاج الدين على بن انجب البغدادى المتوفى سنة ٦٧٤ وهو كبير فى ثلاث مجلّدات ٢٢٣٨ تأريخ شيراز لهبة الله بن عبد الوارث الشيرازى ولابى عبد الله القصّار ٢٢٣٩ تأريخ صدقة بن الحداد وهو من اذيال تأريخ ثابت [بن قرة] وقد سبق ٢٢٤٠ تواريخ صعيد منها تأريخ على بن عبد العزيز اكاتب وطالع السعيد الجامع لاسمآء فضلآء

---

el-hizám de virtutibus Syriae, ut infra videndum — *Fedháïl El-Shám*, auctore *Rabaï*, hujusque libri epitome, *El-Ilám* inscripta, auctore *Fezári*, aliaque auctore Molla *Abd-el-ghaní Ben Emír Sháh* [anno . . . mortuo] — porro *Silk el-nitzám*, historia Syriae, et *Tenbíh el-tálib* et alia. — 2235. Taríkh Sheref Khán, historia a *Sheref Khán Bidlísi*, *Mír Sheref* appellato, persice scripta. Volumen, in quo ille Emiros Curdorum eorumque judices in capitibus recenset, tum gentem Othmanicam et Sufos ad ordinem annorum usque ad annum seculi undecimi quintum enarrat. Historia *Sherefi Tebrízi*, Rumeliae inquilini, ut supra dictum est, notitias omnium continet pretiosissimas. Pari modo historia *Sherefi Yezdi*, quae, ut in antecedentibus videndum est, res a *Timúro* gestas tractat, magni est pretii. — 2236. Tewáríkh el-shoará, historiae poëtarum, quas infra vide sub *Tedzkiret*. — 2237. Taríkh el-shohúd we el-hokkám, historia syndicorum et judicum Baghdadensium. Opus magnum trium voluminum, auctore *Táj-ed-dín Ali Ben Anjeb Baghdádi*, anno 674 (inc. 27. Jun. 1275) mortuo. — 2238. Taríkh Shiráz, historia Shirazensis, auctoribus *Hibatallah Ben Abd-el-wárith Shirázi* et *Abu Abdallah Cassár*. — 2239. Taríkh Sadaca, historia, quam, ut supra memoratum est, *Sadaca Ben-elheddád* ad continuandam historiam *Thábiti* [*Ben Corra*] composuit. — 2240. Tewáríkh Saíd, historiae Aegypti superioris, quales sunt opus historicum, quod *Ali Ben Abd-el-azíz* Scriba edidit, porro *Táli' el-saíd*, in quo libro nomina virorum eruditorum Aegypti

صعيد وذكر اعيانها والمفيد فى اخبار صعيد والقعيد فى اخبار الصعيد يأتى كلّ منها

٢٢٤١ تأريخ صفد للقاضى شمس الدين العثمانى قاضى صفد قال ابن الحاجىّ لا ينبغى ان يعتمد على نقله لغفلة فيه ٢٢٤٢ تأريخ صفدى هو الوافى بالوفيات يأتى ٢٢٤٣ تأريخ صقليّة لابن قطاع على بن جعفر [بن على] الصقلى المتوفى سنة ٥١٥ [قال ابن شبيه وله كتاب الدرّة الخطيرة فى المجاز من شعرآء الجزيرة جزيرة صقليّة واورد فيه مأئة وسبعين شاعرًا انتهى] ولاى زيد الغمرى [المتوفى سنة] ٢٢٤٤ تأريخ صلاح الدين خليل بن محمد بن محمد الاقفهسى الحافظ المكثر ذكره ذكره ابن حجر فى اول انبآء الغمر ٢٢٤٥ تأريخ صنعآء لاسحق بن جرير الصنعانى ذكره الجندى وقال هو كتاب لطيف به فوآئد جمة ٢٢٤٦ تواريخ الصوفيّة مذكورة فى الطبقات ٢٢٤٧ تأريخ طاشكبرى زاده هو نوادر الاخبار يأتى فى النون ٢٢٤٨ تأريخ طاشكندى هو الحافظ محمد سبط على قوشجى الّفه فى خواقين الازبكيّة ٢٢٤٩ تأريخ طبرستان لخواجه على الرويانى وللسيد ظهير الدين ابن سيد نصير الدين المرعشى حفيد

---

superioris continentur ejusque viri nobilissimi commemorantur — *El-Mofíd fi akhbár Saíd* et *Caíd fi akhbár Saíd*, de quibus singulis deinceps sermo erit. — 2241. Taríkh Safed, historia urbis *Safed*, auctore Cádhi *Shems-ed-dín Othmáni*, illius urbis judice. Teste *Ibn-elhaji* iis, quae ibi tradita sunt, ob negligentiam conspicuam fidem habere non decet. — 2242. Taríkh Safedi, historia, *Wáfi bil wefayát* inscripta, auctore *Safedi*. Vide infra. — 2243. Taríkh Sickilliya, historia Siciliae, auctoribus *Ibn Cattá' Ali Ben Jafar* [*Ben Ali*] *Sickilli*, anno 515 (inc. 22. Mart. 1121) mortuo — [Idem, ut *Ibn Shohbeh* narrat, opus *El-Dorret El-Khatíret* de metaphoris, quibus poëtae insulae i. e. Siciliae usi sunt, edidit, in quo centum septuaginta poëtas recenset] et *Abu Zeid Ghomri* [anno ... mortuo]. — 2244. Taríkh Seláh-ed-dín, historia, auctore Háfitz *Seláh-ed-dín Khalíl Ben Mohammed Ben Mohammed Acfahesi*, saepius commemorato. Laudat eam *Ibn Hajr* initio operis *Inbá el-ghomr*. — 2245. Taríkh San'á', historia *San'á*ae, auctore *Is'hac Ben Jerír San'áni*. Laudat eam *Jondi* his verbis: Opus lepidum fructuosis notitiis repletum. — 2246. Taríkh Sufíya, historiae Suforum, quae in *Tabacát* laudabuntur. — 2247. Taríkh Táshköprízádeh, historia *Newádir el-akhbár* inscripta, auctore *Táshköprízádeh*. Videatur litera *Nún*. — 2248. Taríkh Táshkendi, historia, quam Háfitz *Mohammed*, *Alíi Cushji* nepos vulgo *Táshkendi* dictus de monasteriis *Uzbek*iticis composuit. — 2249. Taríkh Taberistán, historia Taberistanae, auctoribus *Khoja Ali Ruyáni* et *Seyyid Tzahír-ed-dín Ibn Seyyid Nasír-ed-dín Mer'ashi*,

قوام الدين وانتهى فيه الى سنة ٨٨١ ٢٢٥٠. تأريخ الطبرى هو الامام ابو جعفر محمد بن جرير المتوفى سنة ٣١٠ وهو من التواريخ المشهورة الجامعة لاخبار العالم ابتدأ من اول الخليقة وانتهى الى سنة ٣٠٩ وسمّاه تأريخ الامم والملوك وذكر ابن الجوزى انّه بسط الكلام فى الوقآئع بسطًا وجعله مجلّدات وانّ المشهور المتداول مختصر من الكبير وانّه هو العمدة فى هذا الفنّ ذكر ابن السبكى فى طبقاته انّ ابن جرير قال لاصحابه هل تنشطون لتأريخ العالم من آدم الى وقتنا هذا قالوا كم قدره فذكر انّه ثلثون الف ورقة فقالوا هذا ممّا يفنى الاعمار قبل اتمامه فقال انا لله ماتت الهمم فاختصره فى نحو ما اختصر التفسير انتهى ونقله ابو على محمد البلعمى من وزرآء السامانيّة الى الفارسيّة اوله الحمد لله العلى الاعلى الخ ذكر فيه انّ منصور بن نوح السامانى امر بترجمته لامينه وخاصّته الى الحسن سنة اثنتين وخمسين وثلثمأئة ونقله غيره الى التركيّة وهو المتداول بين عوامّ الروم والذيل عليه لابى محمد عبد الله

---

*Ckiwám-ed-dín*i nepote. Hic ad annum 881 (inc. 26. Apr. 1476) progressus est. — 2250. Taríkh El-Taberi, historia, *Taríkh el-omem we el-molúk* i. e. historia populorum et regum inscripta, auctore Imám *Abu Jafar Mohammed Ben Jerír*, vulgo *Taberi* dicto et anno 310 (inc. 1. Mai. 922) mortuo. Pertinet ad opera historica inclyta, quae res totius mundi complectuntur, auctorque ab initio rerum creatarum incipit et usque ad annum 309 (inc. 12. Mai. 921) pervenit. Teste *Ibn-eljauzi* admodum fuse res gestas tractat, opusque e pluribus voluminibus constare voluit. Liber autem celebratus et tritus epitome est ex majori confecta, quae in hoc scientiae genere primarium est subsidium. *Ibn Jerír*, ut *Ibn-elsobki* in suis *Tabacát* narrat, ex discipulis suis: Num lubenter animum ad historiam mundi ab Adamo inde usque ad hoc nostrum tempus applicaretis? quaesivit. Quantae molis illa esset? interrogantibus cum triginta foliorum millia eam comprehensuram esse respondisset, illi: Vita prius, aiunt, terminatur quam ejusmodi voluminis lectio. Tum: Deo res nostras commendamus, exclamavit, periere studia. Deinde historiam in epitomen ejusdem ambitus coëgit, quem epitomae commentarii coranici dederat. Haec ille. — Historiam *Abu Ali Mohammed Bela'mi* Samanidarum Wezírus persice vertit ita incipiens: Laus Deo Alto Excelsissimo etc., et interpretationem hanc *Mansúr Ben Núh Samani*da pro suo ministro primo et amico intimo *Abu'lhasan* anno 352 (inc. 30. Jan. 963) curari jussisse narrat. Alius quidam eandem in turcicam linguam transtulit, et haec translatio ubique Rumeliae in manibus populi versatur. *Abu Mohammed Abdallah*

ابن محمد الفرغانى وعرف هذا الذيل بالصلة وابى الحسن محمد بن عبد الملك [ابن ابرهيم ابن احمد] الهمدانى المتوفى سنة ٥٢١ ٢٢٥١ تأريخ الطحاوى هو ابو جعفر احمد بن محمد الحنفى المتوفى سنة ٣٢١ ٢٢٥٢ تأريخ طغلق شاه فارسى لمحمد صدر علمآء الملقّب بتاج رأيته فى مجلّد صغير الحجم لطيف الانشآء ٢٢٥٣ تأريخ عبد الباسط بن خليل الحنفى المتوفى فى حدود سنة ٩٢٠ رتّب على السنوات ٢٢٥٤ تأريخ عبد الله بن حسين القطربى ومحمد بن ابى الازهر اجتماعًا على تأليفه قاله ابن خلّكان ٢٢٥٥ تأريخ العتبى المسمّى باليمينى يأتى فى اليآء ٢٢٥٦ تواريخ العراق منها تأريخ عراق لابن القاطولى ولابن اسفنديار الواعظ وتأريخ عمّال الشرط لامرآء العراق للهيثم بن عدى [الطآئى المتوفى سنة ومأتين] ومنها تواريخ بغداد وتكريت وسامرا وانبار وكوفة وبصرة وغير ذلك ٢٢٥٧ تأريخ العزيزى لابن عنين محمد بن نصر [الله بن مكارم الاديب] الدمشقى الشاعر المتوفى سنة ٦٣٠ ٢٢٥٨ تأريخ العظيمى

Ben Mohammed Ferghání, cujus appendix nomine *Silet* insignita est, et *Abu'lhasan Mohammed Ben Abd-el-melek* [*Ben Ibrahim Ben Ahmed*] *Hemdáni*, anno 521 (inc. 17. Jan. 1127) defunctus, eam continuarunt. — 2251. Taríkh El-Teháwi, historia, auctore *Abu Jafar Ahmed Ben Mohammed* Hanefita, vulgo *Teháwi* dicto et anno 321 (inc. 1. Jan. 933) mortuo. — 2252. Taríkh Tughlac Sháh, historia persice scripta, auctore *Mohammed Sadr Olamá* (virorum doctorum principe), honorifice *Táj* cognominato. Vidi eam parvo quidem volumine, at lepido et ornatiore genere dicendi scriptam. — 2253. Taríkh Abd-el-básit, historia ad annorum ordinem digesta, auctore *Abd-el-básit Ben Khalíl* Hanefita, circa annum 920 (inc. 26. Febr. 1514) mortuo. — 2254. Taríkh, historia, ab *Abdallah Ben Hosein Cotrobi* et *Mohammed Ben Abi'lazhar*, teste *Ibn Khallekán*, conjunctim scripta. — 2255. Taríkh El-Otbi, historia *El-Yemíni* inscripta, auctore *Otbi*. Videatur infra in litera *Yá*. — 2256. Tewáríkh El-Irác, historiae Iracenses, quas plures scripserunt, ut *Ibn-elcátúli*, *Ibn Isfendiyár El-Wáïtz* et *Heithem Ben Adi* [*Táyi*, anno 201 (inc. 30. Jul. 816) mortuus], cujus opus, *Ommál el-shorat* inscriptum, de Emiris Iracensibus agit. Huc pertinent etiam historiae urbium *Baghdád*, *Tekrít*, *Sámarrá*, *Anbár*, *Kufa*, *Basra* et aliarum. — 2257. Taríkh El-Azízi, historia *Azízi*, auctore *Ibn Onein Mohammed Ben Nasr* [*Allah Ben Mekárim* Philologo] *Dimeshcki* Poëta, anno 630 (inc. 18. Oct. 1232) mortuo. — 2258. Taríkh El-Atzímí, historia ad ordinem annorum

هو ابو عبد الله محمد بن على رتّب على السنوات وله تأريخ حلب ايضا ٢٢٥٩ تأريخ علّائى
٢٢٦٠ تأريخ العينى كبير وهو عقد الجمان فى تأريخ اهل الزمان فى نحو عشرين مجلّدًا
وسيأتى وصغير وهو تأريخ البدر فى اوصاف اهل العصر فى نحو عشر مجلّدات وقد سبق
وله تأريخ مختصر فى ثلاث مجلّدات ذكره السخاوى ٢٢٦١ تأريخ غازان خان فارسى
لشمس الدين محمد الكاشى [المتوفى فى زمان السلطان ابى سعيد الجنكيزى فى حدود سنة ٩٣٠]
٢٢٦٢ تأريخ غربآء مصر يأتى ٢٢٦٣ تأريخ غرس النعمة ابى المحسن ابن الصابى
٢٢٦٤ تأريخ غرناطة المسمّى بالاحاطة سبق ٢٢٦٥ تأريخ فاس لابن عبد الكريم ولابن ابى زرع
٢٢٦٦ تأريخ فتوح يأتى فى الفآء ٢٢٦٧ تأريخ الفرس لبعض قدمآء اهل فارس وهو قد
كان معظّمًا عند العجم لما فيه من اخبار اسلافهم وسير ملوكهم وهو اصل الشهنامه وغيره ونقله
ابن المقنع من الفهلويّة الى العربيّة كما فى مروج الذهب ٢٢٦٨ تأريخ الفرغانى وهو ذيل تأريخ

---

٢٣٨٢ تبصرة فى آداب القضآء مجلّد للقاضى برهان الدين ابرهيم بن على بن [ابى القاسم محمد ابن] فرحون المالكى المدنى المتوفى سنة ٧٩٩ ذكر فيه شيئًا كثيرًا من فوآئد السبكى والبلقينى وفيه مسآئل غريبة [قال ابن حجر الحافظ كتابًا نفيسًا فى الاحكام انتهى] ٢٣٨٣ تبصرة فى اصول الفقه للشيخ ابى اسحق ابرهيم بن على الشيرازى الشافعى المتوفى سنة ٤٧٦ عليه شرح لابى الفتح عثمان ابن جنى [قلت هنا غلط لانّ ابن جنى توفى سنة ٣٩٢ وابو اسحق الشيرازى الشافعى صاحب تبصرة اصول الفقه كانت ولادته بعد وفات ابن جنى سنة وهى سنة ثلث وتسعين كما ذكره السبكى فى طبقاته فكيف يتصوّر الشرح وابن جنى على التبصرة انتهى] ٢٣٨٤ تبصرة فى الوسوسة للشيخ ابى محمد عبد الله بن يوسف الجوينى الشافعى المتوفى سنة ٤٣٨ وهو فى مجلّد غالبه فى العبادات ٢٣٨٥ تبصرة فى التفسير للشيخ الامام موفّق الدين ابى العباس احمد بن يوسف الكواشى الموصلى المتوفى سنة ٦٨٠ وهو تفسيره الكبير ثمّ لخّصه فى مجلّد وسمّاه التلخيص وسيأتى ٢٣٨٦ تبصرة فى النحو

2382. Tebsiret fi adáb el-cadhá, incitamentum ingenii. Volumen de regulis judici observandis, cui auctor Cádhi *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Ali Ben* [*Abi'lcásim Mohammed Ibn*] *Ferhún Medeni* Malikita, anno 799 (inc. 5. Oct. 1396) mortuus, haud exiguam partem eorum, quae *Sobki* et *Balckini* bene et scite monuerant, inseruit. Praeterea quaestiones insolitas continet, [et *Ibn Hajr* illud librum in causis forensibus pretiosum dicit]. — 2383. Tebsiret fi osúl el-fic'h, liber, in quo principia juris perspicue exponuntur, auctore Sheikh *Abu Is'hac Ibrahím Ben Ali Shirázi* Shafiita, anno 476 (inc. 21. Mai. 1083) mortuo. Commentarium in eum edidit *Abu'lfat'h Othmán Ibn Jinni*; [quod ex mea sententia perperam scriptum est. *Ibn Jinni* enim anno 392 (inc. 20. Nov. 1001) obiit, *Abu Is'hac Shirázi* Shafiita contra, auctor libri *Tebsiret osúl el-fic'h*, ut *Sobki* in suis *Tabacát* dicit, anno post mortem *Ibn Jinnii* i. e. anno 393 (inc. 10. Nov. 1002) natus est. Quomodo igitur *Ibn Jinni* opus *Tebsiret* commentatum esse fingi potest?]. — 2384. Tebsiret fi el-waswaset, liber, in quo inspirationes diaboli perspicue exponuntur, auctore Sheikh *Abu Mohammed Abdallah Ben Yusuf Joweini* Shafiita, anno 438 (inc. 8. Jul. 1046) mortuo. Volumen, cujus maxima pars officia cultus divini tractat. — 2385. Tebsiret fi el-tefsír, liber expositionem Corani perspicuam continens, auctore Sheikh et Imám *Mowaffic-ed-dín Abu'labbás Ahmed Ben Yusuf Kowáshi Mausili*, anno 680 (inc. 22. Apr. 1281) mortuo. Hic est major ejus commentarius, cujus potiora postea in volumine *Telkhís* inscripto et infra commemorando excerpsit. — 2386. Tebsiret fi el-nahw, liber, in quo de

للشيخ ابى محمد عبد الله بن على الصيمرى [قال السيوطى كتاب جليل اكثر ما يشتغل به اهل المغرب واكثر ابو حيان النقل عنه] عليه نكت لابرهيم بن محمد المعروف بابن ملكون الاشبيلى المتوفى سنة ٥٨٤ ٢٣٨٧ تبصرة ابن الجوزى ٢٣٨٨ تبصير الرحمن وتيسير المنان بعض ما يشير الى اعجاز القرآن فى التفسير للشيخ زين الدين على بن احمد بن على بن احمد الاموى الحنبلى المتوفى سنة ٧١٠ وهو تفسير ممزوج متوسّط فى مجلّد اوله الحمد لله الذى انار بكماله الخ ٢٣٨٩ تبصير المتنبّه فى تحرير المشتبه اى مشتبه الاسمآء والنسبة مجلّد للحافظ شهاب الدين ابى الفضل احمد بن على ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ اوله الحمد لله جامع الناس ليوم لا ريب فيه الخ ذكر فيه انّ كتاب المشتبه للذهبى لمّا كان فيه اعواز من جهة عدم ضبطه لانّه احال فى ذلك على ضبط القلم ومن جهة اجحافه فى الاختصار اراد اختصار ما اسهب وبسط ما اجحف فضبط المشتبه بالحروف وميّز زيادته

---

grammatica clare exponitur, auctore Sheikh *Abu Mohammed Abdallah Ben Ali Seimeri.* [Liber est, teste *Soyúti*, magni pretii, quo potissimum viri Occidentis docti occupati sunt, et *Abu Hayyán* multa ex eo depromsit]. Subtilem annotationem in eum edidit *Ibrahím Ben Mohammed Ishbili*, vulgo *Ibn Malkún* dictus et anno 584 (inc. 2. Mart. 1188) defunctus. — 2387. Tebsiret, liber expositionis, auctore *Ibn-eljauzi*. — 2388. Tebsír el-rahmán we Teisír el-mennán, commentarius Corani, quo Deus misericors et benignus faciliorem rerum nonnullarum intelligentiam aperit, quae praestantiam miram dictionis coranicae demonstrant, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Ali Ben Ahmed Ben Ali Ben Ahmed Omawi* Hanbalita, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuo. Commentarius est intermedius et uno volumine constans, qui textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui perfectione sua splendet etc. — 2389. Tebsír el-motenebbih, liber, quo attentus ad cogitandum excitatur, de rebus ambiguis i. e. ambiguis nominibus et genealogiis corrigendis emendandisque, auctore Háfitz *Sheháb-ed-dín Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. Volumen ita incipiens: Laus Deo, qui homines die, de quo non dubitatur, congregat etc., in quo: In opere *Moshtebih*, inquit, a *Dzehebi* composito cum ob orthographiam nominum neglectam, quoniam auctor in ejusmodi rebus se totum fortuitae calami orthographiae commiserit, et ob nimium brevitatis studium multa desiderarentur, se ea, in quibus nimis longus fuerit, in angustum contrahere, et ubi brevitati nimis studuerit, ibi de re uberius disputare voluisse. Hanc ob caussam nomina ambigua tota literis descripsit, et quae ipse

بقلت وانتهى بلا تغيير فى ترتيبه سوى تقديم الاسمآء وتأخير الانساب .٢٣٩٠ تبصير فى الدين وتمييز الفرقة الناجية عن الفرق الهالكين للشيخ الامام ابى المظفر طاهر بن محمد الاسفرآئنى ويقال له شهفور بن طاهر الشافعى [ابو المظفر المتوفى سنة ٤٧١] وهو مجلّد صغير مشتمل على خمسة عشر بابًا اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ ٢٣٩١ تبصير للبسطامى

٢٣٩٢ تبيان اعيان الخلف فى بيان ايمان السلف لمنصور بن الحسن بن على القادرى اوله الحمد لله الذى اوجب الايمان الخ ٢٣٩٣ تبيان نهجة المرتاض وبيان لهجة الفراض للشيخ زين الدين سريجا بن محمد الملطى المتوفى سنة ٧٨٨ ٢٣٩٤ تبيان الوهم والتغليط الواقع فى حديث الاطيط للحافظ ابى القاسم على بن الحسن ابن عساكر الدمشقى المتوفى سنة ٥٧١ وهو رسالة فى جزء ردّ فيه الحديث الذى اخرجه ابو داود وهو انّ اعرابيًّا اتى النبى صلعم فاستشفع للمطر وفيه لفظ اطيط الرحل بالراكب ذكره ابن كثير ٢٣٩٥ تبيان فى آداب

---

addidit, verbis „dico“ et „finis“ distinxit, sine ulla dispositionis mutatione, si illud excipis, quod nomina genealogiis praemisit. — 2390. Tebsír fi el-dín, incitamentum ad cogitationem de vera religione et distinctio sectae servatae a sectis perditis, auctore Sheikh et Imám *Abu'lmotzaffer Táhir Ben Mohammed Asferáïni*, vel, ut alii volunt, *Shahfúr Ben Táhir* Shafiita [*Abu'lmotzaffer*, anno 471 (inc. 14. Jul. 1078) mortuo]. Volumen parvum quindecim capita comprehendens et ita incipiens: Laus Deo, mundorum domino etc. — 2391. Tebsír, liber expositionis, auctore *Bistámi*. — 2392. Tibyán a'yán el-khalaf, institutio clara virorum spectatorum e posteris, de fide majorum exponenda, auctore *Mansúr Ben-elhasan Ben Ali Cádiri*. Incipit ita: Laus Deo, qui fidem reddidit obligatoriam etc. — 2393. Tibyán nahjet el-mortádh, demonstratio viae edocti et expositio linguae sancientium, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Serija Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 2394. Tibyán el-wahm, expositio opinionis falsae et accusatio erroris in traditione de stridore (*atíl*) sellae camelinae commissi, auctore Háfitz *Abu'lcásim Ali Ben-elhasan Ibn Asákir Dimeshcki*, anno 571 (inc. 22. Jul. 1175) mortuo. Tractatus e fasciculo (*Juz'*) constans, in quo auctor, ut *Ibn Kethír* rem narrat, traditionem refutat, quam *Abu Dawud* primus produxerat, Arabem Nomada ad prophetam venisse rogatum, ut pluviam deprecaretur; atque in hac traditione stridor sellae camelinae cum inequitante commemoratur. — 2395. Tibyán fi adáb

حملة القرآن للامام محيى الدين يحيى بن شرف النووى الشافعى المتوفى سنة ٦٧٦ مختصر اوله الحمد لله الكريم المنان الخ مرتّب على عشرة ابواب ١ فى فضيلة تلاوته وحملة ٢ فى ترجيح القرآن والقارى ٣ فى اكرام اهل القرآن ٤ فى آداب المعلّم والمتعلّم ٥ فى آداب حامل القرآن ٦ فى آداب القرآة ٧ فى آداب الناس معه ٨ فى الآيات والسور المستحبّة فى بعض الاوقات ٩ فى كتابة القرآن واكرام المصحف ١٠ فى ضبط الفاظ الكتاب وفى ضمن الابواب جمل من الفوآئد ثمّ اختصره وسمّاه مختار التبيان وللشيخ محمد بن محمد بن ابى سعيد الايجى ترجمة هذا الكتاب بالفارسيّة سمّاها حديقة البيان ١٣٩٩ تبيان فى المعانى والبيان للعلّامة شرف الدين حسين بن محمد الطيّبى المتوفى سنة ٧٤٣ وهو مختصر مشهور اوله الحمد لله الذى اشرقت سنآء محامده الخ ثمّ شرحه تلميذه على بن عيسى وسمّاه حدآئق البيان وهو شرح بالقول اوله الحمد لله الذى وفقنا لاقامة البرهان الخ ذكر فيه انّه لمّا رآه سارع الى

---

hamalet El-Cor'an, expositio regularum iis, qui Coranum memoria tenent, observandarum, auctore Imám *Mohyi-ed-dín Yahya Ben Sheref Newewi* Shafiita, anno 676 (inc. 4. Jun. 1277) mortuo. Compendium, quod a verbis incipit: Laus Deo generoso, benigno etc., et in decem capita divisum est — de merito Coranum recitandi et memoria tenendi — de Corano ejusque lectore praeferendo — de asseclis Corani honorandis — de regulis docenti et discenti observandis — de regulis ei, qui Coranum memoriter tenet, observandis — de regulis in Corano recte legendo observandis — de regulis hominibus in tractando Corano observandis — de versibus et Suratis Corani, quae certis temporibus exaudiuntur — de Corano describendo et codice honorando — de verborum Corani orthographia — unde vides, haec capita multa scitu necessaria et utilia continere. Postea librum in epitomen coëgit *Mokhtár el-tibyán* inscriptam, et Sheikh *Mohammed Ben Mohammed Ben Abi Saíd Iji* eum persice vertit, interpretationemque titulo *Hadíckat el-beyán* insignivit. — 2396. Tibyán fi el-meáni we el-beyán, institutio de doctrina sententiarum et expositionis, auctore viro eruditissimo *Sheref-ed-dín Hosein Ben Mohammed Tayyibi*, anno 743 (inc. 6. Jun. 1342) mortuo. Compendium notissimum ita incipiens: Laus Deo, cujus virtutes laudabiles et sublimes splendent etc., quod serius ejus discipulus *Ali Ben Isa* commentatus est ita, ut ea tantum textus verba adderet, quae exposuit, commentariumque *Hedáïc el-beyán* inscripsit. Incipit hic ita: Laus Deo, qui nos ad argumentum stabiliendum disposuit etc., et auctor in eo narrat, se, ubi illud compendium viderit, ad ejus auctorem advolasse,

مصنّفه وابتدأ بقرآءة ذلك الكتاب عليه وبذل مجهوده فى تحصيل المراد منه ومن مصنّفاته برعة من الدهر ثمّ خطر ببالة ان يكتب ما يتعلّق بحلّ مشكلاته ممّا استفاد من المصنّف وما كتبه على حواشى الكتاب فعاق الزمان الى ان امره استاذه بمثل ما وقع فى خاطره فامتثل وفرغ فى اواخر شوال سنة ٧٠٦ ٢٣٩٧ تبيان فى اعراب القرآن لابى البقآء عبد الله بن حسين العكبرى المتوفى سنة ٦١٦ مجلّد اوله الحمد لله الذى وفقنا لحفظ كتابه الخ ٢٣٩٨ تبيان فى تفسير القرآن لخضر بن عبد الرحمن الازدى المتوفى سنة ٧٧٣ ٢٣٩٩ تبيان فى علم البيان للشيخ عبد الواحد بن عبد الكريم المعروف بابن الزملكانى المتوفى سنة ٦٥١ مختصر وعليه كتاب للشيخ ابى المطرب احمد بن عبد الله المخزومى سمّاه التنبيهات على ما فى التبيان من التمويهات ٢٤٠٠ تبيان فى مبهمات القرآن لابن جماعة ٢٤٠١ تبيان فى اقسام القرآن لشمس الدين محمد بن ابى بكر المعروف بابن قيّم الجوزية الدمشقى المتوفى سنة ٧٥١

---

huncque librum coram eo legere incepisse, et per longum temporis spatium summum studium ad ea perspicienda contulisse, quae auctor in hoc ceterisque suis operibus sibi voluerit. Postea vero sibi in mentem venisse ea conscribere, quae ad difficultates libri explicandas pertinerent, ita ut ea, quae ab auctore ipso didicisset, et quae ad marginem libri scripsisset, summam commentarii faceret. Tempore tamen impeditum se incepto destitisse, donec praeceptor sibi idem, quod apud animum suum statuerit, facere mandaverit. Fecit igitur imperata et opus fine mensis Shewwál anni 706 (inc. 13. Jul. 1306) absolvit. — 2397. Tibyán fi iráb El-Cor'an, expositio clara de analysi Corani grammatica, auctore *Abu'lbecá Abdallah Ben Hosein Ocberi*, anno 616 (inc. 19. Mart. 1219) mortuo. Volumen ita incipiens: Laus Deo, qui nos ad librum suum memoriae mandandum disposuit etc. — 2398. Tibyán fi tefsír El-Cor'an, expositio perspicua. Commentarius Corani, auctore *Khidhr Ben Abd-el-rahman Azdi*, anno 773 (inc. 15. Jul. 1371) mortuo. — 2399. Tibyán fi ilm el-beyán, demonstratio de doctrina expositionis, auctore Sheikh *Abd-el-wáhid Ben Abd-el-kerím*, vulgo *Ibn-elzamlekáni* dicto et anno 651 (inc. 3. Mart. 1253) mortuo. Compendium, de quo Sheikh *Abu'lmotrib Ahmed Ben Abdallah Makhzúmi* librum, *Tenbihát alá má fi El-Tibyán min el-temwihát* inscriptum, composuit. — 2400. Tibyán fi mobhimát El-Cor'an, expositio de rebus, quae in Corano incertae significationis sunt, auctore *Ibn Jemáa*. — 2401. Tibyán fi acsám El-Cor'an, expositio de juribus jurandis in Corano obviis, auctore *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abi Bekr Dimeshcki*, vulgo *Ibn Cayyim-eljauzíyet* dicto et anno 751 (inc. 11. Mart. 1350) mortuo.

وهو فى مجلّد جمع فيه ما ورد بمعنى القسم والايمان وذكر الكلام عليها اوله لحمد لله ربّ العالمين الخ ٢٤٠٢ تبيان فى مسآئل القرآن لابى لخير احمد بن اسمعيل الطالقانى المتوفى سنة ٥٩٠ [قال السبكى هو جزء لطيف فى الردّ على لحلوليّة والجهميّة القآئلين بخلق القرآن] ٢٤٠٣ تبيان فى متشابه القرآن مختصر على ترتيب السور اوله لحمد لله الذى جعل لحمد لكتابه الخ ذكر كلّ آية شابه بعضها بعضًا وعين سورته ٢٤٠٤ تبيان فى احوال البلدان لاحمد ابن ابى عبد الله ٢٤٠٥ تبيان فى اخبار بغداد لاحمد بن محمد بن خالد البرقى الكاتب ٢٤٠٦ تبيان بشرح الكلمات المنتظم فى سلك الادوات لابى سعيد محمد بن على العراقى المتوفى تقريبًا سنة ٥١٠ ٢٤٠٧ تبييض الصحيفة بمناقب الامام ابى حنيفة جزء للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ٢٤٠٨ تبيين الامر القديم المروى فى تعيين القبر الكريم الموسوى لتاج الدين عبد الرحمن بن ابرهيم الفزارى

Volumen, in quo omnes locos collegit, qui in Corano sensum juris jurandi et sacramenti admittunt, et quae de iis disputata sunt, commemorat. Incipit ita: Laus Deo mundorum domino etc. — 2402. Tibyán fi mesáïl El-Cor'an, expositio. Quaestiones coranicae, auctore *Abu'lkheir Ahmed Ben Ismaíl Tálecáni*, anno 590 (inc. 27. Dec. 1193) mortuo. [Teste *Sobki* quaternio est eleganter scriptus ad sectam *Halúl*itarum et *Jehem*itarum refutandam, qui Coranum creatum esse contendunt]. — 2403. Tibyán fi moteshábih El-Cor'an, expositio de locis Corani analogis. Compendium ad ordinem Suratarum dispositum et ita incipiens: Laus Deo, qui laudem suo libro fecit etc., in quo auctor omnes versus profert, in quibus pars parti similis et analoga est, Suratamque versuum accurate indicat. — 2404. Tibyán fi ahwál el-boldán, expositio de conditione tractuum, auctore *Ahmed Ben Abi Abdallah*. — 2405. Tibyán fi akhbár Baghdád, expositio. Historia Baghdadensis, auctore *Ahmed Ben Mohammed Ben Khálid Barcki* Scriba. — 2406. Tibyán bi sharh el-kelimát, expositio per commentarium verborum, quae particularum lino deinceps alligata sunt, auctore *Abu Saíd Mohammed Ben Ali Irácki*, circa annum 510 (inc. 16. Maj. 1116) mortuo. — 2407. Tebyídh el-sahífet, charta, in qua virtutes Imámi *Abu Hanífa* nitidius exscriptae sunt. Quaternio, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 2408. Tebyín el-amr el-cadím, expositio mandati aeterni traditi de designando sepulchro Mosis nobili, auctore *Táj-ed-dín Abd-el-rahman Ben Ibrahím Fezári*

[الفركاح فقيه الشام المتوفى سنة ٦٩٠] وهو جزء اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ ١٤٠٩ تبيين الحقآئق فى سرّ كنز الدقآئق يأتى فى الكاف ١٤١٠ تبيين كذب المفترى فيما نسب الى ابى الحسن الاشعرى للامام الحافظ ابى القاسم على بن حسن ابن عساكر الدمشقى المتوفى سنة ٥٧١ قال ابن السبكى وهو من اجلّ الكتب فآئدة فيقال كلّ سنى لا يكون عنده ذلك الكتاب فليس من نفسه على بصيرة ولا يكون الفقيه شافعيًّا على الحقيقة حتى يحصل له ذلك وكان مشايخنا يأمرون الطلبة بالنظر فيه انتهى واختصر الامام عبد الله ابن سعد اليافعى الشافعى ١٤١١ تبيين المحارم للشيخ سنان الدين يوسف الاماسى الواعظ الحنفى نزيل مكة المتوفى بها فى حدود سنة ...١ وهو مختصر اوله الحمد لله الذى انزل علينا كتابًا احكمت آياته الخ رتّب على ثمانية وتسعين بابًا على ترتيب ما وقع فى القرآن من الآيات التى تدلّ على حرمة شىء فى فتوى الفقهآء وفرغ من تأليفه فى رابع رجب سنة ٩٨٠ ١٤١٢ تبيين معادن المعانى لمن الى تبيينها دعانى وهو مختصر فى معانى القرآن الكريم على مقدّمة ومقاصد

[*Firkáh* Syriae Jurisconsulto, anno 690 (inc. 4. Jan. 1291) mortuo]. Quaternio ita incipiens: Laus Deo mundorum domino etc. — 2409. Tebyín el-hecáïc, expositio veritatum de libro *Konz el-decáïc*, de quo in litera *Káf* videatur. — 2410. Tebyín kidzb el-mufteri, expositio mendaciorum inficiantis de iis, quae *Abu'lhasano Ash'ari* attributa sunt, auctore Imám Háfitz *Abu'lcásim Ali Ben Hasan Ibn Asákir Dimeshcki*, anno 571 (inc. 22. Jul. 1175) mortuo. Teste *Ibn-elsobki* hic liber utilitate ceteris praestat, ita ut dici soleat: Optimus quisque, qui hunc librum non possidet, se ipsum haud diligenter curat, neque jurisconsultus probus et verus Shafiita esse potest, donec illum sibi comparet; quam ob caussam et doctores nostri studiosos in eo haerere jubere solebant. — Haec ille. — Imám *Abdallah Ibn Sa'd Yáfi* Shafiita illum in epitomen coegit. — 2411. Tebyín el-mehárim, expositio rerum illicitarum, auctore Sheikh *Sinán-ed-dín Yusuf Amási* Concionatore Hanefita, Mekkae inquilino ibique circa annum 1000 (inc. 9. Oct. 1591) mortuo. Compendium ita incipit: Laus Deo, qui nobis librum revelavit, cujus versus perspicui sunt etc., et in nonaginta octo capita dispositum est ad ordinem versuum in Corano obviorum, qui rem in decreto Jurisconsultorum prohibitam probant. *Amási* opus quarto die mensis Rejeb anni 980 (inc. 14. Mai. 1572) ad finem perduxit. — 2412. Tebyín meádin el-meáni, exploratio fodinarum sententiarum in commodum ejus, qui me ad eas explorandas appellavit. Compendium de sententiis Corani generosi in

وخاتمة اوله الحمد لله مبشر من صدق بالحسنى الخ ٢٤١٣ تبيين النصوص فى العروض لحجة الدين عيسى بن [المعفى بن مسلمة] النحوى المتوفى سنة ٦٥٠ ٢٤١٤ تبيين فى المعانى والبيان ليوسف بن حسين الكرماستى المتوفى سنة ٩٠٦ رتّب على مقدّمة وفنّين وخاتمة ثمّ شرحه وسمّاه التبيان ثمّ اخذ صفوته وسمّاه المنتخب ٢٤١٥ تبيين فى انساب القرشيين للشيخ موفق الدين عبد الله بن محمد بن قدامة المقدسى الحنبلى المتوفى سنة ٦٢٠ اوله الحمد لله الملك الديّان الخ ذكر فيه نسب رسول الله صلعم واقاربه من اصحابه وشيئًا من اخبارهم وبعض من اشهر من اولادهم واولاد اولادهم ٢٤١٦ تبيين عن مناقب من عرف بقرطبة من التابعين والعلمآء الصالحين لقاسم بن محمد القرطبى المتوفى سنة ٦٤٣ وهو فى مجلّد ومختصره فى جزء ٢٤١٧ تبيين فى اسمآء المدلّسين للشيخ برهان الدين ابرهيم بن محمد بن خليل سبط ابن العجمى الحلبى [المعروف بالقوف] المتوفى سنة ٨٤١ لخّصه من

---

praefationem, *Mecásid* (consilia) et conclusionem divisum et ita incipiens: Laus Deo, qui paradisum iis annunciat, qui sincere agunt etc. — 2413. Tebyín el-nosús, explicatio sanctionum de prosodia, auctore *Hojjet-ed-dín Isa Ben-* [*elmoaffi Ben Maslama*] Grammatico, anno 650 (inc. 14. Mart. 1252) mortuo. — 2414. Tebyín fi el-meáni we el-beyán, demonstratio de sententiis et expositione, auctore *Yusuf Ben Hosein Kermáseti*, anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuo. Opus dispositum est in praefationem, duo *Fenn*, et conclusionem, illudque postea auctor commentatus est, et commentarium *Tibyán* inscripsit. Deinde potiora libri elegit, epitomenque nomine *Muntekhab* insignivit. — 2415. Tebyín fi ansáb El-Coreshiyín, explicatio de genealogiis Coreishidarum, auctore Sheikh *Mowaffic-ed-dín Abdallah Ben Mohammed Ben Codáma Mocaddesi* Hanbalita, anno 620 (inc. 4. Febr. 1223) mortuo. Opus incipit ita: Laus Deo regi pensatori boni malique etc., et auctor in eo prophetae et eorum, qui ex cognatis eum sequebantur, genealogiam, nonnulla, quae ad horum historiam pertinent, et aliquot nepotes et pronepotes, qui gloria floruerunt, commemorat. — 2416. Tebyín, expositio. Volumen de virtutibus sociorum prophetae juniorum (*Tábiín*) et virorum doctorum sanctorum, auctore *Cásim Ben Mohammed Cortubi*, anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuo. Ejus epitome e fasciculo quinque foliorum constat. — 2417. Tebyín fi asmá el-modallisín, expositio nominum eorum, qui in afferendis traditionum testimoniis haud satis accurate versati sunt. Sheikh *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Mohammed Ben Khalíl Sibt Ibn-elajemi Halebi* [vulgo *Cúf* dictus et] anno 841 (inc. 5. Jul. 1437) mortuus, hoc opus potiorem

كتاب المراسيل للعلائى وزاد عليه ٢٤١٨ تبيين فى شرح المنتخب فى الاصول يأتى فى الميم ٢٤١٩ تتمّة الابانة فى الفروع مرّ ذكره فى الالف ٢٤٢٠. تتمّة الحرز من قرّأ ائمّة الكنز للشيخ ابى محمد قاسم بن فيره الشاطبى المتوفى سنة ٥٩٠ وهى قصيدة كالشاطبيّة فى رواة القرآات السبع وللشيخ محمد العمرى قصيدة نظيرة فى البحر والقافية لكنّها طويلة مشتملة على القرآات الثلث ثمّ شرحها وفرغ عنها فى ذى الحجّة سنة ٩٢٠ ٢٤٢١ تتمّة الغريبين يأتى فى الغين المعجمة ٢٤٢٢ تتمّة معرفة الصحابة يأتى فى الميم ٢٤٢٣ تتمّة الفتاوى للامام برهان الدين محمود بن احمد بن عبد العزيز الحنفى صاحب المحيط قال هذا كتاب جمع فيه صدر الشهيد حسام الدين ما وقع اليه من الحوادث والواقعات وضمّ اليها ما فى الكتب من المشكلات واختار فى كلّ مسئلة فيها روايات مختلفة واقاويل متباينة ما هو اشبه بالاصول غير انّه لم يرتّب المسآئل ترتيبًا وبعد ما اكرم بالشهادة قام واحد من الاحدوثة ترتيبها وتبويبها

---

partem e libro *Merásil*, ab *Aláï* edito et propriis additamentis aucto excerpsit. — 2418. Tebyín fi sharh El-Muntekhab, expositio. Commentarius libri *Muntekhab* de principiis, de quo litera *Mím* videatur. — 2419. Tatammat el-ibánat, supplementum operis *Ibánat* de partibus juris specialibus. Videatur supra litera *Elif*. — 2420. Tatammat el-hirz, complementum *Casidae Hirz* per lectores Imámos libri *Konz*, auctore Sheikh *Abu Mohammed Cásim Ben Firroh Shátibi*, anno 590 (inc. 27. Dec. 1193) mortuo. *Casída Shátibíyae* similis de septem recensionum coranicarum relatoribus. Sheikh *Mohammed Omari Casída*m huic ex metro et rhythmo similem edidit, attamen longa est et tres Corani recensiones continet. Postea eam commentatus est et mense Dzu'lhijjet anni 920 (inc. 26. Febr. 1514) absolvit. — 2421. Tatammat El-Gharíbein, complementum operis *El-Gharíbein* i. e. de verbis in Corano et Sunna inusitatis. Videatur *Ghaïn*. — 2422. Tatammat ma'rifet el-sehábet, complementum cognitionis sociorum prophetae. Videatur litera *Mím*. — 2423. Tatammat el-fetáwi, complementum decretorum juridicorum. Opus ab Imám *Borhán-ed-dín Mahmúd Ben Ahmed Ben Abd-el-azíz* Hanefita, auctore libri *Mohít* editum. In hoc libro, ait, *Sadr El-Shehíd Hosám-ed-dín* eventus et casus, quos expertus erat, collegit, iisque difficiliora e libris adjecit, et de quavis quaestione in illis obvia traditiones varias et dicta discrepantia, quae vera principia esse videbantur, prae ceteris elegit, nisi quod quaestiones in ordinem non disposuit. Cum vero mortem martyris honorificam subiisset, unus recentiorum illas disponendas et capitibus ordinandas suscepit, fundamentumque

وبنى لها اساسًا وجعلها انواعًا واجناسًا ثمّ انّ العبد الراجى محمود بن احمد بن عبد العزيز زاد على كلّ جنس ما يجانسه وذيّل على كلّ نوع ما يضاهيه انتهى ٢٤٢٤ تتمّة فى النحو ٢٤٢٥ تتميم المستصفى يأتى فى الميم ٢٤٢٦ التثبيت عند التبييت ارجوزة للسيوطى ذكر فيها فتنة القبور وما يتعلّق بها فى مأئة وثلثة وسبعين بيتًا [وشرحها حسام الدين حسين بن ابرهيم بن خليل اللغوى اوله الحمد لله الملك القوى العزيز الخ وللشيخ احمد بن خليل السبكى الشافعى المتوفى سنة سبع وثلاثين بعد الالف شرحان سمّى احدهما بفتح المقيت فى شرح التثبيت والآخر سمّاه بفتح الغفور بشرح منظومة القبور وشرح بالمزج اوله الحمد لله الباقى بعد فنآء خلقه الخ] ٢٤٢٧ تثبيت فى الكلام للامام حسام الدين الاولوى الخلوتى ٢٤٢٨ تثقيف الاسل فى تفصيل العسل لمجد الدين محمد بن يعقوب الفيروزابادى المتوفى سنة ٨١٧ ٢٤٢٩ تثقيف اللسان لابن قطاع [على بن جعفر السعدى] الصقلى [المتوفى سنة ٥١٠]

---

iis substruxit et in species et genera eas distribuit. Postea *El-Abd El-Ráji* (i. e. servus sperans, auctor libri) *Mahmúd Ben Ahmed Ben Abd-el-azíz* singulis generibus addidit, quae ejusdem generis erant, et cuivis speciei, quae ei similia erant, appendicis loco subnexuit. — Haec ille. — 2424. Tatammat, complementum grammaticum. — 2425. Tetmím el-mustasfa, supplementum operis *El-Mustasfa*, de quo litera *Mím* videatur. — 2426. El-Tethbít inda el-tebyít, confirmatio in confabulationibus nocturnis. Poema metro *Rejez* compositum et centum septuaginta tribus versibus constans, in quo *Soyúti* calamitatem sepulchrorum et quae ad haec pertinent, describit. [*Hosám-ed-dín Hosein Ben Ibrahím Ben Khalíl* Lexicologus illud commentatus est, et commentarius incipit ita: Laus Deo regi forti et potenti etc. Sheikh *Ahmed Ben Khalíl Sobki* Shafiita, anno 1037 (inc. 2. Sept. 1627) mortuus, duos illius carminis commentarios edidit, quorum prior *Fat'h el-mockít fi sharh El-Tethbít*, posterior *Fat'h el-ghafúr bi sharh Mantzúmet el-cobúr* inscriptus est. Hic textum habet admixtum, et incipit ita: Laus Deo, qui post interitum rerum a se creatarum manet etc]. — 2427. Tethbít fi el-kelám, confirmatio de metaphysica, auctore Imám *Hosám-ed-dín Uluwi Khalaweti*. — 2428. Tethckíf el-asal, directio cuspidis de praeferendo melle, auctore *Majd-ed-dín Mohammed Ben Yacúb Firúzábádi*, anno 817 (inc. 23 Mart. 1414) mortuo. — 2429. Tethckíf el-lisán, directio linguae, auctore *Ibn-elcattá'* [*Ali Ben Ja'far Sa'di*] *Sickilli*, [anno 510 (inc. 16. Mai.

٢٤٣٠. تجارب الامم وتعاقب الهمم فى التأريخ لابى على احمد بن [محمد بن] مسكويه [المتوفى سنة ٤٢١] وهو كتاب عظيم النفع ذيّله ابو شجاع محمد بن الحسين وزير المستظهر المتوفى سنة ٤٨٨ ومحمد بن عبد الملك الهمدانى ٢٤٣١. تجارب الانسان تركى للواحدى الرومى جمع فيه كلمات الاكابر والاشعار والآثار ٢٤٣٢. تجارب السلف لهندوشاه بن سنجر آلفه لنصر الدين احمد بن الفضلوى المتوفى فى حدود سنة ٧٣٠ ٢٤٣٣. تجارب العرب فى الرمل ٢٤٣٤. التجآئر المربحة والمساعى المنجحة للشيخ اسامة بن مرشد بن على الكنانى ٢٤٣٥. التجاريح فى فوآئد متعلّقة باحاديث المصابيح يأتى ٢٤٣٦. التجرّد والاهتمام بجمع فتاوى الوالد شيخ الاسلام للقاضى علم الدين صالح بن عمر البلقينى الشافعى [المتوفى سنة ٨٦٨] جمع فيه فتاوى والده السراج البلقينى ورتّب على ابواب الفقه اوله امّا بعد حمد الله مانح الفضل والاحسان الخ وفرغ فى شعبان سنة ٨٣٠ ٢٤٣٧. تجريد الاصول فى احاديث

1116) mortuo]. — 2430. Tejárib el-omem, experientiae populorum et studia animorum, auctore *Abu Ali Ahmed Ben* [*Mohammed Ben*] *Miskaweih*, [anno 421 (inc. 9. Jan. 1030) mortuo]. Liber historicus magnae utilitatis, quem *Abu Shojá' Mohammed Ben-elhosein*, Wezirus *Mostatzhir*i anno 488 (inc. 11. Jan. 1095) mortuus, et *Mohammed Ben Abd-el-melik Hemdáni* continuarunt. — 2431. Tejárib el-insán, experientiae hominis. Opus turcicum, in quo *Wáhidi Rumi* dicta magnorum virorum, poëmata et traditiones collegit. — 2432. Tejárib el-selef, experientiae majorum. *Hindúsháh Ben Senjar* hunc librum *Nasr-ed-dín*o *Ahmed Ben-elfedhlewi*, circa annum 730 (inc. 25. Oct. 1329) mortuo, composuit. — 2433. Tejárib El-Arab, experientiae Arabum de arte, ex figuris in arena descriptis interrogantibus respondendi. — 2434. El-Tejáïr el-morbehet, mercedes lucrosae et studia prospere cedentia, auctore Sheikh *Osáma Ben Murshid Ben Ali Kitábi*. — 2435. El-Tejárih, improbationes de observationibus utilibus, quae traditiones operis *Mesábih* spectant. Videatur infra. — 2436. El-Tajarrod we El-Ihtimám, studium assiduum et cura sedula in decretis juridicis patris *Sheikh-elislám* colligendis, auctore Cádhi *Ilm-ed-dín Sálih Ben Omar Balckíni* Shafiita, [anno 868 (inc. 15. Sept. 1463) mortuo]. Collegit hic decreta juridica patris sui *Siráj-ed-dín Balckíni*, eaque secundum capita juris disposuit. Opus, quod ita incipit: Praemissis praemittendis. Laudetur Deus, bonorum et beneficiorum largitor etc., mense Sha'bán anni 830 (inc. 2. Nov. 1426) absolvit. — 2437. Tejríd el-osúl, clara expositio principiorum,

الرسول للشيخ الامام شرف الدين ابى القاسم هبة الله بن [عبد الرحيم بن] البارزى الجهنى الشافعى [المتوفى سنة ٧٣٨] جرّد فيه جامع الاصول لابن اثير وسيأتى ٢٤٣٨ تجريد الايضاح سبق ذكره ٢٤٣٩ تجريد الجدل لابى القاسم [عبد الله بن] احمد بن عبد الله [الكعبى] البلخى [رئيس المعتزلة] المتوفى سنة ٣١٩ ٢٤٤٠ تجريد الاوامر والنواهى من الكتب الستة للشيخ ابى بكر بن ابى المجد الحنبلى المتوفى سنة ٨٠٤ ٢٤٤١ تجريد البرهانى فى فروع الحنفيّة ٢٤٤٢ تجريد التفسير من صحيح البخارى على ترتيب السور للحافظ شهاب الدين احمد بن على ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ ٢٤٤٣ تجريد التوحيد للشيخ تقى الدين احمد ابن على المقريزى المتوفى سنة ٨٤٥ ٢٤٤٤ تجريد الشعاعات والانوار لابى الريحان محمد بن احمد البيرونى الخوارزمى الفه لشمس المعالى ٢٤٤٥ تجريد الصحاح الستة فى الحديث للشيخ الامام رزين بن معاوية العبدرى السرقسطى [المتوفى سنة ٥٣٥]

---

de traditionibus legati divini, auctore Sheikh et Imám *Sheref-ed-dín Abu'lcásim Hibatallah Ben* [*Abd-el-rehím Ben*] *Bárizi Joheni* Shafiita, [anno 738 (inc. 30. Jul. 1337) mortuo]. Simpliciter hic dedit opus *Jámi' el-osúl* ab *Ibn Athír* compositum, demtis omnibus additamentis. Videatur infra. — 2438. Tejríd el-idháh, nudatio libri *El-Idháh*, de quo in praecedentibus videatur. — 2439. Tejríd el-jadl, expositio clara topices, auctore *Abu'lcásim* [*Abdallah Ben*] *Ahmed Ben Abdallah* [*Ka'bi*] *Balkhi* [principe *Mo'tazeli*tarum], anno 319 (inc. 24. Jan. 931) mortuo. — 2440. Tejríd el-awámir we el-newáhi, clara expositio mandatorum et prohibitorum e libris sex, auctore Sheikh *Abu Bekr Ben Abi'lmajd* Hanbalita, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuo. — 2441. El-Tejríd El-Borháni, expositio clara et demonstrativa, de specialibus juris Hanefitici partibus. — 2442. Tejríd el-tefsír, interpretatio Corani secundum ordinem Suratarum, a traditionibus *Sahíhi Bokhárici* vindicata, auctore Háfitz *Sheháb-ed-dín Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. — 2443. Tejríd el-tauhíd, expositio clara doctrinae de uno Deo, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Ahmed Ben Ali Macrízi*, anno 845 (inc. 22. Mai. 1441) mortuo. — 2444. Tejríd el-shuáát we el-anwár, expositio clara radiorum et luminum. Opus, quod *Abu'lríhán Mohammed Ben Ahmed Birúni Khowarezmi Shemso-elmeáni* composuit. — 2445. Tejríd el-siháh el-sittet, expositio clara librorum sex *Sihah* inscriptorum, de re traditionaria, auctore Sheikh et Imám *Rezín Ben Moáwiya Abderi Saracosti*,

١٤٤٦ تجريد الركنى فى الفروع للامام ركن الدين عبد الرحمن بن محمد المعروف بابن اميرويه الكرمانى [الحنفى] المتوفى سنة ٥٤٣ وشرحه وسمّاه الايضاح وهو فى ثلاث مجلّدات وشرح ايضا شمس الائمّة تاج الدين عبد الغفار بن لقمان الكردرى الحنفى المتوفى سنة ٥٦٢ وسمّاه المفيد والمزيد ١٤٤٧ تجريد القدورى فيه ايضا وهو الامام ابو الحسين احمد بن محمد الحنفى المتوفى سنة ٤٢٨ وهو فى مجلّد كبير اوله اللهمّ اعصمنا من الزلل الخ افرد فيه للحنفيّة ما خالف الشافعى من المسائل بايجاز الالفاظ واورد بالترجيح ليشترك المبتدى والمتوسّط فى فهمه وشرع فى املائه سنة ٤٠٥ ثمّ كتب ابو بكر عبد الرحمن بن محمد السرخسى المتوفى سنة ٤٣٦ تكملة التجريد ولجمال الدين محمود بن احمد القونوى الحنفى المتوفى سنة ٧٧٠ مختصره المسمّى بالتفريد وللحنفيّة تجريد اخر لمحمد بن شجاع الثلجى الحنفى المتوفى سنة ٦٦٣ ذكره صاحب الخلاصة فى اول كتاب الزكوة ١٤٤٨ تجريد الكلام للعلّامة المحقّق نصير الدين

[anno 535 (inc. 17. Aug. 1140) mortuo]. — 2446. El-Tejríd El-Rokni, clara expositio partium juris specialium, auctore Imám *Rokn-ed-dín Abd-el-rahman Ben Mohammed Kermáni* [Hanefita], vulgo *Ibn Emíraweih* dicto et anno 543 (inc. 22. Mai. 1148) mortuo. Postea commentarium ejus e tribus voluminibus constantem et *Idháh* inscriptum edidit. Alium commentarium *El-Mofíd we El-Mozíd* appellatum Shems-elaïmmet *Táj-ed-dín Abd-el-ghaffár Ben Locmán Kerderi* Hanefita, anno 562 (inc. 28. Oct. 1166) mortuus, in vulgus emisit. — 2447. Tejríd El-Codúri, expositio clara easdem partes juris speciales tractans, auctore Imám *Abu'lhosein Ahmed Ben Mohammed* Hanefita, vulgo *Codúri* dicto et anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuo. Magnum volumen ita incipiens: O Deus, serva nos a peccatis etc., in quo quaestiones, de quibus *Sháfii* aliter statuit, in usum Hanefitarum verbis concisis separatim tractavit, quae praeponderarent indicans, ut et tiro et qui jam media in cognitione versabatur, eas pari modo intelligere posset. Dictare eas coepit anno 405 (inc. 2. Jul. 1014). Postea *Abu Bekr Abd-el-rahman Ben Mohammed Serakhsi*, anno 436 (inc. 29. Jul. 1044) mortuus, complementum operis *Tejríd*, et *Jemál-ed-dín Mahmúd Ben Ahmed Cunewi* Hanefita, qui anno 770 (inc. 16. Aug. 1368) decessit, epitomen ejus *Tefríd* inscriptam edidit. Hanefitae praeterea aliud *Tejríd* habent a *Mohammed Ben Shojá' Thelji* Hanefita, qui anno 622 (inc. 13. Jan. 1225) defunctus est, compositum et ab auctore operis *Khiláset* in initio libri de eleemosyna laudatum. — 2448. Tejríd el-kelám, clara metaphysicae expositio, ita incipiens: Praemissis praemittendis. Laudetur Deus necessario et per se existens etc., auctore viro doctissimo et subtilissimo

الى جعفر محمد بن محمد الطوسى المتوفى سنة ٦٧٢ اوله امّا بعد حمد واجب الوجود الخ
قال فانّى مجيب الى ما سئلت من تحرير مسآئل الكلام وترتيبها على ابلغ النظام مشير الى
غرر فوآئد الاعتقاد ونكت مسآئل الاجتهاد وممّا قادنى الدليل اليه وقوى اعتقادى عليه
وسمّيته بتجريد العقآئد وهو على ستة مقاصد ا فى الامور العامّة ٢ فى الجواهر والاعراض
٣ فى اثبات الصانع وصفاته ٤ فى النبوة ٥ فى الامامة ٦ فى المعاد وهو كتاب مشهور اعتنى
عليه الفحول وتكلّموا بالردّ والقبول له شروح كثيرة وحواشى عليها فاوّل من شرحه جمال الدين
حسن بن يوسف بن مطهّر الحلى شيخ الشيعة المتوفى سنة ٧٢٦ وهو شرح بقال اقول اوله الحمد
لله الذى جعل الانسان الكامل اعلم من الملك الخ وشرحه شمس الدين محمود بن عبد
الرحمن بن احمد الاصفهانى المتوفى سنة ٧٤٩ وهو الاصفهانى المتأخّر المفسّر اورد من المتن فصلا
ثمّ شرح اوله الحمد لله الذى توحّد بوجوب الوجود الخ ذكر فيه انّ المتن لغاية ايجازه

Nasír-ed-dín Abu Jafar Mohammed Ben Mohammed Túsi, anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuo. Respondeo hic, inquit, ad ea, quae de quaestionibus metaphysicae recognoscendis et ad ordinem perfectissimum revocandis interrogatus sum, ita, ut praestantissimas et utilissimas fidei observationes et subtilissimas summi studii in jure positi quaestiones indicarem, nec non de iis, ad quae me ratiocinatio duxit, et de quibus mihi certissime persuasum est. Librum *Tejríd el-acáïd* inscripsi et in sex *Mecásid* (consilia) disposui — de rebus universalibus — de substantiis et rebus fortuitis — de comprobanda Dei existentia ejusque attributis — de prophetia — de Imamatu — de resurrectione. — Hoc opus magnam gloriam nactum est, et viri praecellentissimi studium in eo posuerunt, de eoque vel reprobantes vel comprobantes disseruerunt. Multi ejus exstant commentarii et ad hos glossae, et primus, qui illud commentatus est, fuit *Jemál-ed-dín Hasan Ben Yusuf Ben Motahher Hilli*, Sheikh Shiitarum anno 726 (inc. 8. Dec. 1325) mortuus. In hoc commentario, qui ita incipit: Laus Deo, qui hominem perfectum doctiorem reddidit angelo etc., formula „*cála* (dicit auctor),“ „*acúl* (dico ego)“ in usu est. Deinde *Shems-ed-dín Mahmúd Ben Abd-el-rahman Ben Ahmed Isfahání*, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuus, commentarium edidit, *Isfahání* dico illum posteriorem Corani interpretem. Partem contextus affert, quam tum explicat, et incipit ita: Laus Deo necessaria sua existentia unico etc. Textus verba propter nimiam brevitatem aenigmatibus dicit similia esse,

كالالغاز فقرّر قواعده وبيّن مقاصده ونبّه على ما ورد عليه من الاعتراضات خصوصًا على مباحث الامامة فانّه قد عدل فيها عن سمت الاستقامة وسمّاه بتشييد القواعد فى شرح تجريد العقائد وقد اشتهر هذا الشرح بين الطلّاب بالشرح القديم وعليه حاشية عظيمة للعلّامة المحقّق السيّد الشريف على بن محمد الجرجانى المتوفى سنة ٨١٦ وقد اشتهر هذا الكتاب بين علمآء الروم بحاشية التجريد والتزموا تدريسه بتعيين بعض السلاطين الماضية ولذلك كثر عليه الحواشى والتعليقات منها حاشية محيى الدين محمد بن حسن السامسونى المتوفى سنة ٩١٩ وحاشية شجاع الدين الياس الرومى المتوفى سنة ٩٣٩ وحاشية سنان الدين يوسف المعروف بمجم سنان المتوفى مفتيًا باماسية [ومدرّسًا بمدرسة السلطان بايزيد بها] كتبها ردًّا على حاشية ابن الخطيب وهى حاشية المولى محمد بن ابرهيم الشهير بخطيب زاده المتوفى سنة ٩٠١ اولها امّا بعد من استحقّ الحمد لذاته وصفاته الخ ذكر فيه اسم السلطان بايزيد خان روى انّ المولى خواجه زاده لمّا طالع هذه الحاشية اعنى حاشية ابن الخطيب على حاشية السيّد

---

quare se ejus principia fundamentalia constituisse, et quod auctor sibi voluerit, demonstrasse, eaque, quae alii contra eum dixerint, potissimum in disquisitionibus de Imamatu, ubi interdum a recta via declinaverit, indicasse. Commentarius *Teshyíd el-cawáïd fi sharh Tejríd el-acáïd* inscriptus est, et inter studiosos nomine Veteris Commentarii floruit. Vir doctissimus et subtilissimus *El-Seyyid El-Sherif Ali Ben Mohammed Jorjáni*, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuus, magnas glossas ad eum edidit, quae inter viros doctos Rumeliae nomine *Háshiet El-Tejríd* celebratae sunt, et cum professoribus per mandatum nonnullorum Sultanorum praecedentium officium illum legendi injungeretur, multi glossas et appendices ad eum composuerunt, ut *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Hasan Sámsúni*, anno 919 (inc. 9. Mart. 1513) mortuus — *Shojá-ed-dín Ilyás Rúmi*, anno 929 (inc. 20. Nov. 1522) mortuus — *Sinán-ed-dín Yusuf*, vulgo *Ajem Sinán* dictus, qui Amasiae Muftii [et professoris ad collegium Sultani *Bayezíd*] munere fungens obiit. Scripsit hic suas glossas ad eas refutandas, quas Molla *Mohammed Ben Ibrahím*, vulgo *Khatíb-zádeh* sive *Ibn Khatíb* dictus et anno 901 (inc. 21. Sept. 1495) mortuus, edidit et nomine Sultani *Báyezíd Khán* praemisso ornavit. Incipiunt hae ita: Praemissis praemittendis. Qui propter essentiam suam et attributa laudem meretur etc. — Cum Molla *Khojazádeh* has glossas legeret, glossas dico *Ibn-elkhatíb*i ad glossas *Seyyidi*, locusque ubi de

وكان محلّ مطالعته فى بحث العقاقير من تقسيم الموجودات فقرأ عليه الصاروخانى فلم يعجبه وقال اتركوه اذ قد علم حاله عن مقاله فى هذا المقام ولمّا طالع حاشية الجلال على الشرح الجديد اعجبه وذكر انّ المولى لطفى قصد ان يزيف تلك الحاشية ولمّا سمعه المولى المزبور دعاه الى ضيافة وابرم عليه بذكر بعض المواضع المردودة وحلف بالله ان لا يتكدّر عليه فذكر المولى لطفى نبذًا منها فاجاب عنه والزم بحيث لا يشتبه على احد فقال لطفى انّ تقريره لا يطابق تحريره ثمّ انّه فرغ عن ردّ كتابه ثمّ انّ المولى المحشى حكم بزندقته واباحة دمه ولمّا قتل قال خلصت كتابى من يده ذكره بعض الاهالى فى هامش كتاب الشقآئق ومن الحواشى على حاشية السيّد الشريف حاشية المولى ابن المعيد [المتوفى ببلدة اسكوب] لخّص فيها حاشية خطيب زاده ومنها حاشية الفاضل احمد الطالشى الجيلى اولها الحمد لله الذى تقدّس كنه ذاته عن ادراك العقول الخ وحاشية المولى احمد بن موسى الشهير بالخيالى المتوفى سنة ٨٧٠ وهى تعليقة على الاوآئل وحاشية محيى الدين محمد بن قاسم الشهير باخوين

---

quaestione medicamentorum legit, ad divisionem rerum existentium pertineret, et tum *Sárúkháni* coram ipso eum tractaret, minime illum admiratus esse et dixisse traditur: Mittamus haec. Qualis enim liber sit, jam ex disputatione hoc loco instituta cognovimus. Eidem vero glossas *Jelál-ed-dín*i ad Commentarium Novum legenti eae admodum placuerunt. Quarum pravitatem cum Mollam *Lutfi* demonstrare velle rumor esset, et Molla antea laudatus id audivisset, hic ab illo ad coenam vocato studio molesto contendit, ut nonnullos locos reprobandos afferret, per Deumque juravit, se eum minime turbaturum esse. Quo facto Molla *Lutfi* nonnullos locos citavit, ille vero eum reprobavit, et rem ita convicit, ut nemini obscura esset. At *Lutfi*: Ipsius dicta minime scriptis respondere; et nihilo secius libri refutationem absolvit. Tum Molla glossator eum reum fecit impietatis, ejus sanguinem fundendum esse edixit, et supplicio de illo sumto: Librum meum, exclamavit, ex ejus manibus eripui. — Historiam ita vir quidam ejus familiae ad marginem operis *El-Shecáïc* narravit. — Deinde glossas ad glossas *El-Seyyidi El-Sherif* composuerunt Molla *Ibn-elmoíd* [in urbe *Uskúb* mortuus], qui glossas *Ibn Khatíb*i potiorem partem excerpsit — vir bene meritus *Ahmed Tálishi Jíli*, cujus glossae ita incipiunt: Laus Deo, in quo substantia essentiae nimis sancta est, quam ut mente concipi possit etc. — Molla *Ahmed Ben Musa*, vulgo *Khayáli* dictus et anno 870 (inc. 24. Aug. 1465) mortuus, cujus appendix initium tantum tractat — *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Cásim*, vulgo *Akhwín* dictus

المتوفى سنة ٩٠٤ وحاشية محمد بن محمود المغلوى الوفائى المتوفى سنة ٩٤٠ وحاشية حسام الدين حسين بن عبد الرحمن التوقاتى المتوفى سنة ٩٤٩ [وهى على اوائل حاشية السيّد] وحاشية المولى على بن امر الله الشهير بابن الحنائى المتوفى سنة ٩٧٩ وحاشية عبد الرحمن الشهير بغزالى زاده وهى تعليقة على بعض المواضع وحاشية حضر بن عبد الكريم [المتوفى سنة ٩٩٩] وحاشية شجاع الدين الكوسج وحاشية سليمان بن منصور الطوسى المعروف بشيخى اوله الحمد لله المتكلّم بكلام ليس من جنس الحروف والاصوات الخ علّقها على حاشية السيّد وحاشية ابن الخطيب معًا واشار الى قول الشارح بقال الشارح والى قول السيّد بقال الشريف والى قول ابن الخطيب بقوله وحاشية شاه محمد بن حرم المتوفى سنة وحاشية ابن البردعى وحاشية المولى احمد بن مصطفى الشهير بطاشكبرى زاده المتوفى سنة ٩٦٢ كتبها الى مباحث الماهيّة وجمع فيها اقوال القوشى والدوانى وميرصدر الدين وابن الخطيب وادّاها باخصر عبارة ثمّ ذكر ما خطر له فى تحقيق المقام ومن الحواشى ايضا حاشية محيى الدين احمد بن ابرهيم النحاس

---

et anno 904 (inc. 19. Aug. 1498) mortuus — *Mohammed Ben Mahmúd Maghlewi Wefái*, anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuus — *Hosám-ed-dín Hosein Ben Abd-el-rahman Tocáti*, anno 946 (inc. 19. Mai. 1539) mortuus, [cujus glossae ad initium tantum glossarum *El-Seyyidi* compositae sunt] — Molla *Ali Ben Amrallah*, vulgo *Ibn-elhinnái* dictus et anno 979 (inc. 26. Mai. 1571) mortuus — *Abd-el-rahman*, vulgo *Ghazálizádeh* dictus, cujus appendix nonnulla tantum loca tractat — *Hadhr Ben Abd-el-kerím*, [anno 999 (inc. 20. Oct. 1590) mortuus] — *Shojá'-ed-dín Kúsej* — *Soleimán Ben Mansúr Túsi*, vulgo *Sheikhi* dictus, qui ita incipit: Laus Deo, qui lingua loquitur a genere literarum et sonorum aliena etc., et in hac appendice et glossas *Seyyidi* et simul *Ibn-elkhatíbi* tractat. Commentatoris verba formula „*cála el-shárih* (dicit commentator)," *Seyyidi* formula „*cála El-Sherif* (dicit *Sherif*)" et *Ibn-elkhatíbi* ipso ejus nomine indicat — praeterea *Sháh Mohammed Ben Harem*, anno ... mortuus — *Ibn-elberdaï* — Molla *Ahmed Ben Mustafa*, vulgo *Táshköprizádeh* dictus et anno 962 (inc. 26. Nov. 1554) mortuus, qui glossas ad disquisitiones de quidditate usque scripsit, iisque observationes *Cúshii*, *Dewánii*, *Mír Sadr-ed-dínis* et *Ibn-elkhatíbi* summa dictionis brevitate usus inseruit. Tum ea addit, quae sibi ipsi de justa loci, de quo quaeritur, cognitione in mentem venerant. — Porro glossas scripserunt *Mohyi-ed-dín Ahmed Ben Ibrahím Nekhás Dimeshcki*, qui pariter eas

الدمشقى علّقها على بحث الماهية ايضا وحاشية المولى عبد الغنى بن اميرشاه المتوفى سنة ٩٩١ وحاشية المولى محمد المعروف بسپاهى زاده المتوفى سنة ٩٩٧ وحاشية المولى محمد بن عبد الكريم المعروف بزلف نكار المتوفى سنة ٩٦٤ ثمّ شرح المولى المحقّق علآء الدين على بن محمد الشهير بقوشجى المتوفى سنة ٨٧٩ شرحًا لطيفًا ممزوجًا اوله خير الكلام حمد الملك العلام الخ خصّ فيه فوآئد الاقدمين احسن تلخيص واضاف اليه نتآئج فكره مع تحرير سهل سوّده بكرمان واعداه الى السلطان ابى سعيد خان وقد اشتهر هذا الشرح بالشرح الجديد قال فى ديباجته بعد مدح الفنّ والمصنّف انّ كتاب التجريد الذى صنّفه المولى الاعظم قدوة العلمآء الراسخين اسوة الحكمآء المتألّهين نصير الحقّ والملّة والدين تصنيف مخزون بالعجآئب وتآليف مشحون بالغرآئب فهو وان كان صغير الحجم وجيز النظم فهو كثير العلم جليل الشأن حسن النظام مقبول الائمّة العظام لم يظفر بمثله علمآء الاعصار مشتمل على اشارات الى مطالب هى الامّهات مملو بجواهر كلّها كالفصوص متضمّن لبيانات معجزة فى عبارات موجزة يفجر ينبوع

---

ad quaestionem de quidditate composuit — Molla *Abd-el-ghani Ben Emírsháh*, anno 991 (inc. 15. Jan. 1583) mortuus — Molla *Mohammed*, vulgo *Sipáhízádeh* dictus et anno 997 (inc. 10. Nov. 1588) mortuus — Molla *Mohammed Ben Abd-el-kerím*, vulgo *Zulf Nigár* dictus et anno 964 (inc. 4. Nov. 1556) mortuus. Tum Molla subtilissimus *Alá-ed-dín Ali Ben Mohammed Cushji*, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuus, commentarium venustum edidit, cui textum admiscuit. Incipit hic ita: Optima loquendi formula est „Laudetur rex omnia sciens“ etc., auctorque in eo ratione elegantissima observationes majorum utiles potiorem partem excerpsit, ad quas sua animi cogitata facili dictione expressa adjecit. Hic commentarius, quem primis lineis *Kermán*ae consignavit et Sultano *Abu Saíd Khán* obtulit, nomine Novi Commentarii celebratus est, et *Cushji* auctore *Túsi* et hoc genere scientiae laudatis in praefatione ita pergit: Liber *Tejríd*, quem Molla maximus, exemplar virorum doctorum eruditione perfecta ornatorum et dux judicum devotorum, propugnator veritatis, sectae et religionis islamicae, composuit, opus est miraculis repletum et monumentum dictionibus raris refertum, quod, licet parvum sit volumen et ordo verborum brevitatis lege adstrictus, tamen magna scatet eruditione, maximi est pretii et ordine suo excellens, ab Imamis maximis probatum, nec viri docti urbium primariarum antea simili libro gavisi sunt. Continet indicia quaestionum principalium, plenum est margaritarum palarum instar, complectitur explicationes permiras paucis verbis redditas, fontem dictionis placidae in

السلاسة فى لفظه ولكن معانيه لها السحر وهو فى الاشتهار كالشمس فى رابعة النهار تداولته ايدى النظار ثمّ انّ كثيرًا من الفضلآء وجّهوا نظرهم الى شرح هذا الكتاب ونشر معانيه ومن تلك الشروح الطفها مسلكًا هو الذى صنّفه العالم الربانى مولانا شمس الدين الاصفهانى فانّه بقدر طاقته حام حول مقاصده وتلقّاه الفضلآء بحسن القبول حتى انّ السيّد الفاضل قد علّق عليه حواشى تشتمل على تحقيقات رآئقة وتدقيقات شآئقة ينفجر من ينابيع تحريراته انهار الحقآئق وينحدر من علو تقريراته سيول الدقآئق ومع ذلك كان كثير من مخفيات رموز ذلك الكتاب باقيًا على حالها بل كان الكتاب على ما كان كونه كنزًا مخفيًا وسرًّا مطويًا كدرّة لم تثقب لانّه كتاب غريب فى صنعته يضاهى الالغاز لغاية ايجازه ويحاكى الاعجاز فى اظهار المقصود وابرازه وانّى بعد ان صرفت فى الكشف عن حقآئق هذا العلم شطرًا من عمرى ووقفت على الفحص عن دقآئقه قدرًا من دهرى فما من كتاب فى هذا العلم الا تصفّحت سينه وشينه بعثنى ان يبقى تلك البدآئع تحت غطآء من الالهام فرأيت ان اشرحه شرحًا يذلّل صعابه

---

suis verbis effundit, et nihilominus ejus sententiae sane delenimenta sunt animum mirifice capientia, splendet eodem modo, quo sol quarta diei hora, et a speculatoribus studiosissime legitur. Itaque multi viri bene meriti animum in commentandum hunc librum ejusque sententias explicandas converterunt, et horum commentariorum ratione sua venustissimus is est, quem vir doctus et divinae legis interpres Molla noster *Shems-ed-din Isfahâni* edidit. Hic enim, quantum in eo fuit, id, quod auctor sibi voluit, circumvolat, virique bene meriti commentarium honorifice exceperunt, ita ut *El-Seyyid El-Jorjâni* ad eum glossas componeret, quae certas et mirabiles rerum cognitiones et subtiles et desiderabiles observationes continent. Ex fontibus dictionum libri elegantium flumina prorumpunt veritatum, et de altitudine locutionum descendunt torrentes subtilitatum, et tamen multa aenigmatum hujus libri abditorum, quae erant, manebant, imo potius liber pro sua conditione thesaurus erat reconditus et arcanum complicatum margaritae instar haud perforatae. Opus enim est mira arte compositum, quod ob nimiam brevitatem aenigmatibus simile est, et in manifestando et revelando consilio ad excellentiam Corani miram accedit. Ego vero, cum in retegendis hujus scientiae veritatibus partem vitae consumsissem, et in investigandas ejus subtilitates per spatium temporis animum convertissem, ita ut nullus liber de hac scientia existeret, cujus *Sin* et *Shin* non inspexissem, hoc me sollicitavit, quod hae excellentiae sub tegumento quodam inspirationis delitescerent. Hinc apud animum meum statui, ut commentarium

ويكشف نقابه واضيف اليه فوآئد التقطتها من سآئر الكتب وزوآئد استنبطتها بفكرى القاصر فتصدّيت بما عنيت فجآء بحمد الله كما يحبّه الاوّآء لا مطوّلا فيملّ ولا مختصرًا فيخلّ مع تقرير لقواعده وتحرير لمعاقده وتفسير لمقاصده انتهى ملخّصًا وانّما اوردته ليعلم قدر المتن والماتن وفصل الشرح والشارح ثمّ انّ الفاضل العلّامة المحقّق جلال الدين محمد بن اسعد الصديقى الدوانى المتوفى سنة ٩٠٧ كتب حاشية لطيفة على الشرح الجديد حقّق فيها واجاد وقد اشتهرت هذه بين الطلّاب بالحاشية القديمة الجلاليّة ثمّ كتب المولى المحقّق مير صدر الدين محمد الشيرازى المتوفى حدود سنة ٩٣٠ حاشية لطيفة على الشرح الجديد ايضا واهداها الى السلطان بايزيد خان مع المولى ابن المؤيد وفيها اعتراضات على الجلال ثمّ كتب المولى جلال الدوانى حاشية اخرى ردًّا على حاشية الصدر وجوابًا عن اعتراضاته ويعرف هذه بالحاشية الجديدة الجلاليّة ثمّ كتب العلّامة الصدر حاشية ثانية ردًّا على حاشية الجلال وجوابًا عن اعتراضاته واوّل هذه الحاشية صدر كلام ارباب التجريد الخ ذكر فيه انّه قد يقع لبعض اجلّة

---

in librum scriberem, qui asperitates complanaret et occulta recluderet, et ut observationes utiles ex aliis libris desumtas et additamenta ad eum adjicerem cogitatione mea parum perspicace inventa. Itaque rem, quam sum molitus, aggressus sum, et opus, gratiae agantur Deo Optimo, tale, quale amici voluerunt, evasit, neque nimis prolixum, ut taedium afferret, neque nimis breve, ut mancum esset. Praeterea principia habet bene descripta, nodos expeditos et res primarias expositas. — Haec ille summatim, quae eam tantum ob caussam attuli, ut inde pretium textus ejusque auctoris et praestantia commentarii et commentatoris cognosceretur. — Tum vir bene meritus et subtilissima eruditione ornatus *Jelál-ed-dín Mohammed Ben As'ad Sadicki Dewáni*, anno 907 (inc. 17. Jul. 1501) mortuus, glossas venustas ad Commentarium Novum edidit, in quibus subtilium et exquisitarum cognitionum documentum dedit, eaeque inter studiosos nomen Glossarum Veterum *Jelál-ed-díni* (*Hashiyet Cadímet Jelálíyet*) acceperunt. Hunc secutus est Molla subtilissimus *Mír Sadr-ed-dín Mohammed Shirázi*, circa annum 930 (inc. 10. Nov. 1523) mortuus, qui pariter glossas elegantes ad Commentarium Novum composuit, easque cum Molla *Ibn-elmowayyed* Sultano *Bayezíd Khán* obtulit. Continent quaedam contra *Jelál-ed-dín* dicta. Deinde Molla *Jelál-ed-dín Dewáni* alias glossas publicavit, quibus glossas *Sadr-ed-díni* reprobaret et ad ea, quae ille opposuerat, responderet. Hae glossae nomine Novarum *Jelál-ed-díni* enotuerunt. Sed doctissimus *Sadr-ed-dín* quoque glossas secundas vulgavit, quibus *Jelál-ed-dín*um refutaret et ad ejus dubitationes allatas responderet. Incipiunt hae

الناس فيما كتبه [اولًا] على الشرح اشتباه والتباس وانّ بعضًا من ضعفآء الطلبة ينظر الى من يقول لجلالة شأنه ولا ينظر الى ما يقول فكتب ثانيًا حاشية محقّقة لما فى الشرح والحاشية بما لا مزيد عليه واورد فيه نبذًا من توفيقات ولده منصور سيما فى مقصد الجواهر فانّ له فيها ما يجلو النواظر وصدّر خطبته باسم السلطان بايزيد خان ثمّ كتب العلّامة الدوانى حاشية ثالثة ردًّا وجوابًا عن [حاشية] الصدر ويعرف هذه بالحاشية الاجدّ للجلاليّة ويقال لهذه الحواشى الطبقات الصدريّة والجلاليّة ولمّا مات العلّامة الصدر وفات عن اعادة الجواب كتب ولده الفاضل مير غياث الدين منصور الحسينى المتوفى سنة ٩٤٩ حاشية ردًّا على الجلال وهذا صدر خطبته ما كتبه ربّ يسّر وتمّم باغياث المستغيثين قد كشف جمالك على الاعالى كنه حقآئق المعالى وحجب جلالك الدوانى عن فهم دقآئق المعانى فاسئلك التجريد عن اغشية الجلال بالشوق الى مطالعة الجمال وبعد لمّا كانت العلوم الحقيقيّة فى هذه الازمنة غير

---

glossae ita: Principium orationis contemplantium materia exutorum etc., et auctor narrat, nonnullis viris egregiis in iis, quae [primo] ad commentarium scripserit, scrupulos esse injectos et dubitationes, et studiosos quosdam hebetes eum, qui loquatur, respicere propter amplissimam, qua gaudeat, dignitatem, non vero id, quod loquatur. Hanc ob caussam iterum glossas conscripsit, quae ea comprobarent, quae in commentario et glossis enunciaverat, ratione tam perfecta, ut nihil supra posset. Partem etiam corrigentium filii sui *Mansúr* emendationum libello inseruit, et maxime in eo *Macsad*, quod de substantiis agit; ibi enim habet, quae oculos illuminent. Praefationi autem nomen Sultani *Báyezíd Khán* praemisit. Denique doctissimus *Dewáni* tertias quoque glossas edidit ad *Sadr-ed-dín* refutandum et refellendum, quae nomine Novissimarum *Jelál-ed-dín*i Glossarum inclaruerunt, et omnes hae glossae alternis a *Sadr-ed-dín* et *Jelál-ed-dín* scriptae *El-Tabacát El-Sadríyet El-Jeláliyet* appellatae sunt. Cum autem doctissimus *Sadr-ed-dín* prius mortuus esset, quam adversario iterum respondere posset, filius ejus bene meritus *Mír Ghiyát-ed-dín Mansúr Hoseini*, anno 949 (inc. 17. Apr. 1542) defunctus, ad *Jelál-ed-dín* refutandum glossas confecit, et hoc est praefationis ejus initium, quod ita sumsit: Domine, expedias et perficias, quae scribo, eo quod iis opem fers, qui opem tuam implorant. Majestas tua eximia altioribus jam substantiam veritatum altarum manifestavit, et gloria tua illustris viliores (*dewáni*) prohibuit ab intellectu sententiarum subtilium. Itaque abs te precor, ut me a caecitate *Jelál-ed-dín*i eo liberes, quod excellentem tuam pulchritudinem videre concupiscam. Jam cum doctrinae veriores et altiores his temporibus haud praeclusae sint profanis,

ممنوعة عن غير اهلها اكبّ عليه القواصر والدوانى فصارت مشوشة معلولة مزخرفة مدخولة وعاد كما قيل من كثرة الجدل والخلاف كعلم الخلاف غير مثمر كالخلاف فلهذا ما يقال العالم به من الجاهل مزيدًا ولا الشقىّ به يصير سعيدًا سيما ما فى تجريد الكلام فانّه قد اشتغل به بعض الاعلام وغشاه بامثال ما جرّده المصنّف عنه وسمّاه تحقيق المقام ولمّا اعتقد بعض الطلبة صحّة رقمه رأيت ان انبّه على نبذ من مزالّ قدمه فانّ الاشارة الى كلّها بل الى جلّها يفضى الى اسهاب على الاصحاب فعلّقت على ما استقرّ عليه رأيه فى هذا الزمان بعد تغييرات كثيرة حواشى اقتصرت فيها على الاشارة الى فساد كلامه والتنبيه على مزالّ اقدامه واردت ان اتسم هذه الحواشى بتجريد الغواشى انتهى ملخّصًا ومن الحواشى على الشرح الجديد والحاشية القديمة حاشية المولى المحقّق ميرزاخان حبيب الله الشيرازى المتوفى سنة ٩٩٤ وهى حاشية مقبولة تداولتها ايدى الطلاب وبلغ الى مباحث الجواهر والاعراض وحاشية العلّامة كمال الدين حسين بن عبد الحقّ الاردبيلى الالهى المتوفى سنة ٩٤٠ وهى على الشرح فقط الى مبحث

---

parum intelligentes et humiles (*dewáni*) operam in iis posuerunt, unde illae contur-babantur, debilitabantur, fucabantur, corrumpebantur, et, ut in proverbio est, prae multitudine altercationis et controversiae (*khiláf*) similis evasit nostra scientia dialecticae (*khiláf*), nec tamen aeque fructifera ac salix (*khiláf*). Qua de caussa, qui eam callet, non pluris aestimatur illo, qui eam ignorat, nec miser ea fit felix, praesertim quod librum *Tejríd el-kelám* attinet. Hoc enim vir quidam doctus occupatus fuit, qui eum ejusmodi rebus involvit, quibus auctor ipse eum nudaverat, et opus suum *Tahckíc el-mecám* appellavit. Cum vero aliquot studiosi de ejus scripturae veritate sibi persuasissent, animum lectorum ad nonnullos locos advertendi cepi consilium, ubi pede lapsus est, nam qui omnes offensiones, vel saltem majores tantum indicare vellet, ad lectores vi verborum onerandos adduceretur. Quapropter ad ea, ad quae ejus opinio post multas mutationes hoc tempore substitit, glossas adjeci, in quibus in indicanda corrupta auctoris dictione et in locis, ubi pedibus offenderit, monstrandis acquievi, et has glossas nomine *Tejríd el-ghewáshi* insignire constitui. — Haec ille summatim. Alii porro, qui ad Novum Commentarium et ad Veteres Glossas ediderunt glossas, fuerunt Molla subtilissimus *Mirza Khán Hebíballah Shirázi*, anno 994 (inc. 3. Dec. 1585) mortuus, cujus glossae benigne exceptae multum inter manus studiosorum versantur, attamen auctor nonnisi ad quaestiones de substantiis et rebus fortuitis progressus est — vir doctissimus *Kemál-ed-dín Hosein Ben Abd-el-hacc Erdebíli Alchi*, anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuus, cujus glossae commentarium tantum tractant usque ad quaestionem

العلّة والمعلول لكنّها تشتمل على اقوال المحقّقين كالدوانى وامثاله اولها احسن كلام نزل من سمآء التوحيد الخ ويقال هو اوّل من علّق على الشرح الجديد وحاشية مير فخر الدين محمد ابن الحسن الحسينى الاسترابادى الى آخر المقصد الرابع اوله الحمد لله الغفور الرحيم الخ وحاشية المدقّق عبد الله النخجوانى الشهير بمير مرتاض علّقها على الشرح والحاشية الجديدة اولها حمدًا لمن لا كلام لنا فى وجوده الخ وحاشية المولى المحقّق حسن چلبى ابن الفنارى [المتوفى سنة ٨٨٦] وحاشية المولى محمد بن الحاج حسن المتوفى سنة ٩١١ جعلها محاكمة بين الجلال ومير صدر وحاشية العلّامة شمس الدين محمد الخضرى وهى على نمط المحاكمات بين الطبقات وحاشية حافظ الدين محمد بن احمد العجم المتوفى سنة ٩٥٧ اورد فيها الردود والاعتراضات على الشرّاح ولم يغادر صغيرة ولا كبيرة ممّا يتعلّق به وسمّاه محاكمات التجريد ومن شروح التجريد شرح ابى عمرو احمد بن محمد المصرى المتوفى سنة ٧٥٧ سمّاه المفيد وشرح العلّامة اكمل الدين محمد بن محمود البابرتى المتوفى سنة ٧٨٦

---

de caussa et effectu, attamen opiniones philosophorum subtilium complectitur, ut *Dewánî* et similium. Incipiunt ita: Pulcherrima doctrina, quae de coelo doctrinae de uno Deo descendit etc., et auctor primus esse dicitur, qui ad Commentarium Novum appendicem edidit — *Mír Fakhr-ed-dín Mohammed Ben-elhasan Hoseini Asterábádi* usque ad finem quarti *Macsad*, cujus glossae ita incipiunt: Laus Deo propitio misericordi etc. — vir acutissimus *Abdallah Nakhjiwáni*, vulgo *Mír Murtádh* dictus, qui suas glossas ad commentarium et Novas Glossas composuit, et ita incipit: Laudem ei, de cujus existentia nobis verba desunt etc. — Molla subtilissimus *Hasan Jelebi Ibn-elfenári*, [anno 886 (inc. 2. Mart. 1481) mortuus] — Molla *Mohammed Ben-elhájj Hasan*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, qui suas glossas dijudicandi caussa inter *Jelál-ed-dín* et *Mír Sadr* composuit — vir doctissimus *Shems-ed-dín Mohammed Khidhri*, cujus glossae ad rationem librorum dijudicationis caussa inter Classes scriptorum confectae sunt — *Háfitz-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Ajem*, anno 957 (inc. 20. Jan. 1550) mortuus, qui in his glossis omnia, quae contra commentatores dicta iisque opposita sunt, profert nec parvum quid nec magnum eorum praeterit, quae huc spectant, librumque *Mohákemát el-tejríd* inscripsit. — Denique commentarios in *Tejríd* composuerunt *Abu Amru Ahmed Ben Mohammed Misri*, anno 757 (inc. 5. Jan. 1356) mortuus, qui commentarium *Mofíd* appellavit — vir doctissimus *Akmal-ed-dín Mohammed Ben Mahmúd Báberti*, anno 786 (inc. 24. Febr.

وهو شرح بالقول وشرح الفاضل حضر شاه بن عبد اللطيف المنتشوى المتوفى سنة ٨٥٣ وشرح قوام الدين يوسف بن حسن المعروف بقاضى بغداد المتوفى سنة ٩٢٢ ومنها تسديد النقائد فى شرح تجريد العقائد ذكر الاصل ثمّ الشرح وميّز لفظ الاصل والشرح بالمداد الاحمر ٢٤٤٩ التجريد الصريح لاحاديث الصحيح للبخارى يأتى فى الجيم ٢٤٥٠ تجريد فى كلمة التوحيد للشيخ احمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٢٠ اوله لحمد لله ربّ العالمين الخ شرح فيه كلمة التوحيد ٢٤٥١ تجريد فى الاصول للمولى هبة الله العلائوى المتوفى سنة ١٠٣٩ ثمّ شرحه وسمّاه التجويد ٢٤٥٢ تجريد فى المعانى والبيان لسمرة بن على البحرانى ٢٤٥٣ تجريد فى المنطق مختصر اوله الحمد لله حمد الشاكرين الخ ٢٤٥٤ تجريد فى ردّ مقاصد الفلاسفة لشمس الدين ابى ثابت محمد بن عبد الملك الديلمى ٢٤٥٥ تجريد فى اسمآء الصحابة لشمس الدين محمد بن احمد لحافظ الذهبى المتوفى سنة ٧٤٨ ٢٤٥٦ تجريد

1384) mortuus, cujus commentarius ea tantum textus verba continet, quae explicat — vir bene meritus *Hadhr Sháh Ben Abd-el-letíf Munteshawi*, anno 853 (inc. 24. Febr. 1449) mortuus — et *Ckiwám-ed-dín Yusuf Ben Hasan*, vulgo Judex Baghdadensis dictus et anno 922 (inc. 5. Febr. 1516) mortuus. — Alius commentarius *Tesdíd el-necáïd fi sharh tejríd el-acáïd* inscriptus est, ubi primo textus, post vero commentarii verba posita et illa et haec atramento rubro distincta sunt. — 2449. El-Tejríd El-Seríh, clara et distincta expositio traditionum in *Sahíh Bokhárico* obviarum. Videatur litera *Jím*. — 2450. Tejríd fi kelimet el-tauhíd, clara expositio vocis *Tauhíd* (doctrina de uno Deo), auctore Sheikh *Ahmed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 520 (inc. 27. Jan. 1126) mortuo. Commentarius illius vocis, qui ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. — 2451. Tejríd fi el-osúl, clara expositio principiorum, auctore Molla *Hibatallah Aláyehwi*, anno 1039 (inc. 11. Aug. 1629) mortuo. Commentarius hujus libri ab eodem compositus *Tejwíd* inscriptus est. — 2452. Tejríd fi el-meáni we el-beyán, clara explicatio doctrinae sententiarum et expositionis, auctore *Samora Ben Ali Bahráni*. — 2453. Tejríd fi el-mantac, clara logicae expositio. Compendium ita incipiens: Laus Deo talis, qualem grati tribuunt etc. — 2454. Tejríd fi radd mecásid el-felásifet, clara expositio de refutatione machinationum philosophorum, auctore *Shems-ed-dín Abu Thábit Mohammed Ben Abd-el-melik Deilemi*. — 2455. Tejríd fi asmá el-sehábet, clara expositio nominum sociorum prophetae, auctore Háfitz *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Dzehebi*, anno 748 (inc. 13. Apr. 1347) mortuo. — 2456. Tejríd fi

فى الفروع لابى الحسن احمد بن محمد [بن احمد] المحاملى الشافعى المتوفى سنة ٤٢٥ غالبه
فروع عارية عن الاستدلال ١٣٥٧ تجريد فى الهندسة قيل هو للعلّامة نصير الدين محمد
ابن محمد الطوسى ايضا وهو مختصر لطيف اوله الحمد لله الذى فتح علينا ابواب نعمته
الخ ذكر فيه انّ القدر الذى يكفى من علم الهندسة هو ان يعلم علم التنجيم بالبرهان
الهندسى الذى ذكره بطلميوس فى المجسطى فرجع بالتحليل من المجسطى ومقدّمته الاشكال
المعروفة بالقطاع واستخرج من اقليدس وسآئر الكتب اشكالا يحتاج اليها فى التعاليم وجمعها
فيه بلفظ اسهل وبراعين اخف وذكر انّ من عرفها حقّ المعرفة وقف على برهان علم
المساحة واصول سآئر الصناعات التى لا بدّ للانسان عنها ويكون ايضا مدخلًا فى علم
الهندسة ثمّ من اراد ان يصير متبحّرًا فيه فسبيله ان يتعلّم بعده كتاب اقليدس وسآئر
الكتب فيه وجعلها على سبع مقالات واهداه الى السيّد ابى الحسن المطهر بن السيد ابى
القاسم وذكر فى آخره انّ له كتاب البلاغ الذى صنّفه فى شرح اقليدس ١٣٥٨ تجريد فى

---

el-forú', clara expositio partium juris specialium, auctore *Abu'lhasan Ahmed Ben Mohammed* [*Ben Ahmed*] *Mehámili* Shafiita, anno 425 (inc. 26. Nov. 1033) mortuo. Maxima pars e partibus juris specialibus constat, quae omni argumentatione carent. — 2457. Tejríd fi el-hendeset, clara geometriae expositio, cujus auctor idem vir doctissimus *Nasír-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Túsi* esse dicitur. Comtum compendium ita incipiens: Laus Deo, qui nobis portas gratiae suae aperuit etc., in quo auctor partem, quae studioso e doctrina geometriae sufficiat, eo constare dicit, quod artem calleat ope argumentationis geometricae, qua Ptolemaeus in Almagesto utatur, ex sideribus observandi. Quo factum est, ut methodum analyticam ex Almagesto assumeret; praefatio autem figuras continet, quae vulgo secantes dicuntur, et ex Euclide aliisque libris figuras repetiit, quibus in institutionibus geometricis opus est, easque in hoc libro dictione facili et argumentis expeditioribus usus collegit. Addit etiam, qui eas justo modo cognoscat, eum argumenta quoque geodaesiae et principiorum ceterarum artium, quibus homo carere non possit, intelligere, et librum introductioni servire in geometriam; qui autem altius in eam penetrare velit, eum post hunc librum Euclidem et cetera opera studere debere. Divisit eum in septem tractatus, et *Seyyido Abu'lhasan Motahher Ben-elseyyid Abi'lcásim* obtulit. Commemorat etiam in fine, se libri *Bilágh*, quem ad commentandum Euclidem composuerit, esse auctorem. — 2458. Tejríd fi

شرح التجويد يأتى قريبًا ٢٤٥٩ تجربة الامصار وتزجية الاعصار وهو اسم تأريخ الوصّاف الذى سبق تفصيله فى التأريخ فلا حاجة الى الاعادة ٢٤٦٠. تجلّى العروس فى مسئلة تعداد الدروس رسالة لابن طولون الدمشقى الحنفى [المتوفى سنة ٩٥٣] اولها الحمد لله الموفق لافعال الخيرات الخ ٢٤٦١ التجلّيات الالهيّة رسالة من مصنّفات الشيخ محيى الدين محمد بن على ابن العربى المتوفى سنة ٦٣٨ اولها الحمد لله محكم العقل الراسخ الخ فى عالم البرازخ ٢٤٦٢ تجنّى على ابن جنى يأتى فى ديوان المتنبى ٢٤٦٣ تجنيس خواهر زاده ٢٤٦٤ تجنيس الملتقط ٢٤٦٥ تجنيس الناصرى ٢٤٦٦ تجنيس الدبوسى هو ابو زيد عبد الله بن عمر القاضى الحنفى المتوفى سنة [٤٣٠] ٢٤٦٧ التجنيس والمزيد وهو لاهل الفتوى غير عتيد فى الفتاوى للامام برهان على بن ابى بكر المرغينانى الحنفى المتوفى سنة ٥٩٣ اوله الحمد لله القديم الحليم الخ ذكر فيه انّ الصدر الاجلّ حسام الدين اورد المسآئل مهذّبة فى تصنيف

---

sharh el-tejwíd, clara expositio. Commentarius operis *Tejwíd*, de quo paulo post videatur. — 2459. Tajriyet el-amsár we Tazjiyet el-asár, liber, in quo constitutio procuratorum in urbibus primariis et tempora transacta narrantur. Hoc est nomen historiae *Wessáfi*, cujus descriptio accuratior sub *Taríkh* praecedit, neque opus est hic illam repetere. — 2460. Tajalli el-arús, sponsa sublato velo sponso comta apparens, de quaestione enumerationis studiorum, auctore *Ibn Tulún Dimeshcki* Hanefita, [anno 953 (inc. 4. Mart. 1546) mortuo]. Tractatus ita incipiens: Laus Deo ad bona opera nos disponenti etc. — 2461. El-Tajalliyát El-Alehíyet, manifestationes divinae, opus Sheikhi *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali Ibn-elarabi*, anno 638 (inc. 23. Jul. 1240) mortui. Tractatus de mundo hominum post mortem in sede Inferorum usque ad resurrectionem versantium, qui ita incipit: Laus Deo mentem firmam stabilienti etc. — 2462. Tejenni, falsa *Ibn Jinní* accusatio. Vide infra sub *Diwán El-Motenebbi*. — 2463. Tejnís, paronomasia, auctore *Kháherzádeh*. — 4464. El-Tejnís El-Multecat, assimilatio collecta. — 2465. Tejnís El-Násiri, assimilatio *Násir-ed-díni*. — 2466. Tejnís, assimilatio, auctore Cádhi *Abu Zeid Abdallah Ben Omar* Hanefita, vulgo *Debbúsi* dicto et anno [430 (inc. 3. Oct. 1038)] mortuo. — 2467. El-Tejnís we El-Mezíd, assimilatio et accessio. Hic liber ab Imám *Borhán Ali Ben Abi Bekr Marghínáni* Hanefita, anno 593 (inc. 24. Nov. 1196) mortuo, in commodum Muftiorum ad decernendum haud paratorum compositus est, et incipit ita: Laus Deo aeterno, mansueto etc. Narrat auctor, ministrum supremum *Hosám-ed-dín* quaestiones diligenter recognitas in opere quodam

وذكر لها الدلآئل ورتّب الكتب دون المسآئل ولم يتيسّر له لختام فشرع اتمامه وتحسين نظامه وانزل ذكر ما ذكر من الابواب الى حروف مجرّدة عن الالقاب فاشار بالنون الى نوازل الى اللبث وبالعين الى عيون المسآئل له وبالواو الى وقعات الناطفى وبالتآء الى فتاوى ابى بكر بن الفضل وبالسين الى فتاوى ائمّة سمرقند وبالزآء الى زوآئد دبّاج الى اجناس الناطفى وبغين الى غريب الرواية لابى شجاع وبنس الى فتاوى النجم عمر النسفى وبسو الى شرح الكتب المبسوطة وبغت الى فتاوى الصغرى للصدر الشهيد وبالميم الى المتفرّقات قال وهذا الكتاب لبيان ما استنبطه المتأخّرون ولم ينصّ عليه المتقدّمون الّا ما يُشْهَد عنهم فى الرواية انتهى

٢٤٦٨ تاجنيس فى الحساب للشيخ الامام سراج الدين ابى طاهر محمد بن محمد بن عبد الرشيد السجاوندى جعله متنًا لطيفًا وقدّم التجنيس توطئة للجبر والمقابلة ثمّ شرحه مسعود بن المعتمر المشهدى شرحًا ممزوجًا وفرغ عنه فى رمضان سنة ٨٢٤ بسمرقند قال شعر

---

protulisse earumque argumenta commemorasse et libros nulla quaestionum ratione habita disposuisse, neque tamen finem imponere ei successisse. Itaque librum finire ejusque ordinem adornare aggressus est, et descriptionem, quae per capita data erat, ad literas revocavit, in quibus cognomina auctorum honorifica nihil respexit, ita ut litera *Nún* opus *Newázil Abu'lleithi*, *Aïn* opus *Oyún el-mesáïl* ejusdem auctoris, *Wáw* opus *Wacaát Natifi*i, *Tá* opus *Fetáwi Abu Bekr*i *Ben-elfadhl*, *Sín* opus *Fetáwi* Imamorum Samarcandae, *Zá* opus *Zewáïd* sive additamenta *Debbáj*i ad opus *Ajnás* a *Nátifi* compositum, *Ghaïn* opus *Gharíb el-riwáyet Abu Shojá'*i, literis *Nún* et *Sín* conjunctis opus *Fetáwi Nejm-ed-dín*i *Omar Nesefi*, *Sín* et *Wáw* commentarium librorum *Mabsút* inscriptorum, *Ghaïn* et *Tá* opus *Fetáwi Soghra* (decreta parva) *Sadr-ed-dín*i Martyris, et litera *Mím* opus *Motefarrecát* indicaret. Deinde: Hic liber, inquit, explicandis iis inservit, quae posteriores elicuerunt, et majores, exceptis iis, quae per traditionem eorum auctoritati tribuuntur, haud diserte enunciarunt. — 2468. Tejnís fi el-hisáb, assimilatio de computo, auctore Sheikh et Imám *Siráj-ed-dín Abu Táhir Mohammed Ben Mohammed Ben Abd-el-reshíd Sejáwendi.* Dedit in hoc libro textum elegantem, et assimilationem praemisit, ut viam ad reductionem per aequationem sterneret. Postea *Mes'úd Ben-elmo'tamer Mashhedi* commentarium libri textu admixto composuit, eumque mense Ramadhán anni 824 (inc. 6. Jan. 1421) Samarcandae absolvit, et fecit hoc versus:

اسم ذا الشرح وتأريخ فراغى عنه

ربّما يسع منهاج معانى التجنيس

وللفاضل المحقّق تقى الدين ابى بكر بن القاضى معروف الراصد المتوفى سنة ٩٩٣ شرح لطيف ممزوج لهذا المتن ايضا ١۴۶۹ تجنيسات كاتبى الشاعر

5 علم التجويد ١۴٧٠.

وهو علم باحث عن تحسين تلاوة القرآن العظيم من جهة مخارج الحروف وصفاتها وترتيل النظم المبين باعطآء حقّها من الوصل والوقف والمدّ والقصر والروم والادغام والاظهار والاخفآء والامالة والتحقيق والتفخيم والترقيق والتشديد والتخفيف والقلب والتسهيل الى غير ذلك وموضوعه وغايته ونفعه ظاهر وهذا العلم نتيجة فنون القراة وثمرتها وهو كالموسيقى من جهة انّ العلم 10 لا يكفى فيه بل هو عبارة عن ملكة حاصلة من تمرّن امرء بفكّه وتدرّبه بالتلقّف عن افواه معلّميه ولذلك لم يذكره ابو الخير واكتفى عنه بذكر القراة وفروعه والتجويد

Nomen hujus commentarii est simul tempus, quo eum absolvi;
Fortasse hic liber rationem subtilitatum assimilationis continet.

Etiam vir meritissimus et subtilissimus *Tacki-ed-dín Abu Bekr Ben-elcádhi Ma'rúf El-Rásid*, anno 993 (inc. 24. Dec. 1585) mortuus, commentarium edidit venustum, cui textus verba admiscuit. — 2469. Tejnísát, assimilationes, auctore *Kátibi* Poeta.

5 2470. Ilm el-tejwíd. Doctrina Coranum bene legendi.

In hac doctrina de recitatione Corani sublimis suavi et idonea, ratione habita organorum, quibus literae pronunciantur, modulationumque eorum, et sonorae clari textus pronunciationis agitur, ita ut in eas justa cura conferatur, in conjungendo, subsistendo, producendo, corripiendo, elidendo, inserendo, clare pronunciando, occultando, inclinando, accurate, plene, concinne efferendo, duplicando, allevando, permutando, leniendo et aliis pronunciandi modis conspicua. Objectum, summus finis et utilitas hujus scientiae apparent, et ea summa est et fructus variarum artis Coranum 10 legendi doctrinarum. Similis est musicae, quatenus hic scientia non sufficit, sed potius facultatem viri indicat exercitatione maxillae continua et assiduo studio pronunciationem ex ore praeceptorum celeriter arripiendi comparatam, quae caussa est, cur *Abu'lkheir* eam non commemoraverit et in arte Coranum critice legendi illiusque

اعمّ من القرآة واول من صنّف فى التجويد موسى بن عبيد الله بن يحيى بن خاقان الخاقانى البغدادى المقرى المتوفى سنة ٣٢٥ ذكره ابن الجزرى ومن المصنّفات فيه درّ يتيم وشرحه والرعاية وغاية المراد ومقدّمة الجزرية وشروحها وواضحة

١٤٧١ تجويد فى الكلام للفاضل العلّامة شمس الدين احمد بن سليمان الشهير بابن كمال پاشا المتوفى سنة ٩٤٠ ثمّ شرحه وسمّاه التجريد كذا قيل ولعلّ الامر بالعكس

١٤٧٢ تجويد لبغية المزيد فى القرآات السبع للشيخ ابى القاسم عبد الرحمن بن ابى بكر الفحّام الصقلى شيخ الاسكندريّة المتوفى سنة ٥١٩ ١٤٧٣ تحاويل سنى العالم سبق فى احكام التحاويل ١٤٧٤ التحدّث بنعمة الله للجلال السيوطى ذكره من التواريخ ١٤٧٥ التحديد فى الاتقان والتجويد للشيخ ابى عمرو عثمان بن سعيد [بن عثمان] الدانى المتوفى سنة ٤٤٤

١٤٧٦ تحذير الاخوان فيما يورث الفقر والنسيان للشيخ برهان الدين ابرهيم بن محمد التاجى

---

doctrinis specialibus commemorandis acquieverit. Ars autem bene legendi plus comprehendit hac arte, et primus, qui de illa scripsit, fuit *Musa Ben Obeidallah Ben Yahya Khácán Khácáni Baghdádi* Corani Lector, anno 325 (inc. 19. Nov. 936) mortuus et ab *Ibn-eljezeri* laudatus. Alia opera de hac arte composita sunt *Dorr Yetím* ejusque commentarius, *Riáyet*, *Ghâyet el-morád*, *El-Mocaddemet El-Jezeríyet* hujusque introductionis commentarii, et *Wádhihet*.

2471. Tejwíd fi el-kelám, bona metaphysicae expositio, auctore viro bene merito et doctissimo *Shems-ed-dín Ahmed Ben Soleimán*, vulgo *Ibn Kemálpásha* dicto et anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuo. Idem librum commentatus est, commentariumque *Tejríd* inscripsisse dicitur, nisi fortasse in literis *Wáw* et *Rá* contra est. — 2472. Tejwíd li bughyet el-mezíd, liber, quo desiderio accessionis satis et bene fit, de septem Corani recensionibus, auctore Sheikh *Abu'lcásim Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Fekhkhám Sickilli* Sheikho Alexandriae, anno 516 (inc. 12. Mart. 1122) mortuo. — 2473. Teháwíl sani el-álem, conversiones annorum mundi. Vide supra in *Ahkám el-teháwíl*. — 2474. El-Tahadduth bi ni'met Allah, colloquium de gratia divina. Tractatus historicus, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti*. — 2475. El-Tehdíd fi el-itcán we el-tejwíd, definitio de probe et bene agendo, auctore Sheikh *Abu Amru Othmán Ben Saíd* [*Ben Othmán*] *Dáni*, anno 444 (inc. 3. Mai 1052) mortuo. — 2476. Tehdzír el-ikhwán, admonitio fratrum de iis, quae paupertatem et oblivionem gignunt, auctore Sheikh *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Mohammed Táji Dimeshcki*

الدمشقى الشافعى المتوفى سنة ٩٠٠ وهو مختصر اوله الحمد لله الذى علّمنا ما لم نكن نعلم
الخ ٢٤٧٧ تحذير الخواصّ من اكاذيب القصّاص للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى
بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ٢٤٧٨ تحذير العباد من الحلول والاتّحاد رسالة لابن طولون
الدمشقى اوله الحمد لله وكفى الخ ٢٤٧٩ تحذير العباد من اهل العناد ببدعة الاتّحاد
رسالة للشيخ برهان الدين ابرهيم بن عمر البقاعى الشافعى المتوفى سنة ٨٨٥ اوله الحمد لله
الهادّ لاركان الجبابرة الشداد الخ وردّ فيه الفصوص والتآئية وامثالهما من آثار اهل وحدة
الوجود ٢٤٨٠ تحرير احكام الصيام للشيخ ابى الحسن محمد بن مرزوق [عبد الرحمن
البغدادى] الزعفرانى [الشافعى] المتوفى سنة ٥١٧ ٢٤٨١ تحرير الاحكام فى تدبير اهل الاسلام
للقاضى بدر الدين ابى عبد الله محمد بن ابى بكر بن [عبد العزيز] جماعة الكنانى الحموى
الشافعى المتوفى سنة ٨١٩ وهو مجلّد على سبعة عشر بابًا ا فى وجوب الامامة ٢ فيما
للامام وما عليه ٣ فى الوزارة ٤ فى الامرآء ٥ فى حفظ الاوضاع الشرعيّة ٦ فى الاجناد

Shafiita, anno 900 (inc. 2. Oct. 1494) mortuo. Compendium ita incipiens: Laus Deo, qui nos docuit, quae ignoravimus etc. — 2477. Tehdzír el-khawáss, admonitio familiarium, ut mendacia narratorum caveant, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 2478. Tehdzír el-obbád, admonitio devotorum Dei cultorum, ut dogma de humanae cum divina natura conjunctione et unificatione caveant, auctore *Ibn Tulún Dimeshcki*. Compendium ita incipiens: Laus Deo et satis est etc. — 2479. Tehdzír el-obbád, admonitio cultorum Dei, ut caveant eos, qui in nova unificationis Dei doctrina repugnantiam monstrant, auctore Sheikh *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Omar Becái* Shafiita, anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuo. Tractatus ita incipiens: Laus Deo, columina potentium violentorum diruenti etc., in quo opera *Fosús*, *Táiyet* et similia monumenta asseclarum doctrinae de unitate existentiae refutantur. — 2480. Tahrír ahkám el-siyám, recognitio statutorum jejunii, auctore Sheikh *Abu'lhasan Mohammed Ben Merzúc* [*Abd-el-rahman Baghdádi*] *Za'feráni* [Shafiita], anno 517 (inc. 1. Mart. 1123) mortuo. — 2481. Tahrír el-ahkám, recognitio statutorum in moderandis Islami asseclis, auctore Cádhi *Bedr-ed-dín Abu Abdallah Mohammed Ben Abi Bekr Ben* [*Abd-el-azíz*] *Jemáa Kináni Hamewi* Shafiita, anno 819 (inc. 1. Mart. 1416) mortuo. Volumen in septemdecim capita dispositum — de necessitate Imamatus — de juribus et officiis Imami — de Weziratu — de Emiris — de servandis primis institutionibus legis —

ז في العطاء ח في الوظائف ט في الخيل والسلاح י في الديوان יא في الجهاد יב في كيفيّته
יג في الغنيمة יד في قسمتها טו في الهدنة والامان יו في قتال البغاة יז في عقد الذمّة

واحكامه وما يجب بالتزامه ١٤٨٢ تحرير الافكار الطبّية في تقرير الاخبار الطبّية للشيخ زين
الدين سريجا بن محمد الملطى المتوفى سنة ٧٨٨ ١٤٨٣ تحرير الانكار في جواب ابن العطار
5 للشيخ زين الدين قاسم ابن قطلوبغا الحنفى المتوفى سنة ٨٧٩ وهو فى قول المحقّقين من ائمّتنا
انّ النفى والاثبات اذا تعارضا وكان ممّا يعلم بدليله فانّه يقضى على المثبت ١٤٨٤ تحرير
تنقيح اللباب فى الفروع يأتى فى اللام ١٤٨٥ تحرير التخبير فى علم البديع يأتى قريبًا
١٤٨٦ تحرير التنبيه لكلّ طالب نبيه يأتى فى التنبيه ١٤٨٧ تحرير الفتاوى للشيخ [عراق]
ولى الدين العراقى الشافعى ١٤٨٨ تحرير القواعد النحويّة وتمهيد المسالك الادبيّة
10 مختصر اوله الحمد لله العالى المنّان الخ ١٤٨٩ تحرير اللباب فى الانساب يأتى

---

de exercitibus — de donationibus — de stipendiis — de equis et armis — de tribunali — de sacro bello — de ejus ratione — de praeda — de hujus divisione — de induciis et pacto incolumitatis — de bello contra tyrannos — de foedere clientelae ejusque statutis, et de iis, quae ob obligationem eo contractam necessaria sunt. — 2482. Tahrír el-afkár el-tayyibet, recognitio cogitationum bonarum de stabiliendis notitiis artis medicae, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Seríjá Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 2483. Tahrír el-inkár, recognitio improbationis de responso *Ibn-elattári*, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Cásim Ibn Cotlúbeghá* Hanefita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuo. Tractatur hic dictum subtilissimorum inter Imamos nostros, negatio et affirmatio ubi sibi oppositae sint, et res ex iis sit, quae argumentis demonstrari possint, certe de ea affirmando decidendum esse. — 2484. Tahrír tenckíh el-lobáb, recognitio operis *Tenckíh el-lobáb*, de partibus juris specialibus. Videatur in litera *Lám*. — 2485. Tahrír el-takhbír, recognitio operis *Takhbír*, de doctrina ornate dicendi. Vide paulo post. — 2486. Tahrír el-tenbíh, recognitio operis *Tenbíh*, in usum cujusvis studiosi nobilis. Videatur infra sub *Tenbíh*. — 2487. Tahrír el-fetáwi, recognitio decretorum juridicorum, auctore Sheikh [*Irácae*] *Weli-ed-dín Irácki* Shafiita. — 2488. Tahrír el-cawáïd el-nahwíyet, recognitio regularum principalium grammaticarum et complanatio viarum philologicarum. Compendium ita incipiens: Laus Deo sublimi benefico etc. — 2489. Tahrír el-lobáb, recognitio operis *Lobáb* de genealogiis. Vide infra. —

٢٤٩٠ تحرير المطالب لما تضمّنه عقيدة ابن الحاجب يأتى فى العين ٢٤٩١ تحرير المقال فى مسئلة الاستدلال رسالة للشيخ زين العابدين بن ابرهيم الشهير بابن نجيم الحنفى المصرى المتوفى سنة ٩٧٠ ٢٤٩٢ تحرير المقال فيما يحلّ ويحرّم من بيت المال مختصر ايضا للشيخ شمس الدين محمد بن محمد بن عبد الله البلاطنسى الشافعى اوله الحمد لله فاتح ما انغلق الخ فرغ من تأليفه فى صفر سنة ٨٧١ ٢٤٩٣ تحرير المنقول وتهذيب الاصول للشيخ علاء الدين ابى الحسن على بن سليمان بن احمد بن محمد المرداوى [الحنبلى المتوفى سنة ٨٨٥] مجلّد اوله الحمد لله الذى وفق فعلم الخ رتّب على مقدّمة وابواب مشتملًا على مذاهب الائمّة الاربعة وقدّم الصحيح من مذهب الامام احمد ٢٤٩٤ تحرير الميزان يعنى ميزان الاعتدال يأتى فى الميم ٢٤٩٥ تحرير النظر للشيخ ابى الفضل عبد المنعم بن عمر بن حسان الغسانى الجليانى الاندلسى ذكره فى ديوان المديح له وقال هو كلام مطلق يشتمل على معالم كلمات

2490. Tahrír el-metálib, recognitio quaestionum de iis, quae liber *Ackídet Ibn-elhájib*i continet. Videatur infra in litera *Aïn*. — 2491. Tahrír el-mecál, recognitio dissertationis de quaestione argumentationis. Tractatus, auctore Sheikh *Zein-elábidín Ben Ibrahím Misri* Hanefita, vulgo *Ibn Nejím* dicto et anno 970 (inc. 31. Aug. 1562) mortuo. — 2492. Tahrír el-mecál, recognitio dissertationis de iis aerarii partibus, quae licitae et quae illicitae sunt. Pariter compendium, quod Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Ben Abdallah Belátanisi* Shafiita mense Safar anni 871 (inc. 13. Aug. 1466) ad finem adduxit. Incipit ita: Laus Deo ea, quae clausa sunt aperienti etc. — 2493. Tahrír el-mancúl, recognitio rerum traditarum et correctio accurata principiorum, auctore Sheikh *Alá-ed-dín Abu'lhasan Ali Ben Soleimán Ben Ahmed Ben Mohammed Merdáwi* [Hanbalita, anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuo]. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo, qui bene disponit; et notum est etc., in praefationem et capita dispositum est, et continet disciplinas quatuor Imamorum orthodoxorum, et auctor, quae de disciplina Imami *Ahmed* vera sunt, praemisit. — 2494. Tahrír el-mízán, recognitio operis *Mízán*, i. e. *Mízán el-itidál*, de quo litera *Mím* videatur. — 2495. Tahrír el-natzr, recognitio speculationis, auctore Sheikh *Abu'lfadhl Abd-el-mon'im Ben Omar Ben Hassán Ghassáni Julyáni Andalusi*. Laudat hoc opus in suo carminum laudativorum corpore, et: Haec est, inquit, doctrina generalis, quae indicia aphorismatum philosophicorum

حكمة مفردات فى البسآئط والمركّبات والقوى والحركات وما يتّصل بذلك من المدركات

١٣٩٦ تحرير عندسيّات للعلّامة المحقّق نصير الدين محمد بن محمد الطوسى المتوفى سنة ٦٧٢ ومنها تحرير اقليدس وتحرير المجسطى وتحرير كتاب المعطيات لاقليدس وتحرير اكر ثاوذوسيوس وتحرير اكر مانلاوس وتحرير كتاب الكرّة المتحرّكة لاوطولوقس وتحرير المناظر لاقليدس وتحرير ظاهرات الفلك له ايضا وتحرير كتاب الليل والنهار لثاوذوسيوس وتحرير كتاب الطلوع والغروب لاوطولوقس وتحرير مطالع ابسقلاوس وتحرير جرمى النيرين لارسطرخس وتحرير مأخوذات ارشميدس وتحرير المفروضات لثابت وتحرير معرفة مساحة الاشكال وتحرير كتاب الكرّة والاسطوانة لارشميدس وتحرير كتاب المساكن لثاوذوسيوس

١٣٩٧ التحرير الفريد فى تحقيق التوكيد والتأكيد لبدر الدين محمد القرافى المالكى المتوفى سنة ... رسالة اولها الحمد لوليه الخ ١٣٩٨ التحرير والتخبير لاقوال أئمّة التفسير فى معانى كلام السميع البصير وهو تفسير كبير للشيخ العلّامة جمال الدين ابى عبد الله محمد

---

singularium de rebus simplicibus et compositis, de viribus, motibus, et de ceteris rebus cogitatione percipiendis, quae huc pertinent, complectitur. — 2496. Tahrír hendesiyát, recensio operum geometricorum, auctore viro doctissimo et subtilissimo *Nasír-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Túsi*, anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuo. Huc pertinent recognitio Euclidis — recognitio Almagesti — Datorum Euclidis — Sphaericorum Theodosii — Sphaericorum Menelai — libri Autolyci de sphaera, quae movetur — Opticorum Euclidis — Phaenomenorum, eodem auctore — libri Theodosii de die et nocte — libri Autolyci de stellarum inerrantium ortu et occasu — libri Hypsiclis de ascensionibus — libri Aristarchi de magnitudinibus et distantiis solis et lunae — Lemmatum Archimedis — Datorum *Thábiti* — cognitionis dimensionis figurarum, [auctoribus filiis *Musae*] — libri Archimedis de sphaera et cylindro — libri Theodosii de habitationibus. — 2497. El-Tahrír El-Ferid, recognitio pretiosa, in qua ratio sententias grammatice corroborandi et verbis gravibus efferendi sive quid sit *Tauckíd* et *Tackíd* accurate describitur, auctore *Bedr-ed-dín Mohammed Caráfi* Malikita, anno ... mortuo. Tractatus, qui ita incipit: Laus Deo prophetae protectori etc. — 2498. El-Tahrír we El-Takhbír, recognitio et significatio decretorum Imamorum Corani interpretum de sententiis sermonis Dei omnia audientis et perspicientis, auctore Sheikh eruditissimo *Jemál-ed-dín Abu Abdallah Mohammed*

ابن سليمان المعروف بابن النقيب المقدسى الحنفى المتوفى سنة ٦٩٨ وهو كبير فى نيف وخمسين مجلّدًا وقد اعتنى بها ما لم يعتن بغيره ذكره الشعرانى وقال ما طالعت اوسع منه

٢٤٩٩ تحرير فى اصول الفقه للعلّامة كمال الدين محمد بن عبد الواحد الشهير بابن همّام الحنفى المتوفى سنة ٨٦١ وهو مجلّد اوله الحمد لله الذى انشأ هذا العالم الخ رتّب على مقدّمة وثلاث مقالات جمع فيه علمًا جمًّا بعبارات منقحة وبلغ فى الايجاز حتى كاد يعدّ من الالغاز فشرحه تلميذه الفاضل محمد بن محمد ابن امير الحاج الحلبى [الحنفى المتوفى سنة ٨٧١] شرحًا ممزوجًا وسمّاه بالتقرير والتحبير وفرغ فى رمضان سنة ٨٧١ واوله الحمد لله الذى رضى لنا الاسلام دينًا الخ ذكر فيه انّ المصنّف قد حرّر من مقاصد هذا العلم ما لم يحرّره كثير مع جمعه بين اصطلاحى الحنفيّة والشافعيّة على احسن نظام وترتيب وقد كان يدور فى خلده لاشارة متعدّدة من المصنّف حال قرآته عليه لهذا الكتاب شرحه فشرحه على سبيل الاقتصار ثمّ

Ben Soleimán Mocaddesi Hanefita, vulgo *Ibn-elneckíb* dicto et anno 698 (inc. 9. Oct. 1298) mortuo. Commentarius Corani magnus quinquaginta et quod excurrit voluminum, in quem plus curae contulerunt, quam in ullum alium. *Sha'ráni* eum laudat et: Nullum, inquit, legi commentarium hoc ampliorem. — 2499. Tahrír fi osúl el-fic'h, recognitio principiorum juris, auctore viro eruditissimo *Kemál-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-wáhid* Hanefita, vulgo *Ibn Hemmám* dicto et anno 861 (inc. 29. Nov. 1456) mortuo. Volumen ita incipiens: Laus Deo, qui hunc mundum primus creavit etc., et in praefationem et tres dissertationes dispositum, in quo auctor doctrinam amplam et dictionibus exquisitis ornatam congessit, et brevitatis ita studiosus fuit, ut parum abesset, quin liber in aenigmatibus numeraretur. Discipulus ejus bene meritus *Mohammed Ben Mohammed Ibn Emír El-Hájj Halebi* [Hanefita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuus], commentarium ita incipientem: Laus Deo, qui Islamum ex gratia sua religionem nostram esse voluit etc., cui textum admiscuit et nomen *El-Tecrír we El-Tekhbír* dedit, in eum scripsit et mense Ramadhán anni 871 (inc. 13. Aug. 1466) absolvit. Auctorem dicit tot quaestiones hujus disciplinae principales accurate pertractasse, quot vix multi alii, eumque simul terminologias Hanefitarum et Shafiitarum ordinatione et dispositione praestantissima conjunxisse, et sibi ob monita auctoris repetita, cum coram ipso hunc librum legeret, ut eum commentaretur, in mentem venisse, ideoque se eum ratione brevi commentatum esse. Deinde librum subtilissimus

شرحه المحقّق محمد امين المعروف بامير پادشاه البخارى نزيل مكة شرحًا ممزوجًا واجاد وسمّاه تيسير التحرير وذكر انّ من شرحه قبل لم يكن فارس ميدان فراسته واختصره الشيخ زين العابدين ابن نجيم المصرى الحنفى المتوفى سنة ٩٧٠ وسمّاه لبّ الاصول اوله الحمد لله على ما به فرح قلبى تقريبًا الخ ذكر انّه مختصر فيه التحرير وضمّ اليه ما يناسبه ورتّبه على طريقة كتبهم المشهورة اذ كان اصله على طريقة بعض كتب الشافعيّة وفرغ فى اواخر جمادى الثانى سنة ٩٥١ وللشيخ جمال الدين ابن القاضى زكريا شرح هذا المختصر ٢٥٠٠ تحرير فى الفروع لابى العباس احمد بن محمد الجرجانى الشافعى المتوفى سنة ٤٨٢ وهو مجلّد كبير مشتمل على احكام كثيرة مجرّدة عن الاستدلال ٢٥٠١ تحرير فى وضع الاقارير للشيخ شمس الدين محمد ابن ابى الغنائم بن معن [ابن سلطان الصيدلانى] الشافعى [المتوفى سنة ٦٩٠] ٢٥٠٢ تحرير فى مختصر المختار فى الفروع يأتى فى الميم ٢٥٠٣ تحرير فى شرح الجامع الكبير يأتى فى الجيم ٢٥٠٤ تحريض

Mohammed Emín Bokhári, Mekkae inquilinus, vulgo *Emír Padisháh* dictus, egregio modo commentatus est et ita, ut textum admisceret. Commentarium *Teisír el-tahrír* inscripsit, et qui antea commentarium scripserit, haud bonum equitem fuisse dicit stadii suae artis equestris. Sheikh *Zein-el-abidín Ibn Nejím Misri* Hanefita, anno 970 (inc. 31. Aug. 1562) mortuus, epitomen archetypi, *Lubb el-osúl* inscriptam edidit, quae ita incipit: Laus Deo pro iis rebus, quibus animum meum mirifice exhilarat etc. Epitomen esse dicit, quae totum opus *Tahrír* contineat, et ei, quae huc referenda sunt, adjecit, eamque ad rationem librorum, qui apud Hanefitas inclaruerant, disposuit, cum archetypum ad methodum nonnullorum librorum Shafiitarum esset digestum. Absolvit epitomen, quam Sheikh *Jemál-ed-dín Ibn-elcúdhi Zakaríya* commentatus est, ultimis diebus mensis Jomádi secundi anni 951 (inc. 25. Mart. 1544). — 2500. Tahrír fi el-forú', recognitio de partibus juris specialibus, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Jorjáni* Shafiita, anno 482 (inc. 16. Mart. 1089) mortuo. Volumen magnum, multa decreta argumentis nudata continens. — 2501. Tahrír fi wadh' el-acárír, recognitio de deponendis testimoniis, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abi'lghaïm Ben Ma'n* [*Ben Sultán Seideláni*] Shafiita, [anno 640 (inc. 1. Jul. 1242) mortuo]. — 2502. Tahrír fi mukhteser el-mukhtár, recognitio. Epitome operis *Mukhtár* de partibus juris specialibus. Videatur litera *Mím*. — 2503. Tahrír fi sharh El-Jámi' El-Kebír, recognitio. Commentarius operis *Jámi' Kebír*, de quo litera *Jím* videatur. — 2504. Tahrídh, incitatio, de

فى قرآة القرآن ٢٥٠٥ تحريك الصبا لاعطآء الصبآء لعزّ الدين محمد بن جماعة ٢٥٠٦ تحريم الشطرنج لمحمد بن على [بن محمد بن الفخار] الجذامى المتوفى سنة ٧٢٣ ٢٥٠٧ تحريم الغيبة لابى عبد الله حسين بن نصر [بن محمد] الكعبى المتوفى سنه ٥٥٢ ٢٥٠٨ تحرى الصواب فى تهذيب الكتاب يعنى فى الخط مختصر للقاضى الفاضل رشيد الدين ابى محمد عبد الله بن عبد الطاهر السعدى [الاديب المتوفى عصر سنة ٦٩٣] اوله الحمد لله المبدئ المعيد الفعال لما يريد الخ ذكر فيه قواعد الخطّ تعليمًا للملك الكامل الناصرى

٢٥٠٩ علم تحسين الحروف

وسيأتى تحقيقه فى علم الخطّ

٢٥١٠ تحصيل الحقّ فى الكلام للامام فخر الدين محمد بن عمر الرازى الشافعى المتوفى سنة ٦٠٦ ٢٥١١ تحصيل السداد فى الكلام للشيخ عبد الواحد بن الصفى النعمانى ٢٥١٢ تحصيل الطريق الى تسهيل الطريق لسرى الدين عبد البرّ محمد

---

legendo Corano. — 2505. Tahrík el-sebá, commotio Euri ad excitandum amorem juvenilem, auctore *Izz-ed-dín Mohammed Ben Jemáa*. — 2506. Tahrím el-shetrenj, interdictio schahiludii, auctore *Mohammed Ben Ali* [*Ben Mohammed Ben-elfekhkhár*] *Jodzámi*, anno 723 (inc. 10. Dec. 1323) mortuo. — 2507. Tahrím el-gheibet, interdictio obtrectationis, auctore *Abu Abdallah Hosein Ben Nasr* [*Ben Mohammed*] *Ka'bi*, anno 552 (inc. 13. Febr. 1157) mortuo. — 2508. Taharri el-sewáb, delectus recti de emendatione scripti i. e. scripturae. Compendium, in quo Cádhi bene meritus *Reshíd-ed-dín Abu Mohammed Abdallah Ben Abd-el-táhir Sa'di* [Philologus, anno 692 (inc. 12. Dec. 1292) mortuus], *El-Melikum El-Kámil Násiri* ad regulas principales scripturae instituit. Incipit ita: Laus Deo, inceptori et restitutori, qui facit, quod vult etc. —

2509. Ilm tahsín el-horúf. Ars literas eleganter scribendi, cujus definitio accuratior sub *Ilm el-khatt* sequetur.

2510. Tehsíl el-hacc, adeptio veritatis de metaphysica, auctore Imám *Fakhr-ed-dín Mohammed Ben Omar Rázi* Shafiita, anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuo. — 2511. Tehsíl el-sedád, adeptio recti. Opus metaphysicum, auctore Sheikh *Abd-el-wáhid Ben-elsefi No'máni*. — 2512. Tehsíl el-taríc, comparatio rationis ad viam faciliorem reddendam. Tractatus, in quo *Serí-ed-dín Abd-el-berr Mohammed*

ابن محمد ابن الشحنه الحلبى [المتوفى سنة ٩٢١] وهو رسالة اوله الحمد لله سهل لمن اختار من عباده طريقًا الى الجنة الخ ذكر فيه انّ بعض الناس احدث فى طريق القاهرة حوادث تضرّ بعامّة المسلمين فكتب على مقدّمة وفصلين وخاتمة وفرغ فى شعبان سنة ٨٨٦ ٢٥١٣ تحصيل المختصر من كتاب التفصيل فى التفسير يأتى ٢٥١٤ تحصيل المرام فى تفضيل الصلوة على الصيام لمحمد بن طلحة [الشافعى] النصيبينى المتوفى سنة ٦٥٢ ٢٥١٥ التحصيل والتفصيل لكتاب التذييل والتكميل من شروح التسهيل يأتى ٢٥١٦ تحصيل [فى] مختصر المحصول فى اصول الفقه يأتى فى الميم ٢٥١٧ تحصيل فى اصول الفقه ايضا للامام ابى منصور عبد القاهر ابن طاهر [بن محمد الفقيه] البغدادى الشافعى المتوفى سنة ٤٢٩ ٢٥١٨ تحصيل فى لبهميناز ٢٥١٩ تحصيل الادلّة للامام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى الشافعى المتوفى سنة ٥٠٥ ٢٥٢٠ تحصين الخادم وهو مختصره يأتى ٢٥٢١ تحصين المنازل من هول الزلازل لنور الدين ابى الحسن

Ben Mohammed Ibn-elshehneh Halebi, [anno 921 (inc. 15. Febr. 1515) mortuus], nonnullos viros in via Cahirae novas res molitos esse narrat multitudini Mohammedanorum damnosas. Descripsit eum in praefationem, duas sectiones et conclusionem, et mense Sha'bán anni 886 (inc. 2. Mart. 1481) ad finem adduxit. Incipit autem ita: Laus Deo, qui iis, quos ex suis cultoribus delegit, viam ad Paradisum facilem reddidit etc. — 2513. Tehsíl el-mukhteser, epitome e commentario coranico *Tefsíl* inscripto confecta. Vide infra. — 2514. Tehsíl el-merám, impetratio optatorum, de precatione jejunio praeferenda, auctore *Mohammed Ben Telha Nesíbíni* [Shafiita], anno 652 (inc. 21. Febr. 1254) mortuo. — 2515. El-Tehsíl we El-Tefsíl, comparatio et distinctio ad *El-Tedzyíl* et *El-Tekmíl*. Liber hic et ille commentarii sunt operis *Tes'hil*, de quo infra videatur. — 2516. Tehsíl, adeptio. Epitome operis *Mahsúl* de principiis juris, de quo litera *Mím* videatur. — 2517. Tehsíl fi osúl el-fic'h, adeptio. Opus simile de principiis juris, auctore Imám *Abu Mansúr Abd-el-cáhir Ben Táhir* [*Ben Mohammed*] *Baghdádi* [Jurisconsultus] Shafiita, anno 429 (inc. 14. Oct. 1037) mortuo. — 2518. Tehsíl, adeptio de ..., auctore *Behmínár*. — 2519. Tehsíl el-adillet, adeptio argumentorum, auctore Imám *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli* Shafiita, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. — 2520. Tehsín el-khádim, munitio. Epitome operis *Khádim*, de quo infra videatur. — 2521. Tehsín el-menázil, munitio domiciliorum contra terrorem motuum terrae. *Núr-ed-dín Abu'lhasan Ali Ben-eljezzár* hunc

على بن الجزار وهي رسالة ألّفها حين زلزلة وقعت بمصر فى عام ٩٨٤ اولها الله تبارك وتعالى احمد
وامدح الخ ٢٥٢٢ تحف الانام بسورة الانعام تفسيره لبعض الفضلآء اوله يا من افحم
شقاشق البلغآء الخ ٢٥٢٣ تحف الوسآئد فى اخبار الولآئد لابى الفرج الاصفهانى
٢٥٢٤ تحفة الابرار ومنبع الاسرار فى الاسمآء ٢٥٢٥ تحفة الابرار بنكت الاذكار يأتى فى حلية
الابرار ٢٥٢٦ تحفة الابرار فى شرح مشارق الانوار يأتى ٢٥٢٧ تحفة الابرار فى دعوات الليل
والنهار للشيخ عبد الله بن ابى بكر الموصلى الشيبانى ٢٥٢٨ تحفة الاحباب فى علم الحساب
لابى عبد الله محمد بن محمد الشهير بسبط المارديني وهو مختصر على مقدّمة وثلاث ابواب
وخاتمة اوله الحمد لله ميسّر الحساب الخ ٢٥٢٩ تحفة الاحباب ارجوزة فى التصريف للشيخ
عبد العزيز بن عبد الواحد المكناسى ثمّ المدنىّ المالكى اوله الحمد لله الذى قد اظهرا الخ
شرحه ابرهيم بن احمد بن الملا الجلبى [المتوفى بعد الثلثين والف] شرحًا ممزوجًا وسمّاه

---

tractatum, qui ita incipit: Deum benedictum et excelsum laudo et celebro etc., tempore terrae motus, qui anno 984 (inc. 31. Mart. 1576) in Aegypto factus est, composuit. — 2522. Tohaf el-anám, dona hominibus oblata. Commentarius Suratae *An'ám*, qui virum quendam bene meritum auctorem habet, et ita incipit: O tu qui efficis, ut clamores eloquentium sileant etc. — 2523. Tohaf el-wesáïd, cervicalia donis oblata. Historiae puellarum, auctore *Abu'lfaraj Isfahání*. — 2524. Tohfet el-abrár, donum justis oblatum et fons arcanorum, de nominum mysteriis. — 2525. Tohfet el-abrár, cogitationes piae et ingeniosae justis dono oblatae. Videatur infra sub *Hilyet el-abrár*. — 2526. Tohfet el-abrár, donum justis oblatum. Commentarius operis *Meshárie el-anwár*, de quo infra videndum. — 2527. Tohfet el-abrár, donum justis oblatum, de precibus diurnis et nocturnis, auctore Sheikh *Abdallah Ben Abi Bekr Mausili Sheibáni*. — 2528. Tohfet el-ahbáb, donum dilectis oblatum, de arithmetica, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Mohammed*, vulgo *Sibt El-Maridíni* dicto. Compendium in praefationem, tria capita et conclusionem dispositum, quod ita incipit: Laus Deo arithmeticam faciliorem reddenti etc. — 2529. Tohfet el-ahbáb, donum dilectis oblatum de flexu formarum. Carmen a Sheikh *Abd-el-azíz Ben Abd-el-wáhid* Málikita, qui primum Mequinesiae et postea Medinae habitavit, metro *Rejez* compositum, et ita incipiens: Laus Deo, qui jam manifestavit etc. Commentarium ejus *Shark el-lobáb* inscriptum *Ibrahím Ben Ahmed Ben-elmolla Jelebi*, [post annum 1030 (inc. 16. Nov. 1620) mortuus], composuit et mense Sha'bán

شرح اللباب فرغ فى شعبان سنة ٩٩٣ .٢٥٣٠ تحفة الاحباب رسالة للشيخ شهاب الدين يحيى بن حبش السهروردى المقتول سنة ٥٨٧ ٢٥٣١ تحفة الاحباب فى الفروع وهو منتخب جامع الفتاوى يأتى فى الميم ٢٥٣٢ تحفة الاحرار فارسى منظوم لنور الدين عبد الرحمن ابن احمد الجامى المتوفى سنة ٨٩٨ نظمها فى البحر السريع نظيرة لمخزن الاسرار للنظامى ومطلع الانوار لمير خسرو ورتّب على عشر مقالات مشتملة على الحكم والنصآئح وفرغ سنة ٨٨٩ اوله

حمدًا لمن جعل جنان كلّ عارف

ولها شرحان بالتركيّة احدهما كبير لمحمد المعروف بالرحمى البرسوى المتوفى سنة ٩٧٤ والآخر لمولانا شمعى آلفه لخادم حسن پاشا لاجل السلطان محمد خان ابن مراد الثالث ٢٥٣٣ تحفة الاحيآء فيما فات من تخاريج احاديث الاحيآء [لابن قطلوبغا الحنفى] سبق فى الالف ٢٥٣٤ تحفة الاخوان فيما تصحّ به تلاوة القرآن لصلاح الدين جليل

---

anni 993 (inc. 24. Dec. 1585) absolvit ita, ut textum admisceret. — 2530. Tohfet el-ahbáb, donum dilectis oblatum. Tractatus, auctore Sheikh *Sheháb-ed-dín Yahya Ben Habash Soharawerdi*, anno 587 (inc. 29. Jan. 1191) interfecto. — 2531. Tohfet el-ahbáb, donum dilectis oblatum, de partibus juris specialibus. Epitome potiora libri *Jámi' el-fetáwi*, de quo litera *Mím* videatur, continens. — 2532. Tohfet el-ahrár, donum ingenuis oblatum. Poëma persicum, a *Núr-ed-dín Abd-el-rahman Ben Ahmed Jámi*, anno 898 (inc. 23. Oct. 1492) mortuo, metro *Seri'* ad similitudinem operum *Makhzan el-asrár* et *Matla' el-anwár*, quorum illud *Nitzámi*, hoc *Mír Khosrew* auctorem habet, compositum et in decem dissertationes digestum, quae apophthegmata et consilia continent. *Jámi* opus, quod ita incipit:

Laudem Deo qui paradisum cujusvis gnostici fecit,

anno 886 (inc. 2. Mart. 1481) absolvit, et duo commentarii ejus exstant turcici, quorum prior et major a *Mohammed Bursewi*, vulgo *Rahmi* dicto, et anno 974 (inc. 19. Jul. 1566) mortuo, posterior a Molla nostro *Shem'i* in commodum eunuchi *Hasanpasha* Sultani *Mohammed Khán* filii *Murádi* tertii caussa conscriptus est. — 2533. Tohfet el-ahyá, donum vivis oblatum, de iis traditionibus operis *Ihyá el-olúm*, quae in extrahendo praetermissae sunt, [auctore *Ibn Cotlúbeghá* Hanefita]. Vide supra in litera *Elif*. — 2534. Tohfet el-ikhwán, donum fratribus oblatum, de iis, quibus recitatio Corani corrigitur et emendatur, auctore *Seláh-ed-dín Jelil*

ابن عثمان المقرى ٢٥٣٥ تحفة الاخوان فى آداب صحبة القرآن ٢٥٣٦ تحفة الاخيار فى اقسام الاخبار لاحمد بن محمد بن المؤيد ٢٥٣٧ تحفة الاخيار فى الحكم والامثال والاشعار لجامع هذه الجلّة وهى مجموعة على ترتيب الحروف جمعت فيها نوادر كتب التواريخ والمحاضرات ولطآئف الاديبيّات وشرعت فى تبييضها سنة ١٠٦١ ٢٥٣٨ [تحفة الاخيار فى فضل الصلوة على النبى المختار للشيخ ابى عبد الله محمد بن ابى الفضل غانم الانصارى الشهير بالرصاع وهى فى اثنى عشر فصلًا] ٢٥٣٩ تحفة الآداب فى التواريخ والانساب ٢٥٤٠ تحفة الاديبيّة فى علم العربيّة لاميّة للشيخ احمد بن محمد الاشمونى الحنفى النحوى المتوفى سنة ٨٠٩ ٢٥٤١ تحفة الاديب فى الردّ على اهل الصليب لعبد الله بن عبد الله الترجمانى وكان من افاضلهم ولمّا اسلم اراد ان يبيّن اباطيل نواميسهم وتناقض اناجيلهم وفساد عقولهم بالنقل والعقل فبدأ بذكر بلده ومنشآئه ثمّ رحلته ودخوله فى الاسلام فى عصر ابى العبّاس احمد صاحب تونس وابنه ابى فارس

Ben Othmán Corani Lectore. — 2535. Tohfet el-ikhwán, donum fratribus oblatum, de regulis in Corani societate observandis. — 2536. Tohfet el-akhyár, donum bonis oblatum, de partibus historiarum, auctore *Ahmed Ben Mohammed Ben-elmowayyed*. — 2537. Tohfet el-akhyár, apophthegmata, proverbia et fragmenta poëtica, quae compilator hujus voluminis bonis dono offert secundum ordinem alphabeticum disposita. Collegi in hoc promtuario res raras librorum historicorum et anthologicorum et facetias scriptorum philologicorum, librumque nitidius exscribere anno 1061 (inc. 15. Dec. 1650) incepi. — 2538. [Tohfet el-akhyár, donum bonis oblatum. Sectiones duodecim de praestantia precationis pro propheta electo, auctore Sheikh *Abu Abdallah Mohammed Ben Abi'lfadhl Ghánim Ansári*, vulgo *Ressá'* dicto]. — 2539. Tohfet el-adáb, donum bonorum morum, de historiis et genealogiis. — 2540. El-Tohfet el-adebíyet, donum philologicum. Carmen in *Lám* desinens de doctrina linguae arabicae, auctore Sheikh *Ahmed Ben Mohammed Ashmewáni* Hanefita Grammatico, anno 809 (inc. 18. Jun. 1406) mortuo. — 2541. Tohfet el-adíb, donum bene morato oblatum de refutandis asseclis crucis. *Abdallah Ben Abdallah Tarjemáni* libri auctor fuit unus doctissimorum Christianorum, qui, cum Mohammedanorum fidem amplexus esset, vana et superstitiosa Christianorum decreta, repugnantiam evangeliorum, et quomodo illi mentes traditionibus et meditationibus corruperint, demonstrare voluit. Ab initio patriam et originem suam, tum iter et quomodo tempore *Abu'labbási Ahmed* Tunetis dynastae ejusque filii *Abu Fáris*

عبد العزيز وبيّن مقصود الكتاب فى تسعة ابواب وفرغ سنة ٨٢٣ ٢٥٤٢ تحفة الاريب ممّا فى القرآن من الغريب للشيخ ابى حيان محمد بن يوسف الاندلسى النحوى المتوفى سنة ٧٤٥ وهو مختصر مرتّب على الحروف ٢٥٤٣ تحفة الاسلام تركى منظوم لمردمى بن على من شعرآء الروم جمع فيه اربعين آية و[اربعين] حديثًا وجعلها قطعة قطعة كهذه القطعة فى قوله تعالى فامّا اليتيم فلا تقهر شعر

مال ايتام زهر قاتلدر
يبوب انى يتيمه قهر ايتمه
اشك سآئل اساس عمرى يقر
صاقن انى فتكده نهر ايتمه

٢٥٤٤ تحفة الاصحاب لزين الدين احمد بن احمد السروجى ٢٥٤٥ تحفة الاعداد فى الحساب تركى لعلى بن ولى الّفه بمكة ورتّب على مقدّمة واربع مقالات وخاتمة فى عصر سلطان مراد بن

Abd-el-aziz Islamum amplexus sit, describit, et argumentum libri, quem anno 823 (inc. 17. Jan. 1420) ad finem adduxit, principale in novem capitibus exponit. — 2542. Tohfet el-aríb, quae in Corano inusitata leguntur, intelligenti dono obtulit Sheikh *Abu Hayyán Mohammed Ben Yusuf Andalusi* Grammaticus, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) mortuus. Compendium in ordinem alphabeticum digestum. — 2543. Tohfet El-Islám, donum islamicum. Poëma turcicum, in quo *Merdumi Ben Ali* poëta Rumeliota quadraginta versus Corani et totidem traditiones collegit. Haec fragmenta in strophas descripsit similes illi, quam de verbis coranicis „Porro orphanum ne violenter tractes“ composuit:

Bona orphanorum venenum sunt mortiferum,
Ne edas illa, neve injuriam facias orphano.
Lacryma manans fundamentum vitae diruit;
Caveas, ne eam penes te in fluvium convertas.

2544. Tohfet el-as'háb, donum sociis oblatum, auctore *Zein-ed-dín Ahmed Ben Ahmed Seráji.* — 2545. Tohfet el-a'dád, donum arithmeticum de computatione, ab *Ali Ben Weli* tempore Sultani *Murád Ben Selím Khán* Mekkae turcice compositum et in praefationem, quatuor dissertationes et conclusionem descriptum. — 2546. Tohfet

جمعه سنة ٨٩٢ ٢٨٢٠ تذكرة الشعرآء فارسى لباباشاه ٢٨٢١ تذكرة الشعرآء فارسى لمحمد الحوفى ٢٨٢٢ تذكرة الشعرآء تركى لمير عليشير الوزير المتوفى سنة ٩٠٦ رتّب على مجالس وسمّاه محاسن النفائس ثمّ انّ الحكيم شاه محمد القزوينى ضمّ اليه شعرآء الروم وترجمته بالتركيّة الروميّة والاصل تركى التاتار ٢٨٢٣ تذكرة الشعرآء فارسى لسام ميرزا بن شاه اسمعيل الصفوى سمّاه تحفة السامى ٢٨٢٤ تذكرة الشعرآء تركى تاتارى للصادق الكيلانى جمع فيه الجميع الى عصر شاه عباس الصفوى ورتّب على ثمان مجالس وسمّاه مجمع الخواصّ ٢٨٢٥ تذكرة الشهاب للحجازى هو احمد بن محمد الشاعر المتوفى سنة ٨٧٥ وهى ازيد من خمسين مجلّدًا ٢٨٢٦ تذكرة الصفدى هو صلاح الدين خليل بن ايبك الاديب المشهور المتوفى سنة ٧٦٤ وهو ثلثين مجلّدًا جمع فيه نوادر [الامثال و] الاشعار ولطآئف الاديبّات نظمًا ونثرًا ٢٨٢٧ تذكرة الطالب المعلّم بمن يقال انّه مخضرم لبرهان الدين ابرهيم بن محمد بن خليل

---

libri colligendi finem anno 892 (inc. 28. Dec. 1486) fecit. — 2820. Tedzkiret el-shoará, liber memorialis poëtarum persice scriptus, auctore *Bábásháh*. — 2821. Tedzkiret el-shoará, liber memorialis poëtarum, auctore *Mohammed Haufi*. Persice. — 2822. Tedzkiret el-shoará, liber memorialis poëtarum, a *Mír Alíshír* Wezír, qui anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) obiit, turcice compositus, in *Mejális* digestus et *Mehásin el-nefáïs* inscriptus. *Hekím Sháh Mohammed Cazwíni* ei poëtas Rumeliae postea adjecit, et translatio lingua rumaeo-turcica scripta est, prototypum vero tatarico-turcica. — 2823. Tedzkiret el-shoará, liber memorialis poëtarum, *Tohfet el-sámi* inscriptus, auctore *Sám Mírzá Ben Sháh Ismaíl Sefewi*. Persice. — 2824. Tedzkiret el-shoará, liber memorialis poëtarum, *Mojmi el-khawáss* inscriptus, in quo *Sádicki Kílání* omnes poëtas ad tempus *Sháhi Abbás Sefewi* collegit, eosque in octo *Mejális* disposuit. Tatarico-turcice. — 2825. Tedzkiret El-Sheháb, liber memorialis, auctore *Ahmed Ben Mohammed Hijázi* Poëta, vulgo *Shehább-ed-dín* dicto et anno 875 (inc. 30. Jun. 1470) mortuo. Volumina plus explet quinquaginta. — 2826. Tedzkiret El-Safedi, liber memorialis. Triginta volumina, in quibus *Saláh-ed-dín Khalíl Ben Ibek*, Philologus clarus vulgo *Safedi* dictus et anno 764 (inc. 21. Oct. 1362) mortuus, rara [proverbia et] poëmata et facetias philologicas quum ligata tum soluta oratione scriptas collegit. — 2827. Tedzkiret el-tálib el-moallem, liber memorialis, quo studiosus eos cognoscit, qui ante *Islám* et ejus tempore vixisse dicuntur, auctore *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Mohammed Ben Khalíl*

سبط ابن العجمى [المتوفى سنة ٨٤١] مختصر اوله الحمد لله المتوحّد بكبريآئه الخ ذكر فيه الرجال ثمّ النسآء ٢٨٢٨ تذكرة الطالبين لابى محمد الضيآء احمد بن الجمال الحنفى السرائى مختصر اوله الحمد لله على جلال كمال كبريآئه الخ جمع فيه احاديث فى فضل العلم والصدقة والدعآء والذكر والحلال والحرام واورد بابًا واحدًا وخمسة فصول ٢٨٢٩ تذكرة الظرفآء بذكر الملوك والخلفآء للشيخ محمد بن ابى السرور المصرى البكرى اوله الحمد لله الذى خصّ من شآء الخ ذكر فيه انّه لخّصه من كتابه الكبير عيون الاخبار ومن تأليفه الصغير المنح الرحمانيّة ورتّب على عشر مقالات وسمّى ايضا بتحفة الظرفآء وهو من اشخاص هذا العصر بمصر ٢٨٣٠ تذكرة العالم والطريق السالم فى اصول الفقه لابى نصر عبد السيّد بن محمد بن الصباغ الشافعى [المتوفى سنة ٤٧٧] ٢٨٣١ تذكرة العالم والمتعلّم فى الفروع للامام ابى حفص عمر بن احمد المعروف بابن سريج الشافعى المتوفى سنة ٢٨٣٢ تذكرة عبد الحميد العلوى ٢٨٣٣ التذكرة العلائيّة لعلآء الدين بن المظفر بن هدبة الكندى ويقال لها التذكرة الكنديّة

Sibt Ibn-elajemi, [anno 841 (inc. 5. Jul. 1473) mortuo]. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui unicus est excellentia sua etc. Primo viri commemorantur, quos feminae sequuntur. — 2828. Tedzkiret el-tálibín, liber memorialis studiosorum. Compendium in quo *Abu Mohammed Dhiyá-ed-dín Ahmed Ben-eljemál Seráyi* Hanefita traditiones de praestantia scientiae, eleemosynae, precationis, laudationis Dei, rerum licitarum et illicitarum collegit et unum caput et quinque sectiones affert. Incipit ita: Laus Deo pro gloria perfectae ejus excellentiae etc. — 2829. Tedzkiret el-tzorafá, liber memorialis ingeniosorum, historiam regum et Khalifarum continens, auctore Sheikh *Mohammed Ben Abi'lsorúr Misri Bekri*, qui tempore nostro in Aegypto degit, et narrat, se hoc opus, quod et *Tohfet el-tzorafá* inscripsit, ex libro suo majore *Oyún el-akhbár* et minore *El-Minah El-Rahmániyet* potiorem partem excerpsisse, illudque in decem dissertationes disposuit. — 2830. Tedzkiret el-álim we El-Teríc El-Sálim, liber memorialis docti et via integra de principiis juris, auctore *Abu Nasr Abd-el-seyyid Ben Mohammed Ben-elsebbágh* Shafiita, [anno 477 (inc. 10. Mai. 1084) mortuo]. — 2831. Tedzkiret el-álim we el-moteallim, liber memorialis edocti et discentis de partibus juris specialibus, auctore Imám *Abu Hafs Omar Ben Ahmed* Shafiita, vulgo *Ibn Soreij* dicto et anno ... mortuo. — 2832. Tedzkiret Abd-el-hamíd, liber memorialis, auctore *Abd-el-hamíd Alewi*. — 2833. El-Tedzkiret El-Aláíyet, liber memorialis *Aláïticus*, qui et *El-Tedzkiret El-Kindíyet* inscribitur — [utrum verius sit, vide supra] —, auctore

[وقد مرّ ما هو الحقّ] ٨٣٤ تذكرة العلمآء فى اصول الحديث للشيخ شمس الدين محمد ابن محمد ابن الجزرى المتوفى سنة ٨٣٣ مختصر اوله الحمد لله على بداية نهايتها الخ ذكر فيه شرف علم الحديث وزمان رواجه وكساده وقلّة اهله فى الروم كما ذكره ابن الاثير فى اول جامع الاصول وذكر مشايخه وسنده وسفرته الى ما ورآء النهر لنقل الحديث فيها فكان ما قدر من نهب كتبه وانّه اقام ببلدة كش فشرح المصابيح لاهلها ولمّا استطرد الكلام الى اصطلاح القوم وطلبوا مختصرًا جامعًا لعلومه وكانت منظومته المسمّاة بالهداية الى معالم الرواية غير مستغنية عن بسط القول فوضع هذا المختصر بداية لتلك الهداية ورتّب على مقدّمة واربعة فصول وفرغ سنة ٨٠٩ ٨٣٥ تذكرة علم الدين صالح بن عمر البلقينى المتوفى سنة ٨٦٨ ٨٣٦ تذكرة الغافل لاتى التنوسى ٨٣٧ تذكرة الغريب فى النحو منظومة لزين الدين عمر بن مظفّر ابن الوردى المتوفى سنة ٧٤٩ وله شرحه ٨٣٨ تذكرة الفقهآء

Alá-ed-dín Ben-elmotzaffer Ben Hodba Kindi. — 2834. Tedzkiret el-olamá, liber memorialis virorum doctorum de principiis scientiae traditionariae. Compendium ita incipiens: Laus Deo pro initio finis hujus initii etc., auctore Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Ibn-eljezeri*, anno 833 (inc. 30. Sept. 1429) mortuo. Laudat hic nobilitatem rei traditionariae, tempus, quo ea viguerit et quo frixerit, et parvum commemorat numerum incolarum Rumeliae, qui eam tractent, teste *Ibn-elathir* in initio libri *Jámi' el-osúl.* Deinde doctores suos laudat, auctoritates et itinera in regiones Transoxanas ad traditiones ibi referendas, seque narrat tantam librorum hujus generis praedam egisse, quantam potuerit, se, ut incolis urbis *Kesh* librum *Mesábíh* explicaret, ibi commoratum esse, et cum in orationis cursu ad terminologias traditionariorum pervenerit auditoresque compendium in votis habuerint, quod doctrinas terminologiarum complecteretur, et suum carmen, *Hidáyet ila meálim el-riwáyet* inscriptum, a fusiore dictione haud abhorruerit, se hoc compendium composuisse, ut introductio esset ad *Hidáyet.* Disposuit illud in praefationem et quatuor sectiones, et anno 806 (inc. 21. Jul. 1403) ad finem adduxit. — 2835. Tedzkiret Ilm-ed-dín, liber memorialis, auctore *Ilm-ed-dín Sálih Ben Omar Bolkeini*, anno 868 (inc. 15. Sept. 1463) mortuo. — 2836. Tedzkiret el-ghafil, liber memorialis negligentis, auctore *Abu'ltenúsi.* — 2837. Tedzkiret el-gharíb, liber memorialis peregrini. Carmen de grammatica, auctore *Zein-ed-dín Omar Ben Motzaffer Ibn-elwardi*, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuo. Idem commentarium ejus edidit. — 2838. Tedzkiret el-focahá, liber

لجمال الدين حسين بن يوسف بن مطهر الحلى الشيعى المتوفى سنة ٧٢٦ ٢٨٣٩ تذكرة الفهيم
فى عمل التقويم وهو معرّب الزيج الالوغ بكى يأتى ٢٨٤٠ تذكرة القرطبى هو الشيخ المحقّق
شمس الدين محمود بن احمد بن فرج الانصارى الاندلسى المتوفى سنة ٦٧١ وهو كتاب مشهور
فى مجلّد ضخم اوله الحمد لله العلى الاعلى الخ جمعه من كتب الاخبار والآثار ما يتعلّق
بذكر الموت والموتى والحشر والجنّة والنار والفتن والاشراط وبوّب ابوابًا وجعل عقيب كلّ باب
فصلًا يذكر فيه ما يحتاج اليه من بيان غريب وايضاح مشكل وسمّاه التذكرة باحوال الموتى
وامور الآخرة ومختصره لبعض العلمآء ٢٨٤١ تذكرة قلوب الاحيآء للشيخ شهاب الدين احمد
الحموى الحنبلى ٢٨٤٢ تذكرة الكاملة فى الموسيقى ٢٨٤٣ تذكرة الكتّاب فى علم الحساب
لغرس الدين ابرهيم الحلبى مختصر اوله احمد الله على عدد نعمآئه الخ وهو على مقدّمة
وبابين وخاتمة وترجمته بالتركيّة لدرويش محمد ٢٨٤٤ تذكرة الكحّالين لعلى بن عيسى

---

memorialis jurisconsultorum, auctore *Jemál-ed-dín Hosein Ben Yusuf Ben Motahher Helli Shiíta*, anno 726 (inc. 8. Dec. 1325) mortuo. — 2839. Tedzkiret el-fehím, liber memorialis intelligentis de ephemeridibus conficiendis. Translatio arabica tabularum astronomicarum *Olúgh Beki*, de qua infra videatur. — 2840. Tedzkiret El-Cortubi, liber memorialis, auctore Sheikh subtilissimo *Shems-ed-dín Mahmúd Ben Ahmed Ben Farah Ansári Andalusi*, vulgo *Cortubi* dicto et anno 671 (inc. 29. Jul. 1272) mortuo. Liber est praeclarus uno volumine crasso comprehensus et ita incipiens: Laus Deo excelso excelsissimo etc. Auctor illum ex operibus traditionum prophetae et sanctorum congessit, ea dico, quae mortem, mortuos, diem extremi judicii, paradisum, ignem, calamitates et signa spectant, quae ultimum tempus indicant, et in capita disposuit, quae singula sectio excipit, ubi ea commemorantur, quae ad vocum inusitatarum expositionem et locorum difficilium explicationem necessaria sunt. Propter argumentum eum *Tedzkiret bi ahwál el-mauta we omúr el-akhiret* inscripsit, et vir quidam doctus ejus epitomen edidit. — 2841. Tedzkiret colúb el-ahyá, liber memorialis cordium viventium, auctore Sheikh *Sheháb-ed-dín Ahmed Hamawi* Hanbalita. — 2842. El-Tedzkiret El-Kámilet, liber memorialis perfectus, de musica. — 2843. Tedzkiret el-kottáb, liber memorialis scribarum de arithmetica, auctore *Ghirs-ed-dín Ibrahím Halebi*. Compendium, quod ita incipit: Laudo Deum pro tanto numero ejus beneficiorum etc., et in praefationem, duo capita et conclusionem divisum est. Turcice illud vertit *Derwísh Mohammed*. — 2844. Tedzkiret el-kehhálín, liber memorialis ophthalmicorum, auctore *Ali Ben Isa* medico oculario.

الكحّال وهى على ثلاث مقالات ا فى حدّ العين ٢ فى عدد امراضها ٣ فى الامراض الخفيّة عن الحسّ اوله الحمد لله مبدع الارواح الخ ٢٨٤٥ التذكرة الكنديّة وهى العلائيّة ايضا سبق ذكرها ٢٨٤٦ تذكرة مجد الدين اسمعيل بن ابرهيم الاسكندرانى الكنانى المتوفى سنة ٨٠٢ ٢٨٤٧ تذكرة المريد لطلب المزيد للشيخ شمس الدين محمد بن احمد بن محمد الاطعانى الشافعى الحلبى ٢٨٤٨ تذكرة المسؤلين فى الخلاف بين الحنفى والشافعى للشيخ ابى اسحق ابرهيم بن محمد الشيرازى الفقيه الشافعى المتوفى سنة ٤٧٦ وهو كتاب كبير فى مجلّدات ٢٨٤٩ تذكرة ملك النحاة حسين بن صافى البغدادى المتوفى سنة ٥٩٨ وهى فى اربعمأئة كراسة ٢٨٥٠ تذكرة المنتبه فى عيون المشتبه فى القرآة للشيخ ابى الفرج عبد الرحمن بن على ابن الجوزى المتوفى سنة ٥٩٧ اوله الحمد لله حقّ حمده الخ اورد فيه متشابه القرآن ٢٨٥١ تذكرة المنتهى فى القرآات للشيخ ابى العزّ محمد بن حسين القلانسى المتوفى

Divisus est in tres dissertationes — de definitione oculi — de enumeratione ejus morborum — de morbis visu non percipiendis, et incipit ita: Laus Deo, primo spirituum creatori etc. — 2845. El-Tedzkiret El-Kindíyet, liber memorialis *Kindii*, qui et *Alâiticus* inscribitur. Vide supra. — 2846. Tedzkiret Majd-ed-dín, liber memorialis, auctore *Majd-ed-dín Ismaíl Ben Ibrahím Iskenderáni Kináni*, anno 802 (inc. 3. Sept. 1399) mortuo. — 2847. Tedzkiret el-merid, liber memorialis tironis ad cognitiones augendas, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Ben Mohammed Atzáni Halebi* Shafiita. — 2848. Tedzkiret el-mes'ulín, liber memorialis interrogatorum de dissensione inter Hanefitas et Shafiitas, auctore Sheikh *Abu Is'hac Ibrahím Ben Mohammed Shirázi* Jurisconsulto Shafiita, anno 476 (inc. 21. Mai. 1083) mortuo. Opus est magnum plurium voluminum. — 2849. Tedzkiret melik el-nuhát, liber memorialis quadringentis quinionibus comprehensus, auctore *Hosein Ben Sáfi Baghdádi* Grammaticorum rege, anno 568 (inc. 23. Aug. 1172) mortuo. — 2850. Tedzkiret el-muntebih, liber memorialis vigilantis de famosissimis locorum ambiguorum in critica coranica, auctore Sheikh *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi*, anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo, qui hic locos Corani obscuros profert. Incipit ita: Laus Deo talis, quali dignus est etc. — 2851. Tedzkiret el-montehi, liber memorialis provectioris de Corani recensionibus, auctore Sheikh *Abu'lizz Mohammed Ben Hosein Calánisi*, anno 521

سنة ٥٢١ ٢٨٥٢ تذكرة من نسى بالوسط الهندسى لمحمد بن ابرهيم ابن الحنبلى الحلبى [الحنفى] المتوفى سنة ٩٧١ ٢٨٥٣ تذكرة المنهاب فى الادب للشيخ بدر الدين محمود بن يوسف المنهاجى المصرى ذكره الشهاب فى الخبايا ٢٨٥٤ تذكرة المُوتسى بمن حدث ونسى للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ٢٨٥٥ تذكرة النبيه وتصحيح التنبيه يأتى ٢٨٥٦ تذكرة النصيريّة فى الهيئة للعلّامة المحقّق نصير الدين محمد ابن محمد الطوسى المتوفى سنة ٦٧٢ وهى مختصر جامع لمسائل الفنّ وبعض دلائله مشتمل على اربعة ابواب اوله الحمد لله مفيض الخير وملهم الصواب الخ ولها شروح منها شرح العلّامة الفاضل السيّد الشريف على بن محمد الجرجانى المتوفى سنة ٨١٦ اوله تبارك الذى جعل فى السمآء بروجًا الخ وهو شرح ممزوج لكنّه مدخول وشرح المحقّق نظام الدين حسن بن محمد النيسابورى المعروف بالنظام الاعرج المتوفى سنة وهو شرح بالقول ايضا اوله الحمد لله الذى

(inc. 17. Jan. 1127) mortuo. — 2852. Tedzkiret man nasiya, liber memorialis ejus, qui obliviscitur, ope geometriae, auctore *Mohammed Ben Ibrahím Ibn-elhanbali Halebi* [Hanefita], anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuo. — 2853. Tedzkiret el-monháb, liber memorialis timentis de philologia, auctore Sheikh *Bedr-ed-dín Mahmúd Ben Yusuf Minháji Misri*. Laudat eum *Shehább-ed-dín* in opere *Khabáyá*. — 2854. Tedzkiret el-mutesi, liber memorialis imitantis eum, qui traditiones refert easque obliviscitur, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 2855. Tedzkiret el-nebíh, liber memorialis inclyti et confirmatio commonitionis. Vide infra. — 2856. El-Tedzkiret El-Nasíríyet, liber memorialis de astronomia, auctore doctissimo et subtilissimo *Nasír-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Tusi*, anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuo. Compendium quaestiones astronomicas et nonnulla argumenta complectens et quatuor capita continens, quod ita incipit: Laus Deo bona abunde largienti et verum inspiranti etc. Plures illud commentati sunt, ut doctissimus et bene meritus *Seyyid Sherif Ali Ben Mohammed Jorjáni*, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuus, cujus commentarius, qui textum quidem admixtum habet attamen minime castigatum, ita incipit: Benedictus sit ille, qui Zodiaci signa in coelo posuit etc. — subtilissimus *Nitzám-ed-dín Hasan Ben Mohammed Nísabúri*, vulgo *Nitzám-ed-dín Araj* (claudus) dictus et anno ... mortuus, cujus commentarius ea tantum textus verba admixta habet, quae explicantur, et ita incipit: Laus Deo, qui nobis locum inter cogitantes

جعلنا من المتفكّرين الخ ذكر فيه شرف الفنّ وعلوّ شأن المصنّف وانّ هذا التصنيف وان كان صغير الحجم فهو كثير المعنى منطوٍ على زبدة انظار المحدّثين والقدمآء لكنّه لوجازة مبانيه يصعب على المبتدئين دركه فاقترح منه طآئفة من اخلّآئه شرحه فشرحه واتحفه الى المولى الاعظم نظام الدين على بن محمود اليزدى وسمّاه بتوضيح التذكرة والتزم ايراد المتن بتمامه ورسم اشكاله بالحمرة واشكال الشرح بالسواد وفرغ من تأليفه فى غرة شهر ربيع الاول سنة ۷۱۱ وهو شرح مشهور مقبول ثمّ شرحها الفاضل شمس الدين محمد بن احمد الخفرى من تلامذة سعد الدين شرحًا ممزوجًا اوله سبحانك يا ذا العرش الاعلى الخ ادرج فيه الفاظ الشرح الشريفى وغيره من الشروح وسمّاه بالتكملة وفرغ من تأليفه فى محرم سنة ۹۳۲ ويقال انّ العلّامة قطب الدين محمود بن مسعود الشيرازى والفاضل عبد العلى البرجندى شرح التذكرة ولم اره [وشرحها بالتركيّة فتح الله الشيروانى اوله لحمد لله الذى هيّأ هيئة العالم بحكمته الخ ذكر فى اخر نسخته بخطّه قد فرغت من تسويده يد الشارح ليلة الاربعآء الثالث من شهر

---

dedit etc. Auctor astronomiam et nobilitatem sublimem auctoris laudibus effert, et quamvis parvo volumine hoc opus comprehendatur, tamen sententiosum esse et optimas recentiorum et veterum observationes continere dicit. At cum ejus argumenta fundamentalia brevius indicata essent, tironibus ejus intellectum molestiam creasse absque se plures amicos, ut explicationem scriberet, flagitasse, ideoque se illud commentatum esse, et commentarium, quem *Taudhih El-Tedzkiret* inscripserit, Mollae Summo *Nitzám-ed-dín Ali Ben Mahmúd Yezdi* dono obtulisse. Legem autem sibi scripserat totum textum afferendi, et figuras archetypi colore rubro, commentarii vero figuras liquore atro consignandi, et hic commentarius, quem initio mensis Rebi' primi anni 711 (inc. 20. Mai. 1311) absolverat, admodum inclaruit et honorifice exceptus est — deinde bene meritus *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Haferi*, discipulus *Sa'd-ed-dín*i, cujus commentarius textum admixtum habet et ita incipit: Gloria tibi, o domine throni excelsissimi etc. Inseruit ei verba commentarii *Jorjánî* aliorumque commentariorum, et quum eum mense Moharrem anni 932 (inc. 18. Oct. 1525) absolvisset, nomen *Tekmilet* indidit. Doctissimus *Cotb-ed-dín Mahmúd Ben Mes'úd Shirázi* et bene meritus *Abd-el-ali Berjendi* quoque *Tedzkiret* commentati esse dicuntur, nihil tamen quod hoc probaret vidi. [Turcice autem *Fat'hallah Shirwáni*, anno 891 (inc. 7. Jan. 1486) mortuus, eam commentatus est, finique exemplaris sui, quod ita incipit: Laus Deo qui formam mundi sapientia sua egregie disposuit etc., propria manu subscripsit: Libro primis literis consignando manus interpretis finem

رمضان عام تسع وسبعين وثمانمأئة وتوفى سنة ٨٩١] ٢٨٥٧ التذكرة الهادية والذخيرة الكافية
فى الطبّ للسويدى وقد ذكر ٢٨٥٨ تذكرة فى رجال العشرة للحافظ [ابى المحاسن] شمس
الدين محمد بن على الدمشقى المتوفى سنة ٧٦٥ ٢٨٥٩ تذكرة فى علوم الحديث لسراج
الدين عمر بن على ابن الملقن الشافعى المتوفى سنة ٨٠٤ ثمّ شرحها شرحًا حسنًا اوله احمد الله
على نعمآئه الخ ذكر انّه لخّصه من كتابه المقنع وشرحه المسمّى بفتح المغيث بشرح تذكرة
الحديث للشيخ الامام محمد المنشاوى تلميذ شيخ الاسلام زكريا الانصارى ذكر فيه ممّا
اخذه عنه شفاها او من شرحه للالفيّة اوله الحمد لله الذى اعظم المنة الخ ٢٨٦٠ تذكرة
فى الفروع على مذهب الشافعى للسراج ابن الملقن المذكور جمعها لولده ورتّب على فصول
اوله احمد الله على توالى الانعام الخ ويقال انّ للامام البيضاوى المفسّر تذكرة فيه ايضا
٢٨٦١ تذكرة فى القرآات السبع لابى الحسن طاهر بن احمد النحوى المتوفى سنة ٣٨٠

---

imposuit nocte feriae quartae, die tertio mensis Ramadhán anni 879 (inc. 18. Mai. 1474)]. — 2857. El-Tedzkiret El-Hádiyet, liber memorialis recte ducens et thesaurus sufficiens de medicina, auctore *Soweidi*. Vide supra. — 2858. Tedzkiret fi rijál el-ashiret, liber memorialis de viris decem recensionum coranicarum, auctore Háfitz [*Abu'lmehásin*] *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ali Dimeshcki*, anno 765 (inc. 10. Oct. 1363) mortuo. — 2859. Tedzkiret fi olúm el-hadíth, liber memorialis de doctrinis rei traditionariae, auctore *Siráj-ed-dín Omar Ben Ali Ibn-elmolckin* Shafiita, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuo. Idem pulchrum ejus commentarium scripsit ita incipientem: Laudo Deum pro ejus beneficiis etc., archetypum vero se potiorem partem ex suo opere *Mocni'* excerpsisse narrat. Alius ejus commentarius, *Fat'h el-moghíth bi sharh Tedzkiret el-hadíth* inscriptus, Sheikh et Imám *Mohammed Menshávi*, discipulus Sheikhi el-islám *Zakaríya Ansári* auctorem habet, qui hic ea profert, quae vel coram ab auctore acceperat vel ex ejus commentario ad *Alfiyam* desumserat, et incipit ita: Laus Deo gratiam summam facienti etc. — 2860. Tedzkiret fi el-forú', liber memorialis de partibus juris specialibus secundum disciplinam Shafiiticam, quem *Siráj-ed-dín Ibn-elmolckin* modo laudatus filio suo collegit et in sectiones distribuit. Incipit ita: Laudo Deum pro continua beneficiorum largitione etc. Imám *Beidháwi* Corani interpres de eadem re *Tedzkiret* conscripsisse dicitur. — 2861. Tedzkiret fi el-ckirát el-seb', liber memorialis de septem Corani recensionibus, auctore *Abu'lhasan Táhir Ben Ahmed* Grammatico, anno 380 (inc.

٢٨٦٢ تذكرة فى اختلاف القرأ للشيخ ابى محمد مكى بن ابى طالب المقرى القيسى المتوفى سنة [٤٣٧] ٢٨٦٣ تذكرة فى الاحاديث الموضوعة لابى الفضل محمد بن طاهر المقدسى المتوفى سنة رتّب على الحروف ٢٨٦٤ تذكرة فى اللغة للشيخ تاج الدين احمد بن [عبد القادر] مكتوم [القيسى النحوى المتوفى سنة ٧٤٩ وهى فى ثلث مجلّدات سمّاها قيد الاوابد قاله السيوطى] ٢٨٦٥ تذكرة فى الكيميا لابن كمونة ٢٨٦٦ تذكرة فى العربيّة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ وهو كبير فى ثلاث مجلّدات ثمّ نظمها وسمّاه بالفلك المشحون ٢٨٦٧ تذكرة فى العربيّة ايضا للشيخ اثير الدين ابى حيان محمد ابن يوسف الاندلسى المتوفى سنة ٧٤٥ فى اربع مجلّدات كبار ٢٨٦٨ تذكرة فى النحو لابى الخير سلامة بن عياض الكفرطابى المتوفى سنة ٥٣٣ [قال ابن النجار هى فى عشر مجلّدات] ٢٨٦٩ تذكرة والتبصرة للشيخ نجم الدين محمود بن ابى الحسن

---

31. Mart. 990) mortuo. — 2862. Tedzkiret fi ikhtiláf el-corra, liber memorialis de discrepantia lectorum coranicorum, auctore Sheikh *Abu Mohammed Mekki Ben Abi Tálib Caisi* Corani Lectore, anno [437 (inc. 19. Jul. 1045)] mortuo. — 2863. Tedzkiret fi el-ahádíth el-maudhúat, liber memorialis de traditionibus sublestae fidei secundum literas alphabeti digestus, auctore *Abu'lfadhl Mohammed Ben Táhir Mocaddesi*, anno ... mortuo. — 2864. Tedzkiret fi el-loghet, liber memorialis de lexicologia, auctore Sheikh *Táj-ed-dín Ahmed Ben* [*Abd-el-cádir*] *Maktúm* [*Caisi* Grammatico, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuo]. Tria volumina, quae, teste *Soyúti*, *Caid el-awábid* inscripsit. — 2865. Tedzkiret fi Alkímiya, liber memorialis de Alchymia, auctore *Ibn Kemmune*. — 2866. Tedzkiret fi el-arabíyet, liber memorialis de lingua arabica, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Opus magnum tria volumina complectens, quae postea poëtice exaravit, et *El-Felek El-Mashhún* inscripsit. — 2867. Tedzkiret fi el-arabíyet, liber memorialis de eadem lingua arabica, auctore Sheikh *Athír-ed-dín Abu Hayyán Mohammed Ben Yusuf Andalusi*, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) mortuo. Quatuor volumina magna. — 2868. Tedzkiret fi el-nahw, liber memorialis de grammatica, auctore *Abu'lkheir Seláma Ben Iyádh Kafrtábi*, anno 533 (inc. 8. Sept. 1138) mortuo. [Teste *Ibn-elnejjár*, decem sunt volumina]. — 2869. El-Tedzkiret we El-Tebsiret, liber memorialis et ad cogitandum excitans, auctore Sheikh *Nejm-ed-dín Mahmúd Ben Abi'lhasan*

النيسابورى صاحب جمل الغرائب ذكر فيه انّ هذا الكتاب يشتمل على الف نكت بطرد اكثر مسائل الفقه ٢٨٧٠. تذكرة فى اصول الدين للشيخ ابى طاهر اسمعيل بن مكى بن اسمعيل ابن عوف المالكى الاسكندرانى المتوفى سنة ٥٨١ ٢٨٧١ تذكرة فى الفروع على مذهب ابى حنيفة ذكر ابن خلّكان انّ الملك المعظم عيسى [سلطان الشأم بن الملك العادل الايوبى الفقيه الحنفى الاديب المتوفى سنة ٦٢٤] امر الفقهآء ان يجردوا له مذهب ابى حنيفة دون صاحبيه فجرّدوا له فى عشر مجلّدات وسمّوه التذكرة وكان لا يفارقه سفرًا ولا حضرًا ويديم مطالعته وذكر انّه كتب على كلّ جلد فيه انهاه حفظا عيسى فقيل له يومًا انت مشغول بتدبير الملك فكيف يتيسّر لك حفظ هذا المقدار فقال كيف الاعتبار بالالفاظ وانّما الاعتبار بالمعانى بسم الله سلونى من جميع مسائلها وهذا يدلّ على اطلاع زائد وحفظ تامّ ٢٨٧٢ تذكير العاقل وتنبيه الغافل لابى الحجاج يوسف بن محمد الانصارى البياسى [الاديب] المتوفى [فى التونس] سنة ٦٥٣ ٢٨٧٣ تذنيب فى الزوائد على التقريب يأتى ٢٨٧٤ تذنيب فى الفروع

Nísabúri, qui *Jaml el-gheráïb* edidit. Ibi hunc librum mille dicit continere sententias subtiles et simul plurimas tractare quaestiones juridicas. — 2870. Tedzkiret fi osúl ed-dín, liber memorialis de principiis fidei, auctore Sheikh *Abu Táhir Ismaíl Ben Mekki Ben Ismaíl Ben Auf Iskenderáni* Malikita, anno 581 (inc. 4. Apr. 1185) mortuo. — 2871. Tedzkiret fi el-forú', liber memorialis de partibus juris specialibus ad disciplinam *Abu Hanífae*. *El-Melik El-Moatztzem Isa* [Sultan Syriae, filius *El-Meliki El-Adil Eyyúbi* Juris Hanefitici peritus et philologus, anno 624 (inc. 22. Dec. 1226) mortuus] Jurisconsultos, ut *Ibn Khallekán* testatur, disciplinam *Abu Hanífae* peculiarem et nudam sine ullo ejus discipulorum additamento sibi exponere jussit, quod in decem voluminibus *Tedzkiret* inscriptis fecerunt. Hunc librum neque foris neque domi de manibus emisit eumque assidue legit. Singulis voluminibus subscripsisse dicitur: Plene memoriae mandavit *Isa*. Cum aliquando ei diceretur: Occupatus es administratione regni, et quomodo tantam molem memoriae mandare tibi successit? Qui sunt, respondit, verba respicienda? Sensus tantum est ratio habenda. Interrogate me nomine Dei quaestiones quascunque. — Haec summam probant rei cognitionem et perfectam memoriter tenendi facultatem. — 2872. Tedzkír el-ácki, commonitio intelligentis et excitatio negligentis, auctore *Abu'lhejjáj Yusuf Ben Mohammed Ansári Beyyási* [Philologo], Tunete [anno 653 (inc. 10. Febr. 1255) mortuo]. — 2873. Tedzníb fi el-zewáïd ala el-tecríb, appendix additamenta ad opus *Tecríb* continens. Vide infra. — 2874. Tedzníb fi el-forú', appendix

لابى القاسم عبد الكريم بن محمد الرافعى الشافعى المتوفى سنة ٦٢٣ مجلّد من متعلّقات الوجيز وسيأتى ٢٨٧٥ تذهيب فى شرح تهذيب المنطق يأتى ٢٨٧٦ تذهيب التهذيب فى اسمآء الرجال للذهبى يأتى ٢٨٧٧ التذييل والتكميل فى شرح التسهيل يأتى ٢٨٧٨ تراجم [بلسان] الاعجم فارسى لزين المشايخ محمد بن ابى القاسم البقالى الخوارزمى المتوفى سنة [٥٦٢] اوله الحمد لله فاتح الاغلاق الخ مختصر فى تفسير مفردات القرآن على ترتيب السور ٢٨٧٩ تراجم السنيّة فى طبقات الحنفيّة مجلّد كبير للقاضى تقى الدين بن عبد القادر التميمى المصرى الحنفى المتوفى سنة ١٠٠٥ ٢٨٨٠ تراجم الشيوخ لابى عبد الله محمد بن عبد الله الحاكم النيسابورى المتوفى سنة ٤٠٥ ٢٨٨١ تراضى بين الامير والقاضى رسالة للشيخ تاج الدين على بن محمد ابن الدريهم الموصلى المتوفى سنة ٧٦٣ ٢٨٨٢ تراكيب الانوار فى الكيمياء لمؤيّد الدين حسين بن على الطغرائى المتوفى سنة ٥١٥ اوله الحمد لله الذى فضلنا على كثير من

---

partes juris speciales continens, auctore *Abu'lcásim Abd-el-kerím Ben Mohammed Ráfii* Shafiita, anno 623 (inc. 2. Jan. 1226) mortuo. Volumen additamenta ad *Wejíz* continens, de quo infra videatur. — 2875. Tedzhíb fi sharh Tehdzíb el-mantic, liber inauratus. Commentarius operis *Tehdzíb el-mantic*, de quo infra videndum. — 2876. Tedzhíb el-tehdzíb, recognitio inaurata de nominibus traditionariorum, auctore *Dzehebi*. Vide infra. — 2877. El-Tedzyíl we El-Tekmíl, continuatio et perfectio. Commentarius operis *Tes'híl*, de quo infra videatur. — 2878. Terájim [bi lisán] el-aájim, interpretationes [lingua] Persarum [expressae], auctore *Zein-elmeshá'ikh Mohammed Ben Abi'lcásim Beccáli Khowarezmi*, anno [562 (inc. 28. Oct. 1166)] mortuo. Compendium persicum de explicatione verborum Corani singulorum ad ordinem Suratarum, quod ita incipit: Laus Deo occlusa aperienti etc. — 2879. El-Terájim El-Seníyet, biographiae pretiosae de classibus Hanefitarum. Volumen magnum, auctore Cádhi *Tacki-ed-dín Ben Abd-el-cádir Temími Misri* Hanefita, anno 1005 (inc. 15. Aug. 1596) mortuo. — 2880. Terájim El-Shoyúkh, biographiae Sheikhorum, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Abdallah Hákim Nísabúri*, anno 405 (inc. 2. Jul. 1014) mortuo. — 2881. Terádhi bein El-Emír we El-Cádhi, satisfactio mutua inter *Emír*um et judicem. Tractatus, auctore Sheikh *Táj-ed-dín Ali Ben Mohammed Ibn-eldoreihim Mausili*, anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuo. — 2882. Terákíb el-anwár, compositiones luminum de Alchymia, auctore *Mowayyed-ed-dín Hosein Ben Ali Toghrá'i*, anno 515 (inc. 22. Mart. 1121) mortuo. Incipit ita: Laus Deo qui nos plurimis cultorum suorum

عباده المؤمنين الخ ٢٨٨٣ تراكيب لرضى الدين حسن بن محمد الصغانى المتوفى سنة ٦٥٠

٢٨٨٤ تربية الامّ لابى عبد الله محمد بن احمد ابن اللبان المصرى المتوفى سنة ٧٤٩

٢٨٨٥ تربيعات لابى بكر ٢٨٨٦ ترتيب احزاب القرآن ٢٨٨٧ ترتيب الاقسام على مذهب الامام فى الفروع للشيخ ابى بكر محمد بن الحسن المرعشى الشافعى ٢٨٨٨ ترتيب السور وتركيب الصور للشيخ شمس الدين ابى الحسن محمد البكرى المصرى رسالة فى ثلاث اوراق اوله سبحان من خلق سبع سموات طباقا الخ ٢٨٨٩ ترتيب المدارك وتقريب المسالك لمعرفة اعلام مذهب مالك للقاضى عياض بن موسى اليحصبى المالكى المتوفى سنة ٥٤٤ جمع فيه المالكيّة واحسن وهو تأليف غريب لم يسبق اليه

٢٨٩٠ علم ترتيب حروف التهجى

وسيأتى بيانه فى الخطّ

---

fidelium praetulit etc. — 2883. Terákíb, compositiones, auctore *Redhí-ed-dín Hasan Ben Mohammed Saghání*, anno 650 (inc. 14. Mart. 1252) mortuo. — 2884. Terbiyet el-omm, educatio matris, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Ibn-ellebbán Misri*, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuo. — 2885. Terbíát, quadrationes, auctore *Abu Bekr*. — 2886. Tertíb ahzáb El-Corán, dispositio partium sexagesimarum Corani. — 2887. Tertíb el-acsám, dispositio partium secundum disciplinam Imami *Sháfii*, de partibus juris specialibus, auctore Sheikh *Abu Bekr Mohammed Ben-elhasan Mer'ashi* Shafiita. — 2888. Tertíb el-sower we Terkíb el-sower, dispositio Suratarum et compositio formarum, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Abu'lhasan Mohammed Bekri Misri*. Tractatus trium foliorum ita incipiens: Gloria sit ei, qui septem coelos fecit contignationes etc. — 2889. Tertíb el-medárik, dispositio ingeniorum et appropinquatio viarum ad cognitionem antesignanorum sectae *Málik*iticae, auctore Cádhi *Iyádh Ben Musa Yahsebi* Malikita, anno 544 (inc. 11. Mai. 1149) mortuo, qui hic egregio modo *Málik*itas collegit. Opus est singulare, cui simile non invenitur.

2890. Ilm tertíb horúf el-tehajji. Doctrina de ordinatione literarum alphabeti,

cujus expositio accuratior infra sub *Ilm el-khatt* sequetur.

٢٨٩١ علم ترتيب العسكر

وهو علم باحث عن قود الجيوش وترتيبهم ونصب الرؤسآء لضبط احوالهم وتهيئة ارزاقهم وتمييز الشجاع عن الجبان واستمالة قلوبهم بالاحسان اليهم وتهيئ لهم البسة الحروب والسلاح ثمّ يأمر لكلّ منهم الزهد والصلاح ليفوزوا بالخير والفلاح ويأمرهم ان لا يظلموا احدًا ولا ينقصوا عهدًا ولا يهملوا ركنًا من اركان الشريعة فانه الى استيصال الدولة ذريعة هذا تلخيص ما ذكره ابو الخير وجعله من فروع الحكمة العمليّة لكنّه على الوجه الذى ذكره مندرج فى علم سياسة الملوك بل الامور المذكورة من مسآئل ذلك العلم فاقول ينبغى ان يكون موضوع هذا العلم ما ذكره الحكمآء فى كتب التعانى الحربيّة فهو علم يبحث فيه عن ترتيب الصفوف يوم الزحف وخواصّ اشكال التعانى واحوال ترتيب الرجال والغرض منه والغاية لا يخفى على كلّ احد وقالوا انّ الرجال كالاشباح والتعانى كالارواح فاذا حلّت الارواح الاشباح حصلت الحيوة وقد اجرى الله سنة انّ كلّ عسكر مرتّب التعانى منصور وقد صنّف

2891. Ilm tertíb el-asákir. Doctrina dispositionis exercituum.

Haec est ea doctrina, in qua de exercitibus ducendis et disponendis, de ducibus ad statum eorum ordinandum constituendis, de stipendiis et alimentis procurandis, de fortibus a timidis distinguendis, de ducum animis, ut militibus bene velint, proclivibus reddendis et de vestibus militaribus et armis parandis quaeritur. Deinde singulis abstinentiae et probitatis studium praescribit, ut inde bona quaeque et felicitatem consequantur, et sancit, ne cuiquam injuriam faciant aut foedera violent, neve fundamentum legis quodcunque subruant; ad regnum enim stabiliendum tutissimam aperit viam. Haec potiora sunt eorum, quae *Abu'lkheir* habet, qui eam in partibus philosophiae practicae specialibus posuit; ratione tamen, qua hoc fecit, ad *Ilm siyáset el-molúk* est referenda, vel potius ad res, de quibus in quaestionibus hujus doctrinae sermo est. Mea sententia autem objectum hujus doctrinae id habere convenit, quod philosophi in libris de dispositionibus bellicis (*El-Teábi El-Harbiyet*) tradunt. In hac enim doctrina de ordinibus die proelii committendi instruendis, de peculiaribus formarum aciei conditionibus et de rationibus certo loco certos milites disponendi quaeritur. Ejus consilium et finis summus haud quemquam latent, et milites instar corporum, dispositiones instar animorum esse dicunt, et quando animi corpora inhabitant, spiritus inde prodit vitalis. Ita enim Deus constituit, ut quivis exercitus recta ratione dispositus

فيه بعض الكبار رسآئل ظفرت ببعضها ولله الحمد وسيأتى علم التعابى وانّه هو ترتيب العساكر كما عرّفه به ذلك الفاضل

٢٨٩٢ ترجمان الاشواق وروضة العشاق للشيخ ابى الفتح محمد الاسكندرانى الشافعى الوفآئى نزيل المزّة من قرى دمشق اوله الحمد لله الذى جلّ عن الكيف والاين الخ ومختصره فى مجلّد اوله الحمد لله الملك الخلاق الفتاح الرزاق الخ ٢٨٩٣ ترجمان الاشواق فى الغزل والنسيب المنسوب الى الشيخ محيى الدين محمد بن على ابن عربى المتوفى سنة ٦٣٨ صدر عنه فى شهر رجب وشعبان ورمضان سنة ٦١١ وشرحه وسمّاه فتح الذخآئر والاغلاق ذكر فيه انّه نظمه بمكة فى حال اعتماره واشار بها الى معارف ربانيّة وانوار آلهيّة واسرار روحانيّة وجعل العبارة عن ذلك بلسان الغزل والتشبيب لتعشّق النفوس بهذه العبارات فيتوفّر الدواعى الى الاصغآء اليها وذكر انّ سبب شرحه سؤال صاحبه ابى محمد عبد الله بن بدر الحبشى وولده البار اسمعيل بن سودكين النورى بحلب وقد قرأه عليه الكمال ابو القاسم ابن العديم القاضى بحلب

victor ex acie reducatur. — De hac arte vir quidam princeps tractatus composuit, quorum nonnullos, Deo sit laus, assecutus sum. Infra de doctrina *El-Teábi* dicetur, quae ex definitione illius viri bene meriti dispositio est exercituum.

2892. Turjemán el-ashwác we Raudhet el-oshshác, interpres cupiditatum et hortus amantium, auctore Sheikh *Abu'lfat'h Mohammed Iskenderáni Wefái* Shafiita, vici Damasceni *Mizzá* inquilino. Incipit ita: Laus Deo, qui nimis sublimis est, quam ut quaestiones: Quomodo et ubi? in eum cadant etc. Ejus epitome uno volumine comprehensa incipit ita: Laus Deo regi bene creanti, aperienti, abunde largienti etc. — 2893. Turjemán el-ashwác, interpres cupiditatum de carmine amatorio et laudatorio. Hic liber Sheikho *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali Ibn Arabi*, anno 638 (inc. 23. Jul. 1240) mortuo, attribuitur, qui eum mensibus Rejeb, Shabán et Ramadhán anni 611 (inc. 13. Mai. 1214) edidit, et postea commentatus est, commentariumque *Fat'h el-dzekhâïr we el-aghlác* inscripsit. Narrat hic se carmen Mekkae, cum ibi visitationem sacram perageret, condidisse. Indicavit autem in eo cognitiones dominicas, lumina divina et secreta spiritualia, et ad hoc exprimendum usus est lingua carminum amatoriorum et laudativorum, cum animi hanc dicendi rationem cupide appetant, ita ut incitamenta ad eam fovendam plurima adsint. Caussam, cur opus commentatus sit, hanc fuisse dicit, quod discipulus *Abu Mohammed Abdallah Ben Bedr Habeshi* et filius pius *Ismaíl Ben Sudekín Nuri* Halebi commemorans, coram quo *Kemál-ed-dín Abu'lcásim Ibn-eladím* judex Halebensis librum legerit, commentarium abs se petierint.

وكان فراغه من الشرح فى شهر ربيع الاخر سنة ٩١٢ بمدينة آق سراى ٢٨٩٤ ترجمان البلاغة
فارسى لفرخى الشاعر جمع فيه الصنائع البديعيّة ٢٨٩٥ ترجمان التراجم على ابواب البخارى
يأتى فى الجامع الصحيح ٢٨٩٦ ترجمان الدستور ٢٨٩٧ ترجمان الزمان لصارم الدين [ابرعيم
ابن] محمد ابن دقماق المتوفى سنة ٧٩٠ رتّب على الحروف ٢٨٩٨ ترجمان الزمان لجمال الدين
ابن المهنى العلوى ٢٨٩٩ ترجمان شعب الايمان لسراج الدين عمر بن رسلان البلقينى الشافعى
[المتوفى سنة ٨٠٥] اوله الله احمد لا اله الّا هو الخ ٢٩٠٠ ترجمان الصحاح فى اللغة يأتى
٢٩٠١ ترجمان القرآن فى لغاته ولعلّه هو تراجم الاعاجم ٢٩٠٢ ترجمان القرآن فى تفسير المسند
للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ وهو كبير فى خمس
مجلّدات ٢٩٠٣ ترجمان اللغة للشيخ على بن نصرة بن داود وهو مجلّد اوله الحمد لله الذى
فضّل لسان العرب بفصاحة والبيان الخ جمع الاسمآء والافعال والحروف على ترتيب التهاجى بالحركات

Eum Rebí secundo anni 616 (inc. 19. Mart. 1219) in urbe *Acseráï* ad finem adduxit. — 2894. Turjemán el-belághet, interpres eloquentiae. Opus persicum, in quo *Ferrukhi* Poëta artificia rhetorica collegit. — 2895. Turjemán el-terájim, interpres biographiarum secundum capita libri *Bokhárii*, *El-Jámi' El-Sahíh* inscripti, de quo infra videatur. — 2896. Turjemán el-destúr, interpres canonis. — 2897. Turjemán el-zemán, interpres temporis, auctore *Sárim-ed-dín* [*Ibrahím Ben*] *Mohammed Ibn Ducmác*, anno 790 (inc. 11. Jan. 1388) mortuo. Opus ad literas alphabeti dispositum. — 2898. Turjemán el-zemán, interpres temporis, auctore *Jemál-ed-dín Ibn-elmohanna Alewi*. — 2899. Turjemán shoab el-imán, interpres variarum fidei sectarum, auctore *Siráj-ed-dín Omar Ben Raslán Bolckeini* Shafiita, [anno 805 (inc. 1. Aug. 1402) mortuo]. Incipit ita: Laudo Deum, non est Deus nisi ille etc. — 2900. Turjemán El-Sehháh, interpres operis lexicologici *Sehháh*, de quo infra videatur. — 2901. Turjemán El-Coran, interpres Corani de ejus dictionibus variarum dialectorum. Fortasse hoc opus idem est cum *Terájim el-aájim*. — 2902. Turjemán El-Coran, interpres Corani de explicatione libri *Masnad*. Opus magnum quinque voluminum, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 2903. Turjemán el-loghat, interpres linguae, qui ita incipit: Laus Deo, qui linguam arabicam eloquentia et vi rhetorica praetulit etc. Volumen, in quo Sheikh *Ali Ben Nosra Ben Daoud* nomina, verba et particulas, quae tres vocales admittunt, ad ordinem alphabeti collegit,

الثلاث وبوّبه اربعًا وثمانين بابًا من الالف الى الياء ٢٩٠٤ ترجمان اللغة بالتركيّة ثلاث مجلّدات لپير محمد بن يوسف الانقروى جمعه من الجوهرى والمغرب وغيرهما على ثمانية وعشرين بابًا ٢٩٠٥ ترجمان المترجم بمنتهى الارب فى لغة الترك والعجم والعرب للفاضل شهاب الدين احمد بن محمد ابن عربشاه الدمشقى الحنفى المتوفى سنة ٨٥٤ ٢٩٠٦ الترجمان فى الشعر ومعانيه للشيخ محمد بن احمد البصرى النحوى المعروف بالعجيج المتوفى سنة ٣٢٠ ٢٩٠٧ الترجمان فى التفسير ذكره العلّامة فى حاشية الكشاف ٢٩٠٨ ترجمة الاحكام فى الفروع فارسى لمحيى السنة حسين بن مسعود البغوى المتوفى سنة ٥١٦ ٢٩٠٩ ترجمة البلقينى للقاضى جلال الدين احمد بن عبد الرحمن بن عمر البلقينى المتوفى سنة ٨٢٤ ذكر فيه اخبار جدّه السراج عمر المذكور ٢٩١٠ ترجمة الجلال البلقينى لاخيه علم الدين صالح البلقينى المتوفى سنة ٨٦٨ ٢٩١١ ترجمة السلفى لابى المظفر محمد بن احمد الابيوردى المتوفى سنة ٥٠٧ وهو

---

et totum in octoginta quatuor capita disposuit a litera *Elif* usque ad *Yá*. — 2904. Turjemán el-loghet, interpres linguae. Tria volumina turcice scripta, quae *Pír Mohammed Ben Yusuf Anckirewi* ex *Jauheri*, *Moghrab* et aliis operibus congessit et in viginti octo capita distribuit. — 2905. El-Turjemán El-Motarjím, interpres, qui maxime necessaria interpretatur in lingua Turcarum, Persarum et Arabum, auctore bene merito *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Ibn Arabsháh Dimeshcki* Hanefita, anno 854 (inc. 14. Febr. 1450) mortuo. — 2906. El-Turjemán fi el-shi'r we meánihi, interpres de carminibus et eorum sententiis, auctore Sheikh *Mohammed Ben Ahmed Basri* Grammatico, vulgo *Ajáj* dicto et anno 320 (inc. 13. Jan. 932) mortuo. — 2907. El-Turjemán fi el-tefsír, interpres. Commentarius coranicus, quem doctissimus *Zamakhsheri* in margine operis *Keshsháf* laudat. — 2908. Tarjemet el-ahkám, interpretatio statutorum de partibus juris specialibus, auctore *Mohyi el-sunnet Hosein Ben Mes'úd Beghewi*, anno 516 (inc. 12. Mart. 1122) mortuo. Persice. — 2909. Tarjemet El-Bolckeini, vitae descriptio *Bolckeinii*, in qua Cádhi *Jelál-ed-dín Ahmed Ben Abd-el-rahman Ben Omar Bolckeini*, anno 824 (inc. 6. Jan. 1421) mortuus, historiam avi *Siráj-ed-dín Omar* modo laudati narrat. — 2910. Tarjemet El-Jelál El-Bolckeini, biographia *Jelál-ed-dini Bolckeini*, edita ab ejus fratre *Ilm-ed-dín Sálih Bolckeini*, anno 868 (inc. 15. Sept. 1463) mortuo. — 2911. Tarjemet El-Silefi, biographia *Silefii*, auctore *Abu'lmotzaffer Mohammed Ben Ahmed Abiwerdi*, anno 507 (inc. 18. Jun. 1113)

جزء فى اخبار الحافظ المذكور ٢٩١٢ ترجمة النووى والبلقينى للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ وهو اربع ورقات ٢٩١٣ ترجيح البيّنات للمولى محمد بن مصطفى الوانى الحنفى المتوفى سنة ...ا هو رسالة مفيدة وللمولى الغانم فيه رسالة ايضا ٢٩١٤ [ترجيح لحديث صلوة التسبيح للشيخ الحافظ شمس الدين محمد بن عبد الله الشهير بابن ناصر الدين المتوفى سنة ٨٤٢] ٢٩١٥ ترجيح مذهب ابى حنيفة للشيخ الامام ركن الاسلام ابى عبد الله محمد بن يحيى بن مهدى الجرجانى [المتوفى سنة ٣٩٧ تفقّه عليه القدورى هو] مختصر اوله اللهم انا نسئلك العصمة من البدع والزلل الخ وفيه النكت الظريفة للشيخ اكمل يأتى فى الفنون وللشيخ ابى منصور عبد القاهر بن طاهر البغدادى الشافعى المتوفى سنة ٤٢٩ كتاب فى ردّ كتاب الجرجانى قال ابن الصلاح وكلّ واحد منهما لم يخل كلامه عن ادعآء ما ليس له والتشنيع بما لم يوبه مع وهم كثير انتهى ٢٩١٦ ترجيح والموازنة

---

mortuo. Fasciculus de historia *Háfitzi* modo laudati. — 2912. Tarjemet El-Newewi we El-Bolckeini, biographia *Newewíi* et *Bolckeiníi*. Quatuor folia, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 2913. Tarjíh el-bayyinát, demonstrationes evidentes ceteris praeferendae, auctore Molla *Mohammed Ben Mustafa Wáni* Hanefita, anno 1000 (inc. 9. Oct. 1591) mortuo. Tractatus bonae frugis, cui similem Molla *Ghánim* composuit. — 2914. [Tarjíh li hadíth selát el-tesbíh, priores traditioni de precatione *Tesbíh* delatae, auctore Sheikh Háfitz *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abdallah*, vulgo *Ibn Násir-ed-dín* dicto et anno 842 (inc. 24. Jun. 1438) mortuo. — 2915. Tarjíh madzhab Abi Hanífa, secta *Abu Hanífae* ceteris praeferenda, auctore Sheikh et Imám *Rokn-el-islám Abu Abdallah Mohammed Ben Yahya Ben Mehdi Jorjáni*, [anno 397 (inc. 27. Sept. 1006) mortuo, cujus auspiciis *Codúri* jurisprudentiam studuerat]. Compendium, quod ita incipit: O Deus, nos abs te praesidium contra res novas et errores petimus etc. Eandem rem liber Sheikhi *Akmal*, *El-Noket El-Tzerífet* inscriptus, de quo in litera *Nún* videatur, tractat, et Sheikh *Abu Mansúr Abd-el-cáhir Ben Táhir Baghdádi* Shafiita, anno 429 (inc. 14. Oct. 1037) mortuus, opus ad librum *Jorjánii* refutandum composuit, attamen, teste *Ibn-elsaláh*, utriusque sermo non immunis est ab accusationibus, quae adversarium non attingunt, et a criminationibus rerum infamantibus, quae alteri non in mentem venerant. Praeterea in multas hallucinationes inciderunt. Haec ille. — 2916. El-Tarjíh we El-Mowázenet, praestantia et comparatio,

لابى الحسن بن ابى عمرو التوقاتى ٢٩١٧ ترجيح على التلويح يأتى ٢٩١٨ ترجيز العيون فى المعانى والبيان ٢٩١٩ ترجيز المصباح يأتى فى الميم ٢٩٢٠ الترخيص فى الاكرام بالقيام لذوى الفضل والمزية من اهل الاسلام للامام محيى الدين يحيى بن شرف النووى الشافعى المتوفى سنة ٦٧٦

٢٩٢١ علم الترسّل

من فروع علم الانشآء لانّ هذا بطريق جزئى وذلك بطريق كلّى وهو علم يذكر فيه احوال الكاتب والمكتوب اليه من حيث الادب والاصطلاحات الخاصّة الملائمة لكلّ طآئفة ومن حيث العبارات التى يجب الاحتراز عنها مثل الاحتراز عن الدعآء للمحذورات بقولهم ادام الله حراستها لمكان لفظ الحر والاست وعن ذكر لفظ القيام كقولهم الى قيام الساعة وامثال ذلك وموضوعه وغايته وغرضه ظاهرة للمتأمّل ومباديه اكثرها بديهيّة

auctore *Abu'lhasan Ben Abi Amru Tocáti.* — 2917. El-Tarjíh ala el-talwíh, priores prae opere *Talwíh* delatae. Vide infra. — 2918. Tarjíz el-oyún, loci primarii metro *Rejez* compositi, de sententiis et expositione. — 2919. Tarjíz El-Misbáh, opus *Misbáh* metro *Rejez* exaratum. Videatur in litera *Mím.* — 2920. El-Tarkhís fi el-ikrám bi'lckiyám, levamen in honoribus surgendo iis inter Mohammedanos tribuendis, qui meritis et excellentia praestant, auctore Imám *Mohyi-ed-dín Yahya Ben Sheref Newewi* Shafiita, anno 676 (inc. 4. Jun. 676) mortuo. —

2921. Ilm el-tarassol. Doctrina epistolarum scribendarum.

Haec specialis pars est doctrinae *Inshá* sive stili pedestris elegantis. Illam inter et hanc enim ea ratio intercedit, quae inter speciale et universale. Tractat autem regulas, quae inter scribentem et eum, cui scribitur, observandae sunt, quatenus genus orationis exquisitius terminologiaeque propriae, quae cuivis ordini conveniunt, et dictiones respiciuntur, a quibus cavendum est, ut inter illas formulas, quibus calamitates deprecamur, verba evitanda sunt *adáma Allaho hirásataho* i. e. praestet ei Deus tuitionem perennem; nam locus hic datur verba *hirr* (pudendum muliebre) et *ist* (nates) pronunciandi — vel verbum *ckiyám* (quod et alvi dejectionem significat), exempli gratia in dictione *ila ckiyám el-sáat* i. e. usque ad tempus, quo hora resurrectionis incidit, et quae sunt alia. — Objectum doctrinae, consilium et summus finis eum non latent, qui meditatur. Principia ejus fere omnia sunt ex tempore

وبعضها امور استحسانيّة وله استمداد من الحكمة العمليّة وفيه كتب كثيرة مذكورة فى علم الانشآء

٢٩٢٢ ترشيح فى النحو لسليمان بن محمد ابن الطراوة المالقى المتوفى سنة ٥٢٨ وهو مختصر من المقدّمات على كتاب سيبويه ٢٩٢٣ ترشيح من تعليقات شرح الوقاية لصدر الشريعة يأتى ٢٩٢٤ ترشيح للامام تاج الدين عبد الوهاب ابن السبكى الشافعى المتوفى سنة [٧٧١] ٢٩٢٥ ترصيع الجوهر النقى يأتى فى الجيم ٢٩٢٦ ترصيع فى علم البديع للشيخ برهان الدين ابرهيم بن عمر الجعبرى المتوفى سنة ٧٣٢ ٢٩٢٧ ترصيف فى النحو لابى البقآء عبد الله بن حسين العكبرى النحوى المتوفى سنة ٦١٦ ٢٩٢٨ ترغيب الادب من الحواشى على اوآئل الهداية يأتى ٢٩٢٩ ترغيب الاطفل الى تحصيل العلم والكمال رسالة اولها الحمد لله الذى انزل الهداية الخ ٢٩٣٠ ترغيب اهل الاسلام فى سكنى الشأم للشيخ عزّ الدين عبد العزيز بن عبد السلام [الشافعى

---

sumenda, reliqua ex approbatione pendent, et praesidium ei ex philosophia practica est petendum, multique de ea scripti sunt libri, qui in *Ilm el-inshá* commemorati sunt. —

2922. Tarshíh fi el-nahw, institutio ad grammaticam, auctore *Soleimán Ben Mohammed Ibn-elteráwa Málacki*, anno 528 (inc. 1. Nov. 1133) mortuo. Epitome est introductionum ad librum *Sibaweihi*. — 2923. Tarshíh, institutio. Appendix commentarii ad opus *Wicáyet*, a *Sadr-elsheriat* compositum. Vide infra. — 2924. Tarshíh, institutio, auctore Imám *Táj-ed-dín Abd-el-wehháb Ibn-elsobki* Shafiita, anno [771 (inc. 5. Aug. 1369)] mortuo. — 2925. Tarsí' el-jauher el-necki, margarita exquisita auro intexta. Videatur litera *Jím*. — 2926. Tarsí' fi ilm el-bedí', intextus auri de doctrina ornate dicendi, auctore Sheikh *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Omar Ja'beri*, anno 732 (inc. 4. Oct. 1331) mortuo. — 2927. Tarsíf fi el-nahw, verborum contextus. Opus grammaticum, auctore *Abu'lbecá Abdallah Ben Hosein Okberi* Grammatico, anno 616 (inc. 19. Mart. 1219) mortuo. — 2928. Targhíb el-adab, desiderium institutionis cultioris flagrans. Glossae ad initium operis *Hidáyet*, de quo infra videndum. — 2929. Targhíb el-atfál, desiderium comparationis eruditionis et perfectionis infantibus injectum. Tractatus, qui ita incipit: Laus Deo, qui rectam viam revelavit etc. — 2930. Targhíb ahl-elislám, desiderium Mohammedanis injectum Syriam incolendi, auctore Sheikh *Izz-ed-dín Abd-el-aziz Ben Abd-el-selám* [Shafiita, anno 660 (inc. 26. Nov. 1261)

المتوفى سنة ٦٦٠] ٢٩٣١ ترغيب السامع فى الصلوة على خير شافع للشهاب احمد بن عبد السلام الشافعى الذى ولد سنة ٨٠٧ ٢٩٣٢ ترغيب الصلوة فارسى لمحمد بن احمد الزاهد جمعه من نحو مأئة كتاب ورتّب على ثلثة اقسام الاول فى فرضيّة الصلوة والثانى فى الطهارة والثالث فى نواقض الوضوء ٢٩٣٣ ترغيب الصلوة للامام احمد البيهقى ٢٩٣٤ ترغيب العلم لابى ابرهيم اسمعيل بن يحيى المزنى الشافعى المتوفى سنة ٢٦٤ ٢٩٣٥ ترغيب العلم لابى الفضل محمد بن ابى القاسم البقالى الحنفى ٢٩٣٦ ترغيب المتعلّمين مختصر للشيخ محرم بن پير محمد ابن مريد القسطمونى الواعظ اوله الحمد لله الذى علم القرآن الخ جمعه لترغيب الناس الى العلم والعمل ورتّب على عشرة مطالب ا فى الاعتقاديّات ٢ فى فضل العلم ٣ فى فضل المتعلّم ٤ فى اختيار العلم والاستاد ٥ فى بداية السبق ٦ فى التوكّل ٧ فى الجدّ ٨ فى الورع ٩ فيما يورث الحفظ والنسيان ١٠ فيما يزيد فى الرزق والعمر ٢٩٣٧ ترغيب وترهيب

---

mortuo]. — 2931. Targhíb el-sámi', desiderium audienti injectum de precatione pro optimo deprecatore, auctore *Shehább-ed-dín Ahmed Ben Abd-el-selám* Shafiita, anno 847 (inc. 1. Mai. 1443) nato. — 2932. Targhíb el-selát, desiderium precandi. Opus persicum, quod *Mohammed Ben Ahmed* asceta ex centum fere libris congessit et in tres partes disposuit — de obligatione precationis — de purificatione — de iis, quibus statuta lustrationis violantur. — 2933. Targhíb el-selát, desiderium precandi, auctore Imám *Ahmed Beihacki*. — 2934. Targhíb el-ilm, desiderium eruditionis, auctore *Abu Ibrahím Ismaíl Ben Yahya Mozeni* Shafiita, anno 264 (inc. 13. Sept. 877) mortuo. — 2935. Targhíb el-ilm, desiderium institutionis, auctore *Abu'lfadhl Mohammed Ben Abi'lcásim Beccáli* Hanefita. — 2936. Targhíb el-moteallimín, liber, quo discentes cupiditate afficiuntur. Compendium, quod Sheikh *Moharrem Ben Pír Mohammed Ben Morád Castemúni* Concionator ad homines cupiditate discendi et agendi incendendos congessit. Incipit ita: Laus Deo, qui docuit Coranum etc., et in decem quaestiones (*Metálib*) dispositum est — de fidei confessionibus — de praestantia scientiae — de praestantia discentis — de delectu scientiae et praeceptoris — de initio studiorum — de fiducia in adipiscenda doctrina — de studio fervidiore — de temperantia in statu discendi — de modis, quibus tenacitas memoriae et oblivio acquiritur — de iis, quae bona et vitam adaugent. — 2937. Targhíb we Tarhíb, liber quo homines ad bona excitantur et a malis

للشيخ الامام الحافظ زكى الدين ابى محمد عبد العظيم بن عبد القوى المنذرى المتوفى سنة ٦٥٦ وهو كتاب كريم كبير فى مجلّدين اوله الحمد لله المبدئ المعيد الخ ذكر انّه الّفه حاويًا لما تفرّق فى غيره من الكتب مقتصرًا على ما ورد صريحًا فى الترغيب والترهيب وذكر الحديث بعزوه الى من رواه من اصحاب الكتب المشهورة كالصحيحين والسنن الاربعة وبعض المسانيد ثمّ اشار الى صحّة اسناده وحسنه او ضعفه وافرد للراوى المختلف فيه بابًا فى اخر الكتاب ذكرهم مرتّبًا على الحروف وذكر الاحاديث فى خمسة وعشرين كتابًا على ترتيب المصابيح ثمّ لخّصه الحافظ شهاب الدين ابو الفضل احمد بن على ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ وعلى الاصل تعليقة للبرهان ابرهيم بن محمد الناجى الدمشقى [المتوفى سنة ٩٠٠] ٢٩٣٨ ترغيب وترهيب للشيخ الامام قوام السنة ابى القاسم اسمعيل بن محمد [الطلحى] الاصفهانى المتوفى سنة ٥٣٥ قال المنذرى واستوعبت جميع ما فى كتاب ابى القاسم الاصفهانى ممّا لم يكن فى الكتب المذكورة وهو قليل واضربت عن ذكر ما فيه من الاحاديث المتحقّقة الوضع انتهى وذكر فيه

---

absterrentur, auctore Sheikh et Imám Háfitz *Zekí-ed-dín Abu Mohammed Abd-el-atzím Ben Abd-el-cawi Mondziri*, anno 656 (inc. 8. Jan. 1258) mortuo. Opus nobile et magnum, quod plura volumina continet et ita incipit: Laus Deo incipienti et restituenti etc. Se id ita confecisse narrat, ut, quae in ceteris libris dispersa essent, complecteretur et in iis acquiesceret, quae diserte et plane de illa excitatione et terrore traderentur. Traditiones quoque commemorat, sed ita ut auctores librorum notorum, quales sunt duo *Sahíh*, quatuor *Sonen* et nonnulla *Mosnad*, qui illas tradiderunt, nominet. Deinde indicat, utrum earum auctoritas vera et probabilis, an sublestae fidei sit, et ad finem libri eos relatores, qui dissentiunt, in singulari capite commemorat secundum ordinem literarum dispositos, traditionesque in viginti quinque libris refert ad dispositionem, quam opera *Mesábih* sequuntur. Postea potiorem libri partem Háfitz *Shehán-ed-dín Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuus, separatim edidit, et *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Mohammed Náji Dimeshcki*, [anno 900 (inc. 2. Oct. 1494) mortuus], appendicem composuit. — 2938. Targhíb we Tarhíb, liber, quo homines cupiditate boni incenduntur et a malo absterrentur, auctore Sheikh et Imám *Ckiwám el-sunnet Abu'lcásim Ismail Ben Mohammed* [*Telhi*] *Isfaháni*, anno 535 (inc. 17. Aug. 1140) mortuo. *Mondziri:* Omnia; inquit, quae in libro *Abu'lcásimi Isfaháni* leguntur neque in operibus modo laudatis commemorantur, in unum collecta effudi, attamen haud multa sunt, et ab iis traditionibus ibi prolatis abstinui, quarum confictio certa est. — Haec ille. — Praeterea

ايضا انّ من تقدّم من العلمآء اساغوا التساهل فى انواع من الترغيب والترهيب حتى انّ كثيرًا منهم ذكروا الموضوع ولم يتنبّهوا على حاله ١٩٣٩ ترغيب وترهيب لابى موسى المدنى ولابن زنجويه [حميد بن مخلّد بن قتيبة الازدى المتوفى سنة ٢٤٨] .١٩٤٠ ترغيب فى الفروع للامام ابى بكر [فخر الاسلام] محمد بن احمد القفّال الشاشى الشافعى المتوفى سنة ٥٠٧ وهو مجلّد يتضمّن فروعًا بادلّتها ١٩٤١ ترغيبات تركى منظوم للشيخ عدلى الفه سنة ١٠٢٢ ١٩٤٢ ترف الفضيلة فى نتف اللحية الطويلة لمحمد بن احمد بن رضوان المتوفى سنة ٧٢٥ ١٩٤٣ ترقيف الاسل فى تصفيف العسل لمجد الدين محمد بن يعقوب الفيروزابادى المتوفى سنة ٨١٧ وهو مختصر ١٩٤٤ ترقيص لمحمد بن العلى ١٩٤٥ الترقّى الى منازل الابرار فى كيفيّة العمل فى الليل والنهار ١٩٤٦ تركيب الادوية لابى جعفر احمد بن محمد الطبيب المتوفى سنة ٣٦٠.

---

viros doctos praecedentes mutuam negligentiam admisisse monet in generibus rerum, quae ad bona excitant et a malis deterrent, ita ut multi incerta et ficta proferrent, neque tamen eorum rationem animadverterent. — 2939. Targhíb we Tarhíb, liber, qui ea continet, quae ad bona excitant et a malis deterrent, auctoribus *Abu Musa Medeni* et *Ibn Zinjaweih* [*Homeíd Ben Mokhalled Ben Coteiba Azdi*, anno 248 (inc. 7. Mart. 862) mortuo]. — 2940. Targhíb fi el-forú', cupiditas injecta de partibus juris specialibus, auctore Imám *Abu Bekr* [*Fakhr el-islám*] *Mohammed Ben Ahmed Caffál Sháshi* Shafiita, anno 507 (inc. 18. Jun. 1113) mortuo. Volumen, quod partes juris speciales cum earum argumentis complectitur. — 2941. Targhíbát, cupiditates injectae. Carmen turcicum, quod Sheikh *Adli* anno 1022 (inc. 11. Febr. 1613) composuit. — 2942. Taraf el-fadhílet, commoditas praestantiae de longa barba evellenda, auctore *Mohammed Ben Ahmed Ben Ridhwán*, anno 725 (inc. 18. Dec. 1324) mortuo. — 2943. Tarckíc el-asal, hastae attenuatae de transfusione mellis de uno vase in alterum. Compendium, auctore *Majd-ed-dín Mohammed Ben Yacúb Firuzábádi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuo. — 2944. Tarckís, saltatio instituta, auctore *Mohammed Ben-elali*. — 2945. El-Taraccki ila menázil el-abrár, adscensus ad gradus justorum de ratione die nocteque operandi. — 2946. Tarkíb el-adwiyet, compositio medicamentorum, auctore *Abu Ja'far Ahmed Ben Mohammed* Medico, anno 360 (inc. 5. Nov. 970) mortuo. —

٢٩٤٧ علم تركيب الاشكال

يعنى اشكال بسآئط الحروف وسيأتى بيانه

٢٩٤٨ تركيب الانسان لبقراط ٢٩٤٩ تركيب العين فى الكحالة

٢٩٥٠ علم تركيب المداد

وهو علم يبحث فيه عن تركيب انواع المداد من السواد والحمرة والصفرة وسآئر الالوان ذكره ابو الخير فى الشعبة الخامسة من فروع العلم الطبيعى ولا يخفى انّه من قبيل تكثير السواد وتضييع القرطاس والمداد لانّه امر صناعىّ جزئى لا يعدّ مثله علمًا الّا لبلغ العلوم الى الوف

٢٩٥١ ترويح الظامى فى تبرئة الحجامى لمحمد بن ابرهيم الحلبى المعروف بابن الحنبلى فى ردّ روح الله القزوينى فى تشنيعه على الحجامى ٢٩٥٢ ترويح الارواح فى تهذيب الصحاح للجوهرى يأتى ٢٩٥٣ ترويح الارواح فى الطبّ لحكيم الدين محمود

2947. Ilm tarkíb el-ashkál. Doctrina figuras componendi i. e. figuras simplicium elementorum literarum, cujus descriptio accuratior infra sequetur. —

2948. Tarkíb el-insán, compositio hominis, auctore Hippocrate. — 2949. Tarkíb el-ain, compositio oculi, de oculorum curatione. —

2950. Ilm tarkíb el-midád. Doctrina compositionis atramenti.

Haec est ea doctrina, in qua de compositione variorum atramenti generum, qualia sunt nigrum, rubrum, flavum et aliorum colorum, quaeritur. *Abu'lkheir* eam in ramo quinto libri sui inter doctrinas physiologiae speciales numerat, apparet tamen, eam tantum ad nigredinem augendam et ad chartam et atramentum perdendum conferre. Pertinet enim ad res artificiosas particulares, quales minime in doctrinis numerantur, nisi ad earum numerum infinite augendum.

2951. Tarwiyet el-tzámi, aquatio sitientis de *Jámi* absolvendo. Refutatio, qua *Mohammed Ben Ibrahim Halebi*, vulgo *Ibn-elhanbali* dictus, criminationes a *Rúhallah Cazwíni* in *Jámi* allatas repellit. — 2952. Tarwíh el-arwáh, consolatio spirituum, de *Sehháh Jauherí* recognoscendo. Vide infra. — 2953. Tarwíh el-arwáh, consolatio spirituum. Opus medicum, auctore *Hekím-ed-dín Mahmúd*

التبريزى وله نظمه ايضا ٢٩٥٤ ترويح الارواح فى الطبّ منظومة تركيّة لمحمد بن احمد العلويني التونسى مشتمل على اربعة قوانين ٢٩٥٥ ترويح القلوب بلطائف الغيوب ٢٩٥٦ تريات الفكر لابى الفرج قدامة بن جعفر الكاتب ٢٩٥٧ تريات المحبّين للحافظ تقى الدين ابى الفرج عبد الرحمن بن عبد المحسن الواسطى ٢٩٥٨ تريات لاهل الاستحقاق شرح فيه لحديث الاربعين للجامى مع قطعة عربيّة فى كلّ حديث اوله لحمد لله منزل الكتاب الخ ٢٩٥٩ ترئيس لمن نوزع فى التدريس لابى عبد الله محمد بن سكرة الشافعى ٢٩٦٠ تزكية الارواح عن موانع الافلاح فى الحكمة العمليّة ٢٩٦١ تزيين الآرائك فى ارسال نبينا الى الملائك لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ٢٩٦٢ تزيين الممالك بمناقب الامام مالك للسيوطى المذكور ٢٩٦٣ تساعيّات ابن جماعة هو القاضى عزّ الدين عبد العزيز ابن البدر محمد وهى الاربعون التى خرّجها ابو جعفر بن عبد اللطيف ابن الكويك [الربعى

Tebrízi. Idem illud poëtice exaravit. — 2954. Tarwíh el-arwáh, consolatio spirituum. Poëma turcicum quatuor canones complectens, de medicina, auctore *Mohammed Ben Ahmed Olweini Taunesi.* — 2955. Tarwíh el-colúb, consolatio cordium per arcana spiritualia elegantia. — 2956. Tiryác el-fikr, theriaca cogitationis, auctore *Abu'lfaraj Codáma Ben Ja'far* Scriba. — 2957. Tiryác el-mohibbín, theriaca amantium, auctore Háfitz *Tacki-ed-dín Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Abd-el-mohsin Wásiti.* — 2958. Tiryác li ahl el-istihcác, theriaca iis, qui ea digni sunt, composita. Auctor hic traditiones quadraginta a *Jámi* editas ita commentatus est, ut singulis traditionibus stropha arabica adjiceretur. Incipit ita: Laus Deo, qui librum revelavit etc. — 2959. Teryís, principatus ei traditus, qui in lectionibus oppugnatur, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Sohra* Shafiita. — 2960. Tezkiyet el-arwáh, purgatio spirituum ab impedimentis felicitatis, de philosophia practica. — 2961. Tezyín el-aráïk, exornatio thronorum, de propheta nostro ad angelos mittendo, auctore *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 2962. Tezyín el-memálik, regna virtutibus Imami *Málik* exornata, auctore *Soyúti* modo laudato. — 2963. Tosáiyát Ibn Jemáa, traditiones novenariae i. e. a novem auctoribus deinceps propagatae, auctore Cádhi *Izz-ed-dín Abd-el-azíz Ben-elbedr Mohammed*, vulgo *Ibn Jemáa* dicto. Hae sunt illae quadraginta traditiones, quas *Abu Ja'far Ben Abd-el-letíf Ibn-elkawík* [*Rabaï*, anno 790

المتوفى سنة ٧٩٠] ١٩٩٤ تساعيّات ابن عرفه ١٩٩٥ تساعيّات رضى الدين ابرهيم بن محمد الطبرى المكى المتوفى سنة ٧٢٣ ١٩٩٦ تسديد القواعد فى شرح تجريد العقآئد مرّ ذكره ١٩٩٧ تسديد القوس مختصر من مسند الفردوس يأتى فى الميم ١٩٩٨ تسديد فى شرح التمهيد يأتى قريبًا ١٩٩٩ تسديد فى بيان التوحيد للشيخ شهاب الدين احمد بن محمد الغنيمى الانصارى [المتوفى سنة ١٠٤٤] اوله الحمد لله مخترع جميع الكآئنات بحكمته الخ كتب على قول القآئل

وفى كلّ شىء له آية تدلّ على انّه واحد

٢٠٠٠ تسديد للعلّامة حسام الدين حسين بن على الصغنانى الحنفى المتوفى بعد سنة ٧١١ [قلت هو شرح التمهيد المارّ ذكره] ٢٠٠١ تسريح الناظر فى تعدّد الجمعة للشيخ تقى الدين على بن عبد الكافى السبكى المتوفى سنة ٧٥٦

(inc. 11. Jan. 1388) mortuus], extraxit. — 2964. Tosáíyát Ibn Arafah, traditiones novenariae, ab *Ibn Arafah* editae. — 2965. Tosáíyát Redhí-ed-dín, traditiones novenariae, a *Redhí-ed-dín Ibrahím Ben Mohammed Taberi Mekki*, anno 722 (inc. 20. Jan. 1322) mortuo, collectae. — 2966. Tesdíd el-cawáïd, fundamenta recte constituta. Commentarius operis *Tejríd el-acáïd*, cujus antea mentio est facta. — 2967. Tesdíd el-caus, arcus bene directus. Epitome operis *Misnad el-firdaus*, de quo litera *Mím* videatur. — 2968. Tesdíd, directio. Commentarius operis *Temhíd*, de quo paulo post videatur. — 2969. Tesdíd fi beyán el-tauhíd, directio de expositione doctrinae de uno Deo, auctore Sheikh *Sheháb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Ghanímí Ansári*, [anno 1044 (inc. 17. Jun. 1634) mortuo]. Incipit ita: Laus Deo, sapientia sua res existentes de novo creanti etc. et dictum illud tractat:

In unaquaque re signum est, ostendens illum unum esse.

2970. Tesdíd, directio, auctore doctissimo *Hosám-ed-dín Hosein Ben Alí Sa'náni* Hanefita, post annum 711 (inc. 20. Mai. 1311) mortuo. [Mea sententia hic commentarius est libri *Temhíd* modo laudatus]. — 2971. Tesríh el-nátzir, libera speculantis dimissio de quaestione, quare sabbata sint multiplicia, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Alí Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo.

٢٩٧٢ علم تسطيح الكرة

هو علم يتعرّف منه كيفيّة نقل الكرة الى السطح مع حفظ الخطوط والدوآئر المرسومة على الكرة وكيفيّة نقل تلك الدوآئر عن الدآئرة الى الخطّ وتصوّر هذا العلم عسير جدًّا يكاد يقرب من خرق العادة لكن عملها باليد كثيرًا ما يتولّاه الناس ولا عسر فيه مثل عسر التصوّر انتهى ما ذكره ابو الخير وقد جعله من فروع علم الهيئة وهو من فروع علم الهندسة ودعوى عسر التصوّر ليست على اطلاقه بل هو بالنسبة الى من لم يمارس فى علم الهندسة ومن الكتب المصنّفة فيه كتاب تسطيح الكرة لبطلميوس والكامل للفرغانى والاستيعاب للبيرونى ودستور الترجيح فى قواعد التسطيح لتقى الدين

٢٩٧٣ تسفيه الغبى فى تكفير ابن العربى رسالة للشيخ ابرهيم بن محمد الحلبى المتوفى سنة ٩٥٢ ردّ فيه على السيوطى وجعله ذيلًا على ما علّقه على الفصوص اوله الحمد لله الذى بنعمته تتمّ الصالحات الخ ٢٩٧٤ تسكين الاصطم رسالة لطمطم الهندى ٢٩٧٥ تسلية الحزين من

2972. Ilm testíh el-koret. Doctrina projectionis stereographicae.

Haec est ea doctrina, qua cum ratio, globum in planitiem vertendi, ita tamen, ut lineae et circuli super globo consignata serventur, tum modus cognoscitur, hos circulos e circulo in lineam convertendi. Usus autem hujus doctrinae admodum difficile cogitari potest, et parum abest, quin ad res miras et extraordinarias accedat, attamen homines saepe opus manu aggrediuntur, nec in tantam difficultatem incurrunt, quantam in re animo cogitanda inveniunt. Haec *Abu'lkheir* affert, qui doctrinam in partibus astronomiae specialibus posuit, quae ad doctrinas geometriae speciales pertinet, neque difficultas, qua rei cogitationem obstructam esse statuunt, in universum admitti potest, sed hic tantum in eam incurrit, qui geometriam non callet. — Ad libros de hac doctrina compositos pertinent *Testíh el-koret*, auctore Ptolemaeo — *El-Kámil*, auctore *Ferghání* — *El-Istíáb*, auctore *Birúni* — *Destúr el-terjíh fi cawáïd el-testíh*, auctore *Tacki-ed-dín*. —

2973. Tesfíh el-ghabi, socordis accusatio insipientiae de *Ibn-elarabi* impietate arguendo. Tractatus, in quo Sheikh *Ibrahím Ben Mohammed Halebi*, anno 952 (inc. 15. Mart. 1545) mortuus, *Soyúti* refutat, eumque appendicem esse voluit ad ea, quae ad opus *Fosús* continuandum ediderat. Incipit ita: Laus Deo, cujus gratia bona opera perficiuntur etc. — 2974. Teskín El-Ahtem, placatio *Ahtemi*. Tractatus, auctore *Temtem* Indo. — 2975. Tasliyet el-hazín, consolatio tristis de morte

موت النبيين لشهاب الدين احمد بن يحيى ابن حجلة [التلمسانى الحنفى] المتوفى سنة ٧٧٦

٢٩٧٦ تسلية الخواطر ومعدن الجواهر ٢٩٧٧ تسلية النفوس الزكيّة بوفات محمد خير البريّة للشيخ ابى بكر محمد الحبشى البسطامى مختصر اوله الحمد لله الذى جعل الغنآء ختمًا الخ

٢٩٧٨ التسلّى والاغتباط بثواب من تقدّم من الافراط للحافظ شرف الدين عبد المؤمن بن خلف الدمياطى اورده باسناده والمتون قدر كراسة ومات بالقاهرة سنة ٧٠٥ ٢٩٧٩ التسلّى عن الرزيّة والتحلّى برضآء بارى البرية للامام ابى عبد الله محمد بن عبد الحق بن سليمان التلمسانى فى جزء ٢٩٨٠ التسلّى والتصبّر على ما قضاه الاله من احكام اهل التجبّر والتكبّر للشيخ ابى الحسن على [بن عبد الله المغربى] الشاذلى المالكى [المتوفى سنة ٦٥٦] رسالة اولها الحمد لله موفى الصابرين اجرهم بغير حساب الخ ٢٩٨١ تسمية الاحزاب للشيخ ابى محمد مكى بن ابى طالب [حموش] القيسى ٢٩٨٢ تسمية الاشيآء ٢٩٨٣ تسميط للشيخ

---

prophetarum, auctore *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Yahya Ibn Hejla* [*Tilimsáni* Hanefita], anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) mortuo. — 2976. Tesliyet el-khawátir, levamen mentium et fodina gemmarum. — 2977. Tesliyet el-nofús el-zekíyet, consolatio animarum purarum ob mortem *Mohammed*is, qui optimus est hominum creatorum, auctore Sheikh *Abu Bekr Mohammed Habeshi Bistámi*. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui sufficientiam finem fecit etc. — 2978. El-Tesalli we El-Ightibát, levamen et status felix per remunerationem praematura morte abreptorum, auctore Háfitz *Sheref-ed-dín Abd-el-mumin Ben Khalaf Dimyáti*. Affert hic auctoritates libri et textus in decem fere foliis, et obiit Cahirae anno 705 (inc. 24. Jul. 1305). — 2979. El-Tesalli an el-reziat, levamen aerumnae et delectatio, quam approbatio creatoris rerum creatarum affert. Fasciculus, auctore Imám *Abu Abdallah Mohammed Ben Abd-el-hacc Ben Soleimán Tilimsáni*. — 2980. El-Tesalli we El-Tesabbor, levamen et patientia in iis ferendis, quae Deus de hominibus superbientibus et insolentibus decrevit, auctore Sheikh *Abu'lhasan Ali* [*Ben Abdallah Maghribi*] *Shádzili* Malikita, [anno 656 (inc. 8. Jan. 1258) mortuo]. Tractatus ita incipiens: Laus Deo, qui patientibus mercedem sine calculo dat etc. — 2981. Tesmiyet el-ahzáb, denominatio particularum Corani *Ahzáb* dictarum, auctore Sheikh *Abu Mohammed Mekki Ben Abi Tálib* [*Hamúsh*] *Caisi*. — 2982. Tesmiyet el-ashyá, denominatio rerum. — 2983. Tesmít, silentium. Tractatus, auctore Sheikh

جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ رسالة ٢٩٨٤ تسوية التوجّه
الى الحقّ ٢٩٨٥ [تسهيل السبيل الى كشف الالتباس عمّا دار من الاحاديث بين الناس
للشيخ غرس الدين محمد بن احمد الخليلى المتوفى سنة ١٠٥٧] ٢٩٨٦ تسهيل العروض الى علم
العروض للشيخ عبد الملك بن جمال الدين بن صدر الدين بن عصام الدين [المتوفى سنة
سبع وثلثين بعد الالف] مختصر اوله الحمد لله تعالى على افضاله الخ ٢٩٨٧ تسهيل الصالحى
هو محلول الزيج الالوغ بكى يأتى ٢٩٨٨ تسهيل طريق الوصول الى الاحاديث الزآئدة
على جامع الاصول يأتى فى الجيم ٢٩٨٩ تسهيل الفوآئد وتكميل المقاصد للشيخ جمال الدين
ابى عبد الله محمد بن عبد الله المعروف بابن مالك الطآئى الجيانى النحوى المتوفى سنة ٦٧٢
وهو مجلّد اوله حامد الله ربّ العالمين الخ لخّصه من مجموعته المسمّاة بالفوآئد وهو كتاب جامع
لمسآئل النحو بحيث لا يفوت ذكر مسئلة من مسآئله وقواعده ولذلك اعتنى العلمآء بشأنه
فصنّفوا له شروحًا منها شرح المصنّف وصل فيه الى باب مصادر الفعل يقال انّه كمّله وكان كاملا

Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 2984. Teswiyet el-tewajjoh, complanatio viae, qua ad Deum migratur. — [2985. Tes'híl el-sebíl, complanatio viae ad dubia de traditionibus iis removenda, quae inter homines tritae et sparsae sunt, auctore Sheikh *Ghirs-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Khalíli*, anno 1057 (inc. 27. Jan. 1647) mortuo]. — 2986. Tes'híl el-orúdh, complanatio viae ad prosodiam, auctore Sheikh *Abd-el-melik Ben Jemál-ed-dín Ben Sadr-ed-dín Ben Isám-ed-dín*, [anno 1037 (inc. 2. Sept. 1627) mortuo]. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo Excelso pro ejus beneficiis etc. — 2987. Tes'híl El-Sálihi, complanatio a *Sálihi* edita i. e. solutio sive explicatio tabularum astronomicarum *Olúgh Beki*, de quibus infra videatur. — 2988. Tes'híl taríc el-wosúl, complanatio viae, qua ad traditiones pervenitur, quae ad opus *Jámi' el-osúl* accesserunt. Videatur in litera *Jím*. — 2989. Tes'híl el-fewáïd, complanatio institutionum et perfectio consiliorum, auctore Sheikh *Jemál-ed-dín Abu Abdallah Mohammed Ben Abdallah Táyi Jayyáni* Grammatico, vulgo *Ibn Málik* dicto et anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuo. Volumen ita incipiens: Is qui Deum mundorum dominum laudat etc., quod potiorem partem ex suo opere majori *Fewáïd* inscripto excerpsit. Hoc autem quaestiones grammaticas totas ita complectitur, ut neque quaestio ulla neque regula primaria omissa sit, quam ob caussam multi viri docti in tractando hoc libro occupati fuerunt et commentarios in eum scripserunt, ut auctor ipse, qui vero tantum ad caput de nominibus actionis progressus est, licet

عند تلميذه الشهاب الشاغورى فلمّا مات المصنّف ظنّ انّه يجلسونه مكانه فلمّا خرجت عنه الوظيفة تألّم فاخذ الشرح معه وتوجّه الى اليمن غضبًا على اهل دمشق وبقى الشرح مجزومًا بين اعلبا ثمّ كمّله ولده بدر الدين محمد المتوفى سنة ٦٨٦ من المصادر الى اخر الكتاب وكمّله ايضا صلاح الدين خليل بن ايبك الصفدى المتوفى سنة ٧٦٤ ومن الشروح شرح الشيخ العلّامة اثير الدين ابى حيان محمد بن يوسف [بن حيان] الاندلسى المتوفى سنة ٧٤٥ لخّص فيه شرح المصنّف وتكملة ولده وسمّاه التخييل الملخّص من شرح التسهيل وله شرح آخر على الاصل سمّاه التذييل والتكميل وهو شرح كبير فى مجلّدات اوله الحمد لله المنفرد بشريف الاختراع الخ اورد فيه اعتراضات على المصنّف ثمّ جرّد احكام هذا الشرح فى ارتشافه ومن جملة ما اورده قوله قد اكثر هذا المصنّف الاستدلال بما وقع فى الاحاديث على اثبات القواعد الكلّيّة فى لسان العرب وما رأيت احدًا من المتقدّمين والمتأخّرين سلك

---

ille commentarium absolvisse, eumque *Shehâb-ed-dîn Shághûri* ejus discipulus perfectum in manibus habuisse dicatur. Auctore mortuo hic sibi illius munus mandatum iri opinatus est; qua spe cum excidisset, dolore affectus est ita, ut commentario secum ablato in Jemanam proficisceretur incolis Damasci iratus, qua de caussa commentarius illis abruptus remansit. Postea ejus filius *Bedr-ed-dîn Mohammed*, anno 686 (inc. 16. Febr. 1287) mortuus, eum a nominibus actionis ad finem complevit, quod et *Salâh-ed-dîn Khalîl Ben Ibek Safedi*, anno 764 (inc. 21. Oct. 1362) mortuus, fecit. Porro Sheikh eruditissimus *Athîr-ed-dîn Abu Hayyân Mohammed Ben Yusuf* [*Ben Hayyân*] *Andalusi*, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) mortuus, librum commentatus est, ita tamen, ut commentarium auctoris et filii complementum potiorem partem excerperet, librumque *El-Tekhyîl el-molakhkhes min sharh El-Tes'hîl* inscripsit. Idem alium commentarium magnum plurium voluminum, titulo *El-Tedzyîl we El-Tekmîl* insignitum, ad archetypum edidit, qui ita incipit: Laus Deo, qui unicus est in facultate perfecta et nobili de novo creandi etc., ibique auctori in nonnullis locis repugnat. Tum vero praecepta hujus commentarii argumentis exuit in ea parte, ubi omnia diligenter delibata exhauserat, et ex iis, quae attulit, fuerunt haec: Iste auctor nimius fuit in argumentis ex iis, quae in traditionibus occurrunt, ducendis ad regulas universales in lingua Arabum constituendas, nec ullum vidi inter majores et posteriores, qui eandem viam ingressus sit, praeter illum. Hanc enim rationem eam ob caussam

هذه الطريقة غيره وانّما تركوا ذلك لعدم وثوقهم انّ ذلك لفظ الرسول صلعم اذ لو وثقوا بذلك لجرى مجرى القرآن فى اثبات القواعد الكلّيّة وذلك لامرين احدهما انّ الرواة جوّزوا النقل بالمعنى والثانى انّه وقع اللحن كثيرًا فيما روى من الحديث لانّ كثيرًا من الرواة كانوا غير عرب بالطبع وقد قال لنا القاضى بدر الدين ابن جماعة وكان ممّن اخذ عن ابن مالك قلت له يا سيدى هذا الحديث رواية عن الاعاجم ووقع فيه من روايتهم ما يعلم انّه ليس من لفظ الرسول صلعم فلم يجب بشىء انتهى ومنها شرح العلّامة جمال الدين عبد الله بن يوسف ابن هشام النحوى [الحنبلى] المتوفى سنة ٧٦٢ وهو فى عدّة مجلّدات سمّاه التحصيل والتفصيل لكتاب التذييل والتكميل وله غير هذا عدّة حواشى عليه وشرح العلّامة بدر الدين محمد بن محمد الدمامينى وهو شرح ممزوج متداول اوله اللهم اياك نحمد على نعم توجّهت الآمال الخ ذكر انّه لمّا قدم فى اواخر شعبان سنة ٨٢٠ الى كنبايتة من حاضرة الهند وجد فيها هذا الكتاب مجهولًا لا يعرف واتّفق ان استصحبه معه قرآه بعض

---

non inierunt, quod prophetam hac vel illa voce usum esse non confidebant, cum, si fidem habuissent, Sunna eundem locum obtineret quem Coranus in regulis universalibus constituendis. Ob duplicem vero caussam non confidebant; primum enim relatores traditiones secundum sententiam tantum proferendi sibi licentiam sumserunt, et deinde traditionibus relatis multa insunt pronunciationis vitia, cum magnus relatorum numerus minime Arabes essent origine. Cádhi *Bedr-ed-dín Ibn Jemáa*, qui unus discipulorum *Ibn Málik*i fuit, nobis se huic dixisse narravit: Mi domine, haec traditio a Persis relata est, interque eorum traditiones sunt, quas minime a propheta ita profectas esse scimus. — Ad quod *Ibn Málik* nihil respondit. — Haec ille. — Hunc secuti sunt doctissimus *Jemál-ed-dín Abdallah Ben Yusuf Ibn Hishám* Grammaticus [Hanbalita], anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuus, cujus commentarius plura volumina explet et *El-Tehsíl we El-Tefsíl li kitáb El-Tedzyíl we El-Tekmíl* inscriptus est. Idem plures glossarum appendices ad eum edidit — doctissimus *Bedr-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Demámini*, cujus commentarius multum lectus textum admixtum habet et ita incipit: O Deus, Te laudamus pro beneficiis, quorum spes alimus etc. Auctor se, cum sub finem mensis Shabán anno 820 (inc. 18. Febr. 1417) *Kembáyet* urbem Indiae venisset, ibi hunc librum oblivione deletum et ignotum deprehendisse et id convenisse narrat, ut eum comitem sibi assumeret. Tum studiosorum aliquem, qui

الطلبة والتمس منه شرحه فشرحه وذكر فى خطبته ابا الفضل احمد شاه ابن السلطان مظفر شاه وسمّاه تعليق الفرائد [قلت له شرحان اخران احدهما يسمّى شرح المصريّة الّفه بمصر وثانيهما شرح ممزوج وصل الى حرف القاف] وشرح الشيخ شهاب الدين احمد بن يوسف الشهير بالسمين الحلبى المتوفى سنة ٧٥٦ وشرح الشيخ بدر الدين ابى على الحسن بن قاسم ابن على المرادى [المالكى] المصرى المتوفى سنة ٧٤٩ اوله الحمد لله على التوفيق لحمده الخ وشرح الشيخ عبد الله بن عبد الرحمن ابن عقيل المصرى النحوى المتوفى سنة ٧٦٩ وسمّاه المساعد ولم يتمّ [قلت تمام وقد ملكته مرارًا] وهو شرح ممزوج اوله امّا بعد حمد الله تعالى على نعمائه الخ وشرح ابى عبد الله محمد بن احمد بن مرزوق التلمسانى المتوفى سنة ٧٨١ وشرح شمس الدين محمد بن احمد بن قدامة المقدسى المتوفى سنة ٧٤٤ وهو فى مجلّدين وله فيه مناقشات مع ابى حيان فيما اعترضه على المصنّف فى شرحه فى الالفيّة وشرح محمد بن على المعروف بابن هانى السبتى المتوفى سنة ٧٣٣ وشرح محمد بن على

---

eum viderit, abs se, ut ejus commentarium scriberet, petiisse. Quo facto illum commentatus est, et in praefatione commentarii, *Ta'lic el-feráïd* inscripti, *Abu'lfadhl Ahmed Sháh Ibn-elsultán Motzaffer Sháh* laudat. [Duos alios, ut opinor, commentarios praeterea edidit, quorum priorem, quem in Aegypto scripserat, *Sharh El-Misríyet* nominavit. Posteriori, quem ad literam *Fá* tantum absolvit, textum admiscuit] — Sheikh *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Yusuf Halebi*, vulgo *Semín* dictus et anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuus — Sheikh *Bedr-ed-dín Abu Ali Hasan Ben Cásim Ben Ali Morádi Misri* [Malikita], anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuus, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo, qui nobis ad suam laudationem succurrit etc. — Sheikh *Abdallah Ben Abd-el-rahman Ibn Ocail Misri* Grammaticus, anno 769 (inc. 28. Aug. 1367) mortuus, cujus commentarius *El-Mosáïd* inscriptus non ad finem adductus est. [At vero perfectus est, et eum iterum ac saepius possedi]. Textum admixtum habet et incipit ita: Praemissis praemittendis. Laudatus sit Deus Excelsus pro ejus gratia etc. — *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Ben Merzúc Tilimsáni*, anno 781 (inc. 19. Apr. 1379) mortuus — *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Ben Codáma Mocaddesi*, anno 744 (inc. 26. Mai. 1343) mortuus, cujus commentarius duo volumina complectitur et altercationes continet contra *Abu Hayyán* de iis factas, quae in commentario *Alfiyae* auctori objecerat — *Mohammed Ben Ali Sebti*, vulgo *Ibn Háni* dictus et anno 733 (inc. 22. Sept. 1332) mortuus — *Mohammed Ben Ali*

الاربلى [الموصلى] النحوى الذى ولد سنة ٧٣٩ وشرح علآء الدين على بن حسين المعروف بابن الشيخ عوينة الموصلى المتوفى سنة ٧٥٥ وشرح ابى العباس احمد بن سعد العسكرى النحوى المتوفى سنة ٧٥٠ وشرح الشريف ابى عبد الله محمد بن احمد [بن محمد] الحسينى السبتى المتوفى سنة ٧٦٠ سمّاه تقييد الجليل على التسهيل وشرح ابى امامة محمد بن على النقّاش المتوفى سنة ٧٦٣ وشرح محمد بن حسن [بن محمد] المالقى النحوى المتوفى سنة ٧٧١ وشرح ابى العباس احمد بن محمد [الاصبحى] العتابى المتوفى سنة ٧٧٦ وشرح عماد الدين محمد بن الحسين الاسنوى المتوفى سنة ٧٧٧ ولم يكمله وشرح محبّ الدين محمد بن يوسف المعروف بناظر الجيش الحلبى المتوفى سنة ٧٧٨ قرب الى تمامه واعتنى بالاجوبة الجيّدة عن اعتراضات ابى حيان وشرح الشهاب احمد بن محمد الزبيرى الاسكندرى المتوفى سنة ٨٠١ ولم يكمله وشرح عبد القادر بن ابى القاسم العمادى الانصارى المتوفى تقريبًا فى سنة ٨٢٠ وسمّاه هداية السبيل ولم يكمّله وشرح شمس الدين ابى ياسر محمد بن عماد [بن محمد] المالكى المتوفى سنة ٨٤٤

Irbili [*Mausili*] Grammaticus, anno 736 (inc. 21. Aug. 1335) natus — *Alá-ed-dín Ali Ben Hosein Mausili*, vulgo *Ibn-elsheikh Oweina* dictus et anno 755 (inc. 26. Jan. 1354) mortuus — *Abu'labbás Ahmed Ben Sa'd Askeri* Grammaticus, anno 750 (inc. 22. Mart. 1349) mortuus — Sherif *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed* [*Ben Mohammed*] *Hoseini Sebti*, anno 760 (inc. 3. Dec. 1358) mortuus, cujus commentarius *Tecyíd el-jelíl ala El-Tes'híl* inscriptus est — *Abu Omáma Mohammed Ben Ali Naccásh*, anno 763 (inc. 31. Oct. 1361) mortuus — *Mohammed Ben Hasan* [*Ben Mohammed*] *Málacki* Grammaticus, anno 771 (inc. 5. Aug. 1369) mortuus — *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed* [*Asbahi*] *Attábi*, anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) mortuus — *Imád-ed-dín Mohammed Ben-elhosein Esnewi*, anno 777 (inc. 2. Jun. 1375) mortuus, qui commentarium non confecit — *Mohibb-ed-dín Mohammed Ben Yusuf Halebi*, vulgo *Nátzir el-jeish* dictus et anno 778 (inc. 21. Mai. 1376) mortuus, qui paene commentarium ad finem adduxit eique egregia responsa ad ea, quae *Abu Hayyán* contra dixerat, studiose inseruit — *Sheháb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Zobeiri Iskenderi*, anno 801 (inc. 13. Sept. 1398) mortuus, qui commentarium non ad finem adduxit — *Abd-el-cádir Ben Abi'lcásim Imádi Ansári*, circa annum 820 (inc. 18. Febr. 1417) mortuus, qui commentarium *Hidáyet el-sebíl* inscripsit, at imperfectum reliquit — *Shems-ed-dín Abu Básir Mohammed Ben Imád* [*Ben Mohammed*] Malikita, anno 844

وسمّاه بجلاب المؤآيد وشرح جلال الدين محمد بن احمد المحلى المتوفى سنة ٨٦٤ ولم يكمّله وشرح محمد بن احمد بن عبد الهادى فى مجلّدين ناقش مع ابى حيان فى اعتراضاته على المصنّف [قلت هو مكرّر لانّه هو ابن قدامة السابق ذكره كما ذكره السيوطى فى الطبقات] وشرح محمد بن على بن علال الحلبى النحوى المتوفى سنة ٩٣٣ ونظم التسهيل لشهاب الدين احمد بن يهود الدمشقى المتوفى سنة ٨٠٠ ومختصر التسهيل المسمّى بالقوانين لعزّ الدين محمد ابن ابى بكر ابن الجماعة المتوفى سنة ٨١٩ ٢٩٩٠ تسهيل المقاصد لزوّار المساجد للشيخ شهاب الدين احمد بن العماد [بن يوسف] الاقفهسى الشافعى المتوفى سنة ٨٠٨ ٢٩٩١ تسهيل المنافع فى الطبّ والحكمة المشتملة على شفآء الاجسام وكتاب الرحمة للشيخ ابرهيم بن عبد الرحمن بن ابى بكر الازرق اوله الحمد لله المتعالى عن الانداد الخ ذكر فيه انّه جمع فيه بين هذين الكتابين وزاد عليهما من اللغط لابن الجوزى وبرء الساعة ويذكر

(inc. 2. Jun. 1440) mortuus, qui commentarium *Juláb el-mewáïd* inscripsit — *Jelál-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Mahalli*, anno 864 (inc. 28. Oct. 1459) mortuus, qui commentarium non absolvit — *Mohammed Ben Ahmed Ben Abd-elhádi*, qui in commentario duobus voluminibus comprehenso *Abu Hayyán*um ob ea, quae contra auctorem disputaverat, oppugnat. [Haec repetitionem continent, nam hic, teste *Soyúti* in *Tabacát*, idem *Ibn Codáma* est, cujus mentio supra facta est] — et *Mohammed Ben Ali Ben Hilál Halebi* Grammaticus, anno 933 (inc. 8. Oct. 1526) mortuus. *Tes'hil* metrice exaratum est a *Shehab-ed-dín Ahmed Ben Yehúd Dimeshcki*, anno 820 (inc. 18. Febr. 1417) mortuo, et ejus epitomen *Cawánin* inscriptam *Izz-ed-dín Mohammed Ben Abi Bekr Ibn-eljemáa*, anno 819 (inc. 1. Mart. 1416) defunctus, edidit. — 2990. Tes'hil el-mecásid, complanatio propositorum in commodum eorum, qui Mesquitas visitant, scripta a Sheikh *Shehab-ed-dín Ahmed Ben-elimád* [*Ben Yusuf*] *Acfahesi* Shafiita, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuo. — 2991. Tes'hil el-menáfi', allevatio utilitatum de medicina et philosophia, quae libros *Shifá el-ajsám* et *Kitáb el-rahmet* complectitur, auctore Sheikh *Ibrahím Ben Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Azrac.* Incipit ita: Laus Deo, qui nimis altus est, quam ut sui similes habeat etc. Se hic utrumque illum librum conjunxisse narrat, ita ut plura, quae *Ibn-eljauzi* monuerat, et quae de sanatione extemporali dicuntur, adderet.

السويدى وغيره ٢٩٩٢ تسهيل الميقات فى علم الاوقات تركى لمصطفى بن على الموقّت بالجامع السليمى مختصر على خمسة وعشرين بابًا ٢٩٩٣ تسهيل النصر وتعجيل الظفر للشيخ الامام ابى الحسين على بن محمد بن حبيب الماوردى الشافعى [المتوفى سنة ٤٥٠] ٢٩٩٤ تسهيل الوقوف على غوامض احكام الوقوف لزين الدين عبد الرؤف المناوى الشافعى الفه سنة ٩٩٩ ٢٩٩٥ تسهيل فى الطبّ تركى لحاجى پاشا الايديني رتّب على ثلاثة اقسام ا فى جزئى العلمى والعملى ٢ فى الاغذية والاشربة والادوية ٣ فى اسباب الامراض وعلاماته ٢٩٩٦ تسهيل فى شرح لطائف الاشارات يأتى ٢٩٩٧ تسييرات الكواكب للكندى مختصر على فصول وابواب ٢٩٩٨ التشابه لابى العميثل عبد الله بن خليد [الكاتب المتوفى سنة ٢٤٠ وقيل ست واربعين]

Laudat etiam *Soweidi* et alios. — 2992. Tes'híl el-mícát, allevatio rationis tempus statuendi de doctrina temporum (diei et noctis). Compendium turcicum in viginti quinque capita digestum, auctore *Mustafa Ben Ali*, basilicae *Selími* astronomo. — 2993. Tes'híl el-nasr, allevatio victoriae et festinatio triumphi, auctore Sheikh et Imám *Abu'lhosein Ali Ben Mohammed Ben Hebíb Máwerdi* Shafiita, [anno 450 (inc. 28. Febr. 1058) mortuo]. — 2994. Tes'híl el-wocúf, liber, quo intelligentia obscuriorum praeceptorum quadratorum talismanicorum allevatur. *Zein-ed-dín Abd-el-rawuf Monáwi* Shafiita eum anno 999 (inc. 20. Oct. 1590) composuit. — 2995. Tes'híl fi el-tibb, allevatio. Opus medicum a *Háji Pasha Eidini* turcice scriptum et in tres partes divisum — de praeceptis particularibus theoreticis et practicis — de cibis, potibus et medicamentis — de caussis et signis morborum. — 2996. Tes'híl, complanatio, Commentarius operis *Letáïf el-i'shárát*, de quo infra videatur. — 2997. Tesyírát el-kewákib, cursus et motus stellarum, auctore *Kindi*. Compendium in sectiones et capita distributum. — 2998. El-Te'sháboh, assimilatio mutua, auctore *Abu'lameithel Abdallah Ben Khalíd* [Scriba, anno 240 (inc. 2. Jun. 845) sive ut alii volunt, anno 246 (inc. 28. Mart. 860) mortuo]. —

٢٩٩٩ علم تشبيه القرآن واستعاراته

ذكره المولى ابو الخير من فروع علم التفسير وقال والتشبيه نوع من اشرف انواع البلاغة انتهى فهو اذا من مباحث علم البيان كما لا يخفى

٣٠٠٠ التشبيه لاحمد بن عثمان التركماني [تاج الدين العلّامة] المتوفى سنة ٧٤٤

٣٠٠١ تشحيذ الاذهان في ردّ قدر الامكان يأتي في القاف ٣٠٠٢ تشديد الاركان من ليس في الامكان ان يبدع ممّا كان للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ هو من كلام الامام الغزالي في الاحياء ولمّا اعترض عليه البقاعي صنّف في ردّه ثمّ صنّف البقاعي ردًّا عليه وسمّاه تنديم الاركان وسيأتي

٣٠٠٣ علم التشريح

هو علم باحث عن كيفيّة اجزاء البدن وترتيبها من العروق والاعصاب والغضاريف والعظام واللحم وغير ذلك من احوال كلّ عضو وموضوعه اعضاء بدن الانسان والغرض والفائدة ظاهرة

2999. Ilm teshbíh El-Coran we istiárátihi. Doctrina similitudinum et metaphorarum Corani,

quam Molla *Abu'lkheir* in doctrinis specialibus exegesis coranicae posuit, idemque doctrinam similitudinum inter genera eloquentiae nobilissima numerat. Haec ille. — At ea certe, ut apparet, ad quaestiones doctrinae expositionis pertinet. —

3000. El-Teshbíh, assimilatio, auctore [doctissimo *Táj-ed-dín*] *Ahmed Ben Othmán Turkemáni*, anno 744 (inc. 26. Mai. 1343) mortuo. — 3001. Teshhídz el-adzhán, exactio mentium de refutatione operis *Cadr el-imkán*, de quo litera *Cáf* videatur. — 3002. Teshdíd el-arkán, confirmatio columnarum propositionis: Quod existere potest, mirabilius esse nequit eo, quod vere existit, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Illa propositio profecta est ab Imám *Ghazáli* in opere *Ihya' el-olúm*, qui, cum *Becáï* ipsi contradixisset, refutationem composuit, ad quam *Becáï* alia, *Tehdím el-arkán* inscripta, respondit. Vide infra. —

3003. Ilm el-teshríh. Doctrina anatomiae.

Haec doctrina de ratione partium corporis earumque dispositione quaerit, quales sunt venae, nervi, cartilagines, ossa, caro et alia singulorum membrorum elementa. Objectum ejus sunt membra corporis humani, et finis et utilitas apparent. Libri

وكتب التشريح اكثر من ان يحصى ولا انفع من تصنيف ابن سينا والامام الرازى ورسالة لابن همام مختصر نافع فى هذا الباب انتهى ما ذكره ابو الخير وجعله من فروع علم الطبيعى والرسالة المذكورة ليست لابن همام وانّما هى لابن الجماعة وقد قرأها ابن الهمام عليه وقال ابن صدر الدين هو علم بتفاصيل اعضآء الحيوان وكيفيّة نضدها وما اودع فيها من عجآئب الفطرة وآثار القدرة ولهذا قيل من لم يعرف الهيئة والتشريح فهو عنين فى معرفة الله انتهى واكثر كتب الطبّ متكفّل لبيان هذا العلم سوى ما فيه من التصانيف المستقلّة المصوّرة

٣٠٠٤ تشريح فى الفروع ٣٠٠٥ تشنيف الاسماع بمسآئل الاجماع فى الفروع للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ٣٠٠٦ تشنيف الاسماع باحكام السماع للشيخ جمال الدين [محمود بن عابد] الصرخدى التميمى [الحنفى المتوفى سنة ٩٧٤] ٣٠٠٧ تشنيف الاسماع بشرح احكام الجماع للشيخ عبد القادر بن محمد بن احمد الشاذلى

---

anatomici omnem numerum excedunt, nec ulli utiliores sunt libris *Ibn Sínae* et Imámi *Rázi*. Tractatus *Ibn Hemmámi* quoque compendium utile est hujus scientiae. Haec sunt, quae *Abu'lkheir* profert, qui eam in doctrinis specialibus physicae posuit. Ille tractatus autem minime *Ibn Hemmám* auctorem habet, sed potius *Ibn-eljemáa*, coram quo *Ibn-elhemmám* eum legerat. *Ibn Sadr-ed-dín* eam definit ita, ut sit doctrina de partibus membrorum animalium distinctis, de ratione earum compositionis, de creationis miraculis et potentiae divinae monumentis in iis depositis, quam ob caussam dici solet: Qui astronomiam et anatomiam ignorat, hic hospes est impotens in cognitione Dei. Haec ille. — Major pars librorum medicinalium expositionis hujus doctrinae legem sibi scribit, exceptis operibus, quae eam separatim tractant et figuris ornata sunt. —

3004 Teshríh fi el-forú', consectio accurata de partibus juris specialibus. — 3005. Teshníf el-asmá', aures quaestionibus de consensu communi in specialibus juris partibus tanquam inauribus ornatae, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 3006. Teshníf el-asmá', aures statutis musicae exornatae, auctore Sheikh *Jemál-ed-dín* [*Mahmud Ben Abid*] *Sarkhedi Temími* [Hanefita, anno 974 (inc. 19. Jul. 1566) mortuo]. — 3007. Teshníf el-asmá', aures commentario statutorum consensus communis tanquam inauribus exornatae, auctore Sheikh *Abd-el-cádir Ben Mohammed Ben Ahmed*

المؤذن وهو مختصر على مقدّمة وثلثة ابواب وخاتمة اوله الحمد لله وسلام على عباده الذين اصطفى الخ ذكر انّه شرح فيه مجموع الامام الحافظ ابى بكر ابن العربى المالكى تلميذ الغزالى وهو جامع لفصل فرآئض الجماع وسننه وآدابه ٣٠٠٨ تشنيف الاسماع لزين الدين ابى حفص عمر بن احمد الشماع الحلبى المتوفى سنة ٩٣٦ ٣٠٠٩ تشنيف السمع بتعديد السبع رسالة لجلال الدين السيوطى المذكور ٣٠١٠ تشنيف المسامع فى شرح جمع الجوامع يأتى فى الجيم ٣٠١١ تشنيف المسمع فى شرح المجمع فى الفروع يأتى فى الميم ٣٠١٢ تشوّق نامه ايلخانى فارسى لنصير الدين محمد بن محمد الطوسى مختصر اوله الحمد لله فاطر الصنائع الخ رتّب على اربع مقالات ا فى المعدنيّات ٢ فى الاحجار ٣ فى الفلزات ٤ فى العطريّات ٣٠١٣ تشويق الحرمين للامام فضل الله بن القاضى نصير الكسآئى ٣٠١٤ تشويق الساجد ٣٠١٥ التشويق فى البيت العتيق للشيخ جمال الدين محمد بن المحبّ احمد بن

Shádzili aedituo. Compendium in praefationem, tria capita et conclusionem dispositum et ita incipiens: Laus Deo et pax super ejus cultoribus, quos elegit etc. Se hic dicit opus *Mejmú'* Imámi Háfitz *Abu Bekr Ibn-elarabi* Malikitae, *Ghazálii* discipuli, explicuisse; hoc autem ea continet, quae praestantiam statutorum de consensu communi, ejus traditiones et leges spectant. — 3008. Teshníf el-asmá', aurium exornatio, auctore *Zein-ed-dín Abu Hafs Omar Ben Ahmed Shemmá' Halebi*, anno 936 (inc. 5. Aug. 1529) mortuo. — 3009. Teshníf el-sam'i, auris enumeratione rerum septenariarum exornata. Tractatus, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti* modo laudato. — 3010. Teshníf el-mesámi', exornatio aurium. Commentarius operis *Jam' el-jewámi'*, de quo litera *Jím* videatur. — 3011. Teshníf el-masma', exornatio auris. Commentarius operis *Mojmi'* de partibus juris specialibus, cujus in litera *Mím* mentio fiet. — 3012. Te'shawwoc-námeh Ilkháni, liber cupiditatis imperialis. Compendium a *Nasír-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Tusi* persice scriptum, quod ita incipit: Laus Deo artium opifici etc., et in quatuor dissertationes divisum est — de metallis — de lapidibus — de scoriis — de aromatis. — 3013. Teshwíc el-haramein, excitatio cupidinis utramque urbem sanctam visendi, auctore Imám *Fadhlallah Ben-elcádhi Nasír Kisái*. — 3014. Teshwíc el-sájid, excitatio cupidinis ejus, qui Deum adorat. — 3015. El-Teshwíc, excitatio cupidinis, de delubro Mekkano, auctore Sheikh *Jemál-ed-dín Mohammed Ben-elmohibb Ahmed*

عبد الله الطبرى المكى الشافعى ٣٠١٦ التشويق الى وصل التعليق وفى نسخة الى المبهم من التعليق من متعلّقات لجامع الصحيح للبخارى يأتى ٣٠١٧ تشييد الاركان ويروى تشديد الاركان فى ليس فى الامكان ابدع ممّا كان للسيوطى وقد مرّ ٣٠١٨ تصاريف الافعال وهو افعال ابن قوطية وقد مرّ ٣٠١٩ تصاريف التصاريف ٣٠٢٠ تصاريف الدهر فى تعاريف الزجر لتاج الدين على بن محمد المعروف بابن الدريهم الموصلى المتوفى سنة ٧٦٢ ٣٠٢١ تصحيح الآثار لمحمد بن شجاع الثلجى الحنفى فقيه العراقين المتوفى سنة ٢٦٦ ٣٠٢٢ تصحيح الايمان لابى الشجاع ٣٠٢٣ تصحيح التجنيز يأتى قريبًا ٣٠٢٤ تصحيح التنبيه يأتى ايضا ٣٠٢٥ تصحيح الحاوى يأتى ٣٠٢٦ تصحيح المذهب لعماد الدين محمد بن الحسين الاسنوى الشافعى المتوفى سنة ٧٧٧ ٣٠٢٧ تصحيح المصابيح يأتى ٣٠٢٨ تصحيح المنهاج

Ben Abdallah Taberi Mekki Shafiita. — 3016. El-Teshwíc, excitatio cupiditatis semper glossas scribendi, sive ut in alio exemplo legitur, earum rerum, quae in glossis dubii et obscuri sensus sunt. Appendix est ad opus *Bokhárí*, *El-Jámi' El-Sehíh* inscriptum, de quo infra videatur. — 3017. Teshyíd el-arkán, sive ut alii volunt, *Teshdíd el-arkán*, confirmatio columnarum propositionis: Quod existere potest, mirabilius esse nequit eo, quod vere existit, auctore *Soyúti*. Vide supra. — 3018. Tesáríf el-af'ál, flexus verborum i. e. operis *Af'ál* ab *Ibn-elcutíya* scripti. Vide supra. — 3019. Tesáríf el-tesáríf, flexiones flexionum. — 3020. Tesáríf el-dahr, vicissitudines temporis de definitionibus augurii, auctore *Táj-ed-dín Ali Ben Mohammed Mausili*, vulgo *Ibn-el-doreihim* dicto et anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuo. — 3021. Tes'híh el-athár, correctio traditionum, auctore *Mohammed Ben Shojá' Thelji* Hanefita, utriusque Iracae jurisconsulto, anno 266 (inc. 23. Aug. 879) mortuo. — 3022. Tes'híh el-ímán, correctio fidei, auctore *Abu'lshojá'*. — 3023. Tes'híh el-ta'jíz, correctio operis *Ta'jíz*, de quo paulo infra videatur. — 3024. Tes'híh El-Tenbíh, correctio operis *Tenbíh*. Vide pariter infra. — 3025. Tes'híh El-Háwi, correctio operis *Háwi*. Vide infra. — 3026. Tes'híh el-madzhab, correctio sectae, auctore *Imád-ed-dín Mohammed Ben-elhosein Esnewi* Shafiita, anno 777 (inc. 2. Jun. 1375) mortuo. — 3027. Tes'híh el-mesábíh, correctio operis *Mesábíh*. Vide infra. — 3028. Tes'híh el-minháj, correctio

يأتى ٣٠٢٩ التصحيح لصلوة التسبيح لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١

٣٠٣٠ علم التصحيف

وهذا من انواع البديع حقيقة لكن بعض الادبآء افردوه بالتصنيف وجعلوه من فروعه وموضوعه الكلمات المصحّفة التى وردت عن البلغآء فبهذا الاعتبار يكون من فروع المحاضرات وفآئدته وغرضه ومنفعته ظاهرة قال عبد الرحمن البسطامى أوّل من تكلّم فى التصحيف الامام على كرّم الله وجهه ومن كلامه فى ذلك خراب البصرة بالريح بالرآء والحآء المهملتين بينهما آخر الحروف قال الحافظ الذهبى ما علم تصحيف هذه الكلمة الّا بعد المآئتين من الهجرة يعنى خراب البصرة بالزنج بالزاى والنون والجيم وللامام فى هذا العلم صنآئع بديعة ومن امثلة التصحيف قولهم متى يعود اشارة الى رجل اسمه مسعود وقس عليه نظآئره ومن الكتب

---

operis *Minháj*. Vide infra. — 3029. El-Tes'híh li salát el-tesbíh, correctio precationis *Tesbíh*, auctore *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. —

3030. Ilm el-tes'híf. Doctrina lusus literarum.

Pertinet ea revera ad genera doctrinae ornate dicendi, nonnulli tamen philologi eam in operibus singularibus tractarunt inque partibus illius doctrinae specialibus posuerunt. Objectum ejus sunt verba logogriphice dicta et dicenda, quae ab eloquentibus procedunt, ita ut, quod ad hoc attinet, ea partem constituat doctrinae anthologicae. Vis ejus ad discendum commoda, consilium et utilitas neminem latent. *Abd-el-rahman Bistámi*: Primus, inquit, qui verbis logogriphicis locutus est, Imám *Alí* fuit, quem Deus honorifice et benigne tractet. Hic enim v. c. ad excidium Basrae indicandum verbis aenigmaticis usus est: Vastatio Basrae per ventum (*bi'lrih*), et, ut Háfitz *Dzehebi* dicit, hoc effatum aenigmaticum non nisi post duo secula intelligebatur; voluit enim vastationem Basrae per *Zinj* (*bi'lzinj*, notis criticis leviter mutatis) significare. Imám *Alí* artificia hujus generis egregia et rara edidit, et similis literarum lusus in verbis „*mata yaúd*“ quando redibit? cernitur ad virum significandum, cui nomen *Mes'úd* est. Ex his cetera hujus generis dijudicanda sunt. Ad libros autem

المصنّفة فيه كتاب التصحيف للامام ابى احمد الحسن بن عبد الله [بن سعيد] العسكرى الاديب المتوفى سنة ٣٨٢ الذى جمع فيه فاوعب

٣٠٣١ التصحيف والتحريف لابى الفتح عثمان بن عيسى البلطى المتوفى سنة ٥٩٩

٣٠٣٢ علم التصرّف بالاسم الاعظم

ذكره المولى ابو الخير من فروع علم التفسير وقال وهذا العلم قلّما وصل اليه احد من الناس خلا الانبيآء والاولياآء ولهذا لم يصنّفوا فى شأنه تصنيفًا بعين هذا الاسم لانّ كشفه على آحاد الناس لا يحلّ اصلًا اذ فيه فساد العالم وارتفاع نظام بنى آدم انتهى ومن التصانيف المفردة فيه جواب من استفهم

٣٠٣٣ تصرّف فى التصوّف للشيخ علآء الدين على بن اسمعيل القونوى [الشافعى الاصولى] المتوفى سنة ٧٢٩ اظنّ انّه من شروح التعرّف ٣٠٣٤ التصريف لمن عجز عن التأليف فى الطبّ

---

de hac doctrina scriptos pertinet *Kitáb el-tes'híf* Imámi *Abu Ahmed Hasan Ben Abdallah* [*Ben Saíd*] *Askeri* Philologi, anno 382 (inc. 9. Mart. 992) mortui, qui quae huc spectant omnia collegit.

3031. El-Tes'híf we El-Tehríf, ars logogriphice et anagrammatice loquendi, auctore *Abu'lfat'h Othmán Ben Isa Beleti*, anno 599 (inc. 20. Sept. 1202) mortuo.

3032. Ilm el-tesarrof bi'lism el-atzam. Doctrina nomen Dei maximum ad mira perpetranda sibi subjiciendi.

Molla *Abu'lkheir* eam doctrinam specialem facit exegesis coranicae, et: Vix fieri potest, inquit, ut mortalium quis, exceptis prophetis et sanctis Dei amicis, eam unquam assequatur, eandemque ob caussam nullum opus de ejus dignitate hoc ipso nomine inscriptum composuerunt; ejus enim manifestatio nulli hominum unquam conceditur, cum inde mundi corruptio et ordinis humani generis ruina pendeat. Haec ille. — In operibus de hac doctrina separatim scriptis numeratur *Jewáb man istafhama*. —

3033. El-Tesarrof fi el-tesawwof, libera dispositio de Sufismo, auctore Sheikh *Alá-ed-dín Ali Ben Ismaíl Cunewi* [Shafiita et principiorum doctore], anno 729 (inc. 5. Nov. 1328) mortuo. Hoc opus unum commentariorum esse puto libri *Tearrof*. — 3034. El-Tesríf liman ajaza an el-talíf, concessio ei data, qui componere

مجلّد للشيخ ابى القاسم خلف بن عبّاس [الاندلسى] الزهراوى [المتوفى بعد الاربعمأئة] جعله على ثلثين مقالة اكثرها فى الادوية المركّبة على طريقة الكناشات [وهو كتاب كثير الفآئدة]

٣٠٣٥ علم التصريف

وهو علم يبحث فيه عن الاعراض الذاتيّة لمفردات كلام العرب من حيث صورها وهيئاتها كالاعلال والادغام اى المفردات الموضوعة بالوضع النوعى ومدلولاتها والهيئات الاصليّة العامّة للمفردات والهيئات التغييريّة كبيان المعتلّات قبل الاعلال وبعد الاعلال وكيفيّة تغييرها عن هيئاتها الاصليّة على الوجه الكلّى بالمقاييس الكلّيّة كصيغ الماضى والمضارع ومعانيهما ومدلولاتهما وموضوعه الصيغ المخصوصة من الحيثيّة المذكورة وغرضه تحصيل ملكة يعرف بها ما ذكر من الاحوال وغايته الاحتراز عن الخطأ من تلك الجهات ومباديه مقدّمات مستنبطة من تتبّع استعمال العرب واوّل من دوّن علم التصريف ابو عثمان المازنى

---

haud valet. Volumen de medicina in triginta dissertationes digestum, quarum plures ad methodum operum *Kunnáshát* a Syris editorum de medicamentis compositis agunt, auctore Sheikh *Abu'lcásim Khalaf Ben Abbás* [*Andalusi*] *Zahráwi* [initio seculi quinti mortuo. Liber est magnae utilitatis]. —

3035. Ilm el-tesríf. Doctrina flexus formarum.

Haec est ea doctrina, in qua de accidentibus essentialibus simplicium verborum linguae arabicae quaeritur, ratione habita eorum formarum et modificationum, quales sunt permutatio literarum infirmarum et insertio. Intelligenda autem sunt verba simplicia primitus ita posita, ut speciem constituant, eorumque notiones, quas in hoc vel illo contextu admittunt, et formae principales, quae verbis simplicibus et formis mutationi subjectis communes sunt, ut est expositio verborum infirmorum ante et post permutationem, et ratio, qua illa ex formis suis principalibus modo universali ex analogiis universalibus pendente permutantur, ut sunt formae praeteriti et aoristi, earumque significationes et notiones. Objectum ejus sunt formae peculiares relationi supra laudatae subjectae, ejusque consilium comparatio facultatis, qua status diversi commemorati cognoscuntur, et summus finis evitatio est vitiorum, quae contra has rationes committi possunt, et principia ejus praemissae sunt ex accurata usus Arabum cognitione elicitae. — Primus, qui doctrinam flexus formarum in artis formulam redegit, cum antea grammaticae inserta esset, *Abu Othmán Mázini* fuit. *Abu'lkheir*

وكان قبل ذلك مندرجًا فى علم النحو ذكره ابو الخير وكتب التصريف كثيرة معظمها ما ذكرناه فى هذا المحلّ

٣٠٣٦ تصريف ابن مالك محمد بن عبد الله النحوى المتوفى سنة ٦٧٢ وشرحه حسين ابن اياز النحوى المتوفى سنة ٦٨١ ٣٠٣٧ تصريف الزنجانى [عزّ الدين ابى المعالى ابرهيم ابن عبد الوهّاب بن على الشافعى] المعروف بالعزّى يأتى فى العين ٣٠٣٨ تصريف السيد الشريف على بن محمد الجرجانى المتوفى سنة ٨١٦ وهو فارسى مختصر ٣٠٣٩ تصريف المازنى هو الشيخ ابو عثمان بكر بن محمد النحوى المتوفى سنة ٢٤٨ وشرحه ابو الفتح عثمان ابن جنى النحوى المتوفى سنة ٣٩٢ وهو شرح ممزوج اوله الحمد لله على نعمه الخ وسمّاه المصنّف وعليه حاشية للشيخ يعيش بن على المعروف بابن يعيش النحوى المتوفى سنة ٦٤٣

٣٠٤٠ التصريف الملوكى لابى الفتح عثمان ابن جنى المذكور وهو مختصر لطيف اوله هذه جمل من اصول التصريف الخ وشرحه يعيش المذكور ايضا وشرحه قاسم

---

laudat hanc doctrinam, et opera de ea composita multa sunt, inter quae ea, quae hoc loco laudabimus, prae ceteris elucent.

3036. Tesríf Ibn Málik, flexus formarum, auctore *Mohammed Ben Abdallah* Grammatico, vulgo *Ibn Málik* dicto et anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuo. Commentarium ejus *Hosein Ben Ayáz* Grammaticus, anno 681 (inc. 11. Apr. 1282) defunctus, edidit. — 3037. Tesríf El-Zenjáni, flexus formarum, auctore *Zenjáni* [*Izz-ed-dín Abu'lmeáli Ibrahím Ben Abd-el-wehháb Ben Ali* Shafiita]. Liber, de quo litera *Aïn* videatur, vulgo *Izzi* dicitur. — 3038. Tesríf El-Seyyid El-Sherif, flexus formarum. Compendium persicum, auctore *Seyyid Sherif Ali Ben Mohammed Jorjáni*, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuo. — 3039. Tesríf El-Mázini, flexus formarum, auctore Sheikh *Abu Othmán Bekr Ben Mohammed* Grammatico, vulgo *Mázini* dicto, et anno 248 (inc. 7. Mart. 862) mortuo. *Abu'lfath Othmán Ibn Jinni* Grammaticus, anno 392 (inc. 20. Nov. 1001) mortuus, commentarium libri edidit *Mosannef* inscriptum, qui textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo pro ejus beneficiis etc. Glossas ad eum scripsit Sheikh *Yaísh Ben Ali* Grammaticus, vulgo *Ibn Yaísh* dictus et anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuus. — 3040. El-Tesríf El-Molúki, flexus formarum, ab *Abu'lfat'h Othmán Ibn Jinni* modo laudato principibus scriptus. Compendium elegans, quod ita incipit: Hae sunt summae principiorum flexus formarum grammatici etc. Illud *Yaísh* modo laudatus, *Cásim*

ابن القاسم الواسطى المتوفى سنة ٦٣٩ وابو السعادات هبة الله ابن على بن الشجرى البغدادى المتوفى سنة ٥٤٢

٣٠٤١ علم التصريف بالحروف والاسمآء

قال ابو الخير وهذا علم شريف يتوصّل بالمداومة عليها على شرآئط معيّنة ورياضة خاصّة الى ما يناسب تلك الحروف او الاسمآء من الخواصّ وموضوعه وغايته ظاهر قيل وتحت هذا العلم مأئة وثمانية واربعون علمًا وكتب الشيخ احمد البونى والبسطامى مشهورة فى هذا العلم انتهى وقد جعله من فروع علم التفسير وسيأتى تفصيله فى علم الحروف مع كتبها

٣٠٤٢ تصفّح الادلّة فى اصول الدين لابى الحسين محمد بن على الطبيب البصرى المتوفى فى حدود سنة ٤٠٠ وهو فى مجلّدين ٣٠٤٣ تصفية الافكار لشمس الدين ابى عبد الله محمد بن احمد بن على المعروف بابن الزكى الشافعى المتوفى سنة ٨٠٣

Ben-elcásim Wásiti, anno 626 (inc. 30. Nov. 1228) mortuus, et *Abu'lseádát Hibatallah Ibn Ali Ben-elshejeri Baghdádi*, anno 542 (inc. 2. Jun. 1147) mortuus, commentati sunt. —

3041. Ilm el-tesríf bi'lhorúf we el-asmá. Doctrina literas et nomina ad miros usus sibi subjiciendi.

determinatio cultorum dei et descriptio hominum, auctore Sheikh *Ismaíl Adzreï*. — 3136. Ta'yín el-gharafát, determinatio accurata haustuum in usum ejus, qui fontem montis *Arafát* explorare debet, auctore *Majd-ed-dín Abu Táhir Mohammed Ben Yacúb Firúzábádi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuo. — 3137. El-Ta'yín fi el-tamín, determinatio accurata de dicendo Amen, auctore *Mohammed Ben Abi Bekr Ben Ahmed Mostabsheri*. — 3138. El-Teghallol we El-Itfá, infusio et exstinctio ignis, qui non exstinguitur, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Tractatus ita incipiens: Laus Deo, cujus decretis nemo repugnat etc., in quo ille traditiones de morte liberorum circumlatas profert, easque in sectiones distribuit. Absolvit eum anno 873 (inc. 22. Jul. 1468). — 3139. Taghyír El-Tenckíh, emendatio operis *Tenckíh* de principiis. Vide infra. — 3140. Taghyír El-Miftáh, emendatio operis *Miftáh*, de quo litera *Mím* videatur. — 3141. Toffáh el-nofáh, malum odorem diffundens. Carmen, auctore *Hosein Ben Zein-elabidín* filio viri vulgo *Ibn Omm el-weled* dicti. — 3142. Toffáhet fi el-misáhet, malum de dimensione, auctore *Abu'lhasan Ahmed Ben Mohammed Ben Ibrahím Ash'ari Yemeni* Hanefita Genealogista, anno 500 (inc. 2. Sept. 1106) sive 600 (inc. 10. Sept. 1103) mortuo. — 3143. Toffáhet fi el-nahw, pomum. Opus grammaticum, auctore *Abu Ja'far Ahmed Ben Mohammed Nehhás* Grammatico, anno 338 (inc. 1. Jul. 949) mortuo. — 3144. Toffáhet, pomum, auctore *Abu Omar Mohammed Ben Abd-el-wáhid*, vulgo *Gholám Thaleb*

ثعلب [المتوفى سنة ٣٤٥] ٣١٤٥ تفاريد فى القرآات العشر للبطآئحى ٣١٤٦ تفاسير فى لغة الفرس لحكيم قطران الارموى ٣١٤٧ تفريج الكربة لدفع الطلبة مختصر للشيخ محمد بن ابى السرور البكرى ذكر فى تأريخه انّه الّفه فى وقعة محمد پاشا والى مصر مع عسكر مصر لدفع هذه البدعة سنة ١٠١٧ وقال معنى الطلبة انّ العسكر يأتوا كاشف الاقليم فيقولون له اكتب لنا على الناحية الفلانيّة كذا وكذا فيأمر الكاشف بكتابة ما يقولون ويكتب لهم حقّ الطريق بقولهم سوى كان له صحّة ام لا فدفعه الوزير المذكور ورفع عن الرعايا ٣١٤٨ تفريد فى الفروع للسلطان محمود بن سبكتكين الغزنوى الحنفى ثمّ الشافعى المتوفى سنة ٤٢١ قال الامام مسعود بن شيبة كان السلطان المذكور من اعيان الفقهآء وكتابه هذا مشهور فى بلاد غزنه وهو فى غاية الجودة وكثرة المسآئل ولعلّه نحو ستين الف مسئلة انتهى وفى التاتارخانيّة نقول منه ولمّا رأى انّ مذهب الشافعى اوفق لظواهر الحديث تشفّع بعد ان جمع علمآء المذهبين كما

---

dicto [et anno 345 (inc. 15. Apr. 956) mortuo]. — 3145. Tefárid, observationes singulares de decem Corani recensionibus, auctore *Betáïhi*. — 3146. Tefásír, explicationes, de lingua Persarum, auctore *Catrán Ormawi* Medico. — 3147. Tefríj el-korbet, liber, quo re quaesita denegata moestitia pellitur. Compendium, quod Sheikh *Mohammed Ben Abi'lsorúr Bekri* composuisse in historia sua testatur de certamine, in quod *Mohammed Pasha* Aegypti praefectus anno 1017 (inc. 7. Apr. 1608) cum exercitu Aegyptiorum venerat ad illam rem novam impediendam. Rem autem quaesitam hanc esse dicit, quod milites exactorem regionis adierint clamantes: Assigna nobis hanc summam ab illa provincia solvendam, quam et exactor iis scripto curari jussit, sumtusque viae iis ita assignabantur, ut postulaverant, sive haec postulatio justa fuerit nec ne. At Wezírus ille laudatus eam recusavit subditosque hoc onere liberavit. — 3148. Tefríd fi el-forú', expositio singulas partes persequens de partibus juris specialibus, auctore Sultan *Mahmúd Ben Sebektekín Ghaznewi* Hanefita, et postea Shafiita, anno 421 (inc. 9. Jan. 1030) mortuo. Imám *Mes'úd Ben Sheiba:* Sultan laudatus, inquit, ex praestantissimis fuit jurisconsultis, et hic ejus liber in Ghaznewidarum urbibus admodum inclaruit, cum optime scriptus esset et magnum quaestionum numerum tractaret. Fortasse enim circiter sexaginta millia quaestionum continet. — Haec ille. — Opus *Tatárkhániyet* plura continet ex illo assumta, et cum Sultanus disciplinam Shafiiticam sensui traditionum exteriori et naturali magis convenire videret, doctoribus utriusque disciplinae convocatis, ut *Ibn Khallekán*

ذكره ابن خلّكان ٣١٤٩ تفريد بضوابط قواعد التوحيد للشيخ ابى اسحق ابرهيم بن محمود الشاذلى ٣١٥٠ تفريد فى مختصر التجريد اى تجريد القدورى سبق ذكره ٣١٥١ تفريع فى الفروع لابن الجلاب المالكى مختصره المسمّى بالسهل البديع لابرهيم بن الحسن [ابن على بن عبد الرفيع الربعى] المالكى قاضى تونس المتوفى سنة ٧٣٤

٣١٥٢ علم التفسير

وهو علم باحث عن معنى نظم القرآن بحسب الطاقة البشريّة وبحسب ما يقتضيه القواعد العربيّة ومباديه العلوم العربيّة واصول الكلام واصول الفقه والجدل وغير ذلك من العلوم الجمة والغرض منه معرفة معانى النظم وتأيّدته حصول القدرة على استنباط الاحكام الشرعيّة على وجه الصحّة وموضوعه كلام الله الذى هو منبع كلّ حكمة ومعدن كلّ فضيلة وغايته التوصّل الى فهم معانى القرآن واستنباط حكمه ليفاز به الى السعادة الدنياويّة والاخرويّة وشرف العلم وجلالته

---

testatur, se Shafiitam fecit. — 3149. Tefríd bi dhewábit cawáïd el-tauhíd, liber, quo praecepta accurate et per singulas partes exponuntur, quibus fundamenta doctrinae de uno Deo nituntur, auctore Sheikh *Abu Is'hac Ibrahím Ben Mahmúd Shádzili*. — 3150. Tefríd fi mukhteser El-Tejríd, tractatio singularis. Epitome operis *Tejríd* a *Codúri* compositi, cujus antea mentio facta est. — 3151. Tefrí' fi el-forú', expositio in ramos diffusa, auctore *Ibn-eljelláb* Málikita. Epitomen ejus, *El-Sahl El-Bedí'* inscriptam, *Ibrahím Ben-elhasan* [*Ben Alí Ben Abd-elrefí' Rabaï*], judex Tuneti Malikiticus anno 734 (inc. 12. Sept. 1333) mortuus, edidit. —

3152. Ilm el-tefsír. Doctrina interpretationis coranicae.

Haec est ea doctrina, in qua de sensu contextae orationis Corani quaeritur, quoad hoc pro vi humana et iis, quae regulae linguae arabicae primariae postulant, fieri potest. Initia ejus e doctrinis linguae arabicae, principiis metaphysicae et jurisprudentiae, topica aliisque e toto doctrinarum orbe petuntur. Consilium ejus in cognitione sententiarum orationis contextae cernitur et fructus inde perceptus in comparanda facultate decreta legalia justa via eliciendi. Objectum ejus est verbum divinum, omnis sapientiae fons et cujusvis virtutis fodina, et summus ejus finis in perveniendo ponitur ad sententias Corani intelligendas ejusque statuta secreta elicienda, ut inde felicitas hujus alteriusque vitae comparetur. Nobilitas autem dignitasque doctrinae e

باعتبار شرف موضوعه وغايته فهو اشرف العلوم واعظمها هذا ما ذكره ابو الخير وابن صدر الدين وذكر العلّامة الفناري فى تفسير الفاتحة فصلًا مفيدًا من تعريف هذا العلم ولا بأس بايراده اذ هو مشتمل على لطآئف التعريف قال مولانا قطب الدين الرازى فى شرحه للكشاف هو ما يبحث فيه عن مراد الله من قرآنه المجيد ويردّ عليه انّ البحث فيه ربّما كان عن احوال الالفاظ كمباحث القرآات وناسخيّة الالفاظ ومنسوخيّتها واسباب نزولها وترتيب نزولها الى غير ذلك فلا يجمعها حدّه وايضا يدخل فيه البحث فى الفقه الاكبر والاصغر عمّا يثبت بالكتاب فانّه بحث عن مراد الله تعالى من قرآنه فلا يمنعه حدّه فكان الشارح التفتازانى انّما عدل عنه لذلك الى قوله هو العلم الباحث عن احوال الفاظ كلام الله تعالى من حيث الدلالة على مراد الله تعالى ويردّ على مختاره ايضا وجوه الاوّل انّ البحث المتعلّق بالفاظ القرآن ربّما لا يكون بحيث يؤثر فى المعنى المراد بالدلالة والبيان كمباحث علم القرأة عن امثال التفخيم والامالة الى ما لا يحصى فانّ علم القرأة جزء من علم التفسير افرز عنه لمزيد

---

nobilitate objecti et consilii dijudicanda est, at vero illa omnium doctrinarum nobilissima est et gravissima. Haec quidem *Abu'lkheir* et *Ibn Sadr-ed-dín* monuerunt, et doctissimus *Fenári* in annotatione ad Suratam primam sectionem habet doctam et utilem de hujus doctrinae definitione; attamen haud ex re esset eam hic afferre, cum definitionis subtilitates contineat. Molla noster *Cotb-ed-dín Rázi* in commentario ad *El-Keshsháf*: Hic, inquit, de eo quaeritur, quod sibi Deus in suo glorioso Corano voluerit. Ei tamen objicitur, quaestionem ibi interdum in verborum affectionibus versari, ut in quaestionibus de lectionibus et de natura verborum, quatenus sint abrogantia et abrogata, in caussis eorum revelationis et ordine, quo revelata sunt, quas res minime ejus definitio complectitur. Deinde etiam huc disquisitio pertinet in jurisprudentia majore et minore de iis, quae in libro divino sancita sunt; nam haec quoque quaestio est de iis, quae Deus sibi in Corano voluerit, neque definitio illa hoc excludit. Hanc ob caussam *Teftázáni* interpres missa hac definitione illam amplexus est, qua eam doctrinam esse dicit, quae de affectionibus verborum orationis divinae quaerat, quatenus iis indicantur, quae Deus sibi voluerit. Attamen huic quoque definitioni ab eo probatae varia opponi possunt. *Primum* enim disquisitio, quae verba Corani spectat, interdum ea non est, ut vim in sensum exerceat, qui modo enunciationis et elocutionis intenditur, ut quaestiones, quas critica coranica de rebus instituit, quales sunt pronunciatio emphatica et inflexa, hujusque generis aliae innumerabiles. Critica coranica enim pars est exegesis coranicae, quae ob majorem

الاهتمام افراز الكحالة من الطبّ والفرآئض من الفقه وقد خرج بقيد الحيثيّة ولم يجمعه فان قيل اراد تعريفه بعد افراز علم القرأة قلنا فلا يناسب الشرح المشروح للبحث فى التفسير عمّا لا يتغيّر به المعنى فى مواضع لا يحصى الثانى انّ المراد بالمراد ان كان بمطلق الكلام فقد دخل العلوم الادبيّة وان كان مراد الله تعالى بكلامه فان اريد مراده فى نفس الامر فلا يفيده بحث التفسير لانّ طريقه غالبًا امّا رواية الآحاد او الدراية بطريق العربيّة وكلّاهما ظنّى كما عرف ولانّ فهم كلّ احد بقدر استعداده ولذلك اوصى المشايخ فى الايمان ان يقال آمنت بالله وبما جآء من عند الله على مراده وآمنت برسول الله وبما قاله على مراده ولا يعيّن بما ذكره اهل التفسير ويكرّر ذلك علم الهدى فى تأويلاته وان اريد مراده تعالى فى زعم المفسّر ففيه حزازة من وجهين الاول كون علم التفسير بالنسبة الى كلّ مفسّر بل الى

---

gravitatem ab hac separatur et separatim tractatur, ut ars oculos stibio illinendi et curandi a medicina et jus hereditarium a juris prudentia. Haec autem doctrina specialis non amplius vinculo modalitatis cum disciplina primaria conjuncta est, neque haec illam diutius comprehendit. Quodsi ille dicitur eam definire voluisse critica coranica segregata, expositionem contra dicimus non amplius rei expositae respondere, cum in exegesi coranica de iis quaeratur, quibus sensus in locis innumerabilibus non mutatur. *Deinde* si id, quod verbis „quae Deus sibi voluerit“ exprimitur, oratione in universum indicatum esse volumus, integram certe disciplinarum philologicarum partem constituit. Sin autem id, quod Deus exprimere vult, in oratione consistit, duae res fieri possunt. Sive enim id intenditur, quod per se exprimere voluit; id autem disquisitio exegetica docere non potest. Ejus ratio enim plerumque aut postulat, ut singulorum effata commemorentur, vel ut secundum solas linguae arabicae regulas judicetur, quod utrumque, ut notum est, a sola opinione proficiscitur, aut intelligentia uniuscujusque e modo capacitatis in animo pendet, eamque ob caussam doctores veteres hanc fidei formulam sanxerunt: „Profiteor Deum et ea, quae a Deo auctore voluntati ipsius convenienter repetuntur, et profiteor legatum Dei et ea, quae hic ex Dei voluntate effatus est,“ quod minime iis, quae interpretes statuerunt, accuratius definitur, et idem doctrina viae mysticae variis formis in suis definitionibus allegoricis repetit — sive id verbis „quod Deus sibi voluerit“ exprimi statuitur, quod Deus ex opinione interpretum vult; inde autem sollicitudo paritur a duplici parte. Partim enim doctrina interpretationis coranicae ratione habita cujusvis interpretis vel adeo cujusvis

كلّ احد شيئًا آخر وهذا مثل ما اعترض على حدّ الفقه لصاحب التنقيح وظنّ وروده والّا فانى اجيب عنه بانّ التعدّد ليس فى حقيقة النوعيّة بل فى جزئيّاتها المختلفة باختلاف القوابل وايضا ذكر الشيخ صدر الدين القونوى فى تفسير مالك يوم الدين انّ جميع المعانى المفسّر بها لفظ القرآن رواية او دراية صحيحتين مراد الله لكنّ بحسب المراتب فالقوابل لا فى حقّ كلّ احد الثانى انّ الاذعان تنساق بمعانى الالفاظ الى ما فى نفس الامر على ما عرف فلا بدّ لصرفها عنه من ان يقال من حيث الدلالة على ما يظنّ انّه مراد الله تعالى الثالث انّ عبارة العلم الباحث فى المتعارف تنصرف الى الاصول والقواعد او ملكتها وليس لعلم التفسير قواعد يتفرّع عليها الجزئيّات الّا فى مواضع نادرة فلا يتناول غير تلك المواضع الّا بالعناية فالاولى ان يقال علم التفسير معرفة احوال كلام الله تعالى من حيث القرآنيّة ومن حيث دلالته على ما يعلم او يظنّ انّه مراد الله تعالى بقدر الطاقة الانسانيّة فهذا يتناول اقسام

---

lectoris res alia est; quod simile quid est ei, quod contra definitionem jurisprudentiae ab auctore libri *Tenckih* datam dicitur et contra opinionem, hanc definitionem quasi inspiratam esse. Quodsi ea inspirata non habetur, ego eam ita refuto, ut dicam, divisionem definitionum ejus multiplicem in ejus natura specifica non latere, sed in ejus elementis particularibus, quae pro diversitate capacitatum diversa sunt. Item Sheikh *Sadr-ed-din Cunewi*, ubi verba primae Suratae „regi diei judicii“ explicat, omnes sententias dicit, quae verbis coranicis subjiciuntur vel ex traditione vel ex proprio judicio, re vera et juste voluntatem Dei continere, attamen quod diversos gradus ideoque capacitates attineat, has non in uniuscujusque potestate esse — partim mentes significationibus verborum ad id trahuntur, quod secundum notam verborum significationem in re ipsa latet, ita ut ad eas ab illo vero sensu deflectendas necesse esset, ut opinionem amplecteremur discrepantem ratione modi habita, quo verba id significare possent, quod verum sensum verborum a Deo profectum credimus. — *Denique* dictio doctrinae, quae de usu linguae communi quaerit, ad leges summas et praecepta primaria sive ad firmam et plenam eorum cognitionem spectat; at exegesi coranicae nulla praecepta primaria sunt, e quibus particularia judicari possint, nisi in locis perpaucis, ita ut his locis exceptis, cetera non nisi consilio complectatur. Optimum igitur est dicere: Doctrina interpretationis coranicae cognitio est affectionum orationis divinae, quatenus Coranum spectat. Ratione autem habita facultatis pro vi humana sensum probandi, quem scimus aut opinamur ex voluntate Dei profectum

البيان باسرها انتهى كلام الفناري بنوع تلخيص ثمّ اورد فصولًا فى تقسيم هذا الحدّ الى تفسير وتأويل وبيان الحاجة اليه وجواز الخوض فيهما ومعرفة وجوههما المسمّاة بطونًا او ظهرًا او بطنًا وحدًا فمن اراد الاطلاع على حقائق علم التفسير فعليه بمطالعته ولا ينبّوه مثل خبير ثمّ انّ المولى ابا الخير اطال فى طبقات المفسّرين ونحن اشرنا الى من ليس لهم تصنيف فيه من مفسّرى الصحابة والتابعين اشارة اجماليّة والباقى مذكور عند ذكر كتابه امّا المفسّرون من الصحابة فمنهم الخلفآء الاربعة وابن مسعود وابن عبّاس وابىّ بن كعب وزيد بن ثابت وابو موسى الاشعرى وعبد الله بن الزبير وانس بن مالك وابو هريرة وجابر وعبد الله بن عمرو بن العاص ثمّ اعلم انّ الخلفآء الاربعة اكثر من روى عنه على بن ابى طالب والرواية عن الثلثة فى ندرة جدا والسبب فيه تقدّم وفاتهم وامّا على رضى الله عنه فروى عنه الكثير روى عن ابن مسعود انّه قال انّ القران انزل على سبعة احرف ما منها حرف الا وله ظهرٌ وبطن وانّ

---

esse, hoc studium totas complectitur doctrinae expositionis partes. — Hactenus *Fenári*, cujus verba certo modo summatim hic dedimus. Deinde sectiones profert de hujus definitionis divisione in interpretationem propriam et allegoricam, de necessitatis earum expositione, de libertate in utramque penitus intrandi et de cognitione variorum earum generum, quae interius et exterius appellant sive interius tantummodo. Qui autem doctrinam interpretationis coranicae accuratius et subtilius perspicere cupit, *Fenári* ipsum legat, nec quisquam rem melius cognoscit, nisi qui eam ipsam expertam habet. — Molla *Abu'lkheir* vero longus est in describendis interpretum Corani classibus, et nos hic interpretes inter socios prophetae et eos, qui hos secuti sunt, breviter indicamus, qui nullum librum de hac scientia ediderunt, ceteri autem ibi nominabuntur, ubi eorum opera recensebimus.

In interpretibus, qui socii prophetae erant, quatuor Khalífae priores numerantur, *Ibn Mes'úd*, *Ibn Abbás*, *Obayy Ben Ka'b*, *Zeid Ben Thábit*, *Abu Musa Ash'ari*, *Abdallah Ben-elzobeir*, *Anas Ben Málik*, *Abu Horeira*, *Jábir*, *Abdallah Ben Amru Ben-elás*. Tum scias, *Ali Ben Abi Tálib* inter quatuor Khalífas eum esse, quem maximus numerus traditionum auctorem habeat; trium ceterorum autem Khalífarum testimonio traditionarii rarissime utuntur, cum praematura morte interirent, *Alium* autem saepissime in afferendis traditionibus testem nominant, et *Ibn Mes'úd* dixisse traditur: Coranus in septem particulis revelatus est, quae singulae sensum exteriorem

عليًّا رضى الله عنه عنده من الظاهر والباطن واما ابن مسعود رضى الله عنه فروى عنه اكثر
مما روى عن على رضى الله عنه مات بالمدينة سنة اثنين وثلاثين واما ابن عباس رضى
الله عنه المتوفى سنة ثمان وستين بالطائف فهو ترجمان القرآن وحبر الامة ورئيس المفسّرين
دعا له النبى صلعم فقال اللهمّ فقّهه فى الدين وعلّمه التأويل وقد ورد عنه فى التفسير ما لا
يحصى كثرة لكن احسن الطرق عنه طريقة على بن ابى طلحة الهاشمى [المتوفى سنة ١٤٣]
واعتمد على هذه البخارى فى صحيحه ومن جيّد الطرق عنه طريق قيس بن مسلم الكوفى
المتوفى سنة ١٢٠ عن عطاء بن السائب وطريق ابن اسحق صاحب السير واوهى طريقته
طريق الكلبى عن ابى صالح والكلبى هو ابو النضر محمد بن السائب المتوفى بالكوفة سنة ١٤٦
فان انضمّ اليه رواية محمد بن مروان السدى الصغير [المتوفى سنة ١٨٦] فهى سلسلة الكذب
وكذلك طريق مقاتل بن سليمان بن بشر الازدى المتوفى سنة ١٥٠ الّا انّ الكلبى يفضل عليه لما
فى مقاتل من المذاهب الردية وطريق الضحاك بن مزاحم الكوفى المتوفى سنة ١٠٢ عن ابن عباس

---

et interiorem admittunt, apud *Ali* autem exterior ille et interior sensus reperitur. Deinde ex *Ibn Mes'údi* auctoritate, qui anno 32 (inc. 12. Aug. 652) Medinae decessit, plura etiam traduntur, quam *Alíi*. *Ibn Abbás* vero, qui in urbe *Táïf* anno 68 (inc. 18. Jul. 687) defunctus est, interpres est Corani, doctor populi et princeps explanatorum, pro quo propheta his verbis precatus est: „O Deus, fac eum juris canonici peritum eumque interpretationem doce," et in interpretatione coranica tot res ad ejus auctoritatem referuntur, ut vix numerari possint. Probatissima tamen via, qua illae traditae sunt, est ea, quae *Ali Ben Abi Telha Háshimi*, [anno 143 (inc. 22. Apr. 760) mortuum], auctorem habet, quam ipsam *Bokhári* in suo *Sahíh* tenet. Deinde *Háshimíi* vestigia optime insequuntur *Cais Ben Moslim Cúfi*, anno 120 (inc. 29. Dec. 737) defunctus, qui *Atá Ben-elsáïb* praeceptorem habuit, et *Ibn Is'hac* libri *Siyer* auctor. At *Abu'lnasr Mohammed Ben-elsáïb*, vulgo *Kelebi* dictus et Kufae anno 146 (inc. 21. Mart. 763) mortuus, qui sua ab *Abu Sálih* acceperat, *Ibn Abbási* traditiones ratione omnium levissima propagavit, et si iis, quae tradidit, ea adjunguntur, quae *Mohammed Ben Merwán Sedi* Minor, [anno 189 (inc. 8. Dec. 804) mortuus], retulit, seriem habes mendaciorum. Idem cadit in *Mocátil Ben Soleimán Ben Bishr Azdi*, anno 150 (inc. 6. Febr. 767) mortuum, nisi quod *Kelebi* huic praeferendus est, cum *Mocátil* disciplinas perniciosas sequatur. — Via autem, qua *Dhehhák Ben Mozáhim Kufi*, anno 102 (inc. 12. Jul. 720) mortuus, ex auctoritate *Ibn Abbási* tradidit, abrupta

منقطعة فانّ الضحاك لم يلقه وان انضمّ الى ذلك رواية بشر بن عمارة فضعيفة ضعف بشر وقد اخرج عنه ابن جرير وابن ابى حاتم وان كان من رواية جرير عن الضحاك فاشدّ ضعفًا لانّ جريرًا شديد الضعف متروك وانّما اخرج منه ابن مردويه وابو الشيخ بن حيان دون ابن جرير واما ابىّ بن كعب المتوفى سنة عشرين على خلاف فيه فعنه نسخة كبيرة يرويها ابو جعفر الرازى من الربيع ابن انس من ابى العالية عنه وهذا اسناد صحيح وهو احد الاربعة الذين جمعوا القرآن على عهد رسول الله صلعم وكان اقرأ الصحابة [وسيّد القرّأ] ومن الصحابة من ورد عنه اليسير من التفسير غير هؤلآء منهم انس ابن مالك بن النضر المتوفى بالبصرة سنة احدى وتسعين وابو هريرة عبد الرحمن بن الصخر على خلاف المتوفى بالمدينة سنة ٥٧ وعبد الله بن عمر بن الخطاب المتوفى بمكة سنة ٧٣ وجابر بن عبد الله الانصارى المتوفى بالمدينة سنة ٧٤ وابو موسى عبد الله بن قيس الاشعرى المتوفى سنة ٤٤ وعبد الله بن عمرو بن العاص السهمى المتوفى سنة ٦٣ وهو احد العبادلة الذين استقرّ عليهم امر العلم

---

est; *Dhehhák* enim eum non vidit; et si huc traditio *Bishri Ben Omáret* accedit, haec eadem fide dubia laborat, qua *Bishri*. *Ibn Jerír* autem et *Ibn Abi Hátim* plura ex ejus testimonio elicuerunt, et si quid ex traditione *Jeríri* traditur, quod *Dhehhák* auctorem habet, infidelitate maxima illud laborat, *Jerír* enim omni fere fide caret, ita ut plane derelinquatur, et excepto *Ibn Jerír* non nisi *Ibn Merdaweih* et *Abu'lsheikh Ben Hayyán* ejus traditiones elicuerunt. Quod autem *Obayy Ben Ka'b* attinet, qui, quanquam de ea re disceptatio est, anno 20 (inc. 21. Dec. 640) obiit, magnam ejus recensionem habemus, quam *Abu Ja'far Rázi* ex auctoritate *Rebíi Ibn Anas*, et hic ex auctoritate *Abu'lálíyae* tradidit, qui eam ab *Obayy* ipso accepit. Haec auctoritas vera est fidemque meretur, et *Obayy* unus eorum quatuor est, qui propheta adhuc vivo Coranum collegerunt. Idem lectionis coranicae omnium peritissimus fuit [et lectorum princeps]. Praeter hos prophetae socios nominantur alii, ex quorum testimonio pauca tantum sunt tradita, quae ad explicationem Corani conferunt, ut *Anas Ibn Málik Ben-elnasr*, Basrae anno 91 (inc. 9. Nov. 709) mortuus — *Abu Horeira Abd-elrahman Ben-elsakhr*, ita tamen ut de eo dubitetur. Is obiit Medinae anno 57 (inc. 14. Nov. 676) — *Abdallah Ben Omar Ben-elkhattáb*, Mekkae anno 73 (inc. 23. Mai. 692) mortuus — *Jábir Ben Abdallah Ansári*, Medinae anno 74 (inc. 13. Mai. 693) mortuus — *Abu Musa Abdallah Ben Cais Ash'ari*, anno 44 (inc. 4. Apr. 664) mortuus — *Abdallah Ben Amru Ben-elás Sahmi*, anno 63 (inc. 10. Sept. 682) mortuus, qui unus est *Abádile* i. e. *Abdallae* appellatorum, in quibus ultimo

فى اخر عهد الصحابة وزيد بن ثابت الانصارى كاتب النبى صلعم المتوفى سنة ٤٥ واما المفسّرون من التابعين فمنهم اصحاب ابن عباس وهم علمآء مكة ومنهم مجاهد بن جبير المكى المتوفى سنة ١٠٣ قال عرضت القرآن على ابن عباس ثلثين مرّة واعتمد على تفسيره الشافعى والبخارى وسعيد بن جبير المتوفى سنة ٩٥ وعكرمة مولى ابن عباس المتوفى بمكة سنة ١٠٦ وطاوس بن كيسان [اليمانى] المتوفى بمكة سنة ١٠٦ وعطآء بن ابى رباح [المكى] المتوفى سنة ١١٤ ومنهم اصحاب ابن مسعود وهم علمآء الكوفة كعلقمة بن قيس المتوفى سنة ١٠٢ والاسود بن يزيد المتوفى سنة ٧٥ وابرهيم النخعى المتوفى سنة ٩٥ والشعبى المتوفى سنة ١٠٤ ومنهم اصحاب زيد بن اسلم كعبد الرحمن بن زيد ومالك بن انس ومنهم الحسن البصرى المتوفى سنة ١١٠ وعطآء بن ابى مسلم ميسّرة الخراسانى ومحمد بن كعب القرظى المتوفى سنة ١١٧ وابو العالية رفيع ابن ميران الرياحى المتوفى سنة ٩٠ والضحاك بن مزاحم وعطية بن سعيد العوفى المتوفى سنة ١١١ وقتادة بن دعامة السدوسى المتوفى سنة ١١٧ والربيع بن انس والسدى ثمّ بعد هذه الطبقة

---

sociorum tempore res literaria sedem stabilem habuit — et *Zeid Ben Thábit Ansári*, prophetae scriba anno 45 (inc. 24. Mart. 665) mortuus. Ex interpretibus Corani iis, qui socios prophetae secuti sunt, discipuli *Ibn Abbási* fuerunt, qui sedem doctrinae Mekkae collocarunt, ut *Mojáhid Ben Jobeir Mekki*, anno 103 (inc. 1. Jul. 721) mortuus, qui Coranum coram *Ibn Abbáso* se tricies perlustrasse narrat; et *Sháfii* et *Bokhári* ejus interpretationi prae ceteris pretium statuerunt — *Saíd Ben Jobeir*, anno 95 (inc. 26. Sept. 713) mortuus — *Akrama*, *Ibn Abbási* libertus Mekkae anno 106 (inc. 29. Mai. 724) mortuus — *Tawos Ben Keisán* [*Yemáni*], Mekkae anno 106 (inc. 29. Mai. 724) mortuus — *Atá Ben Abi Riyáh* [Mekkanus] anno 114 (inc. 3. Mart. 732) mortuus — deinde discipuli *Ibn Mes'údi*, qui Kufam eruditionis domicilium fecerunt, ut *Alcama Ben Cais*, qui anno 102 (inc. 12. Jul. 720) obiit — *Aswad Ben Yezíd*, anno 75 (inc. 2. Mai. 694) mortuus — *Ibrahim Nakh'i*, anno 95 (inc. 26. Sept. 713) mortuus — *Sha'bi*, anno 104 (inc. 21. Jun. 722) mortuus — porro discipuli *Zeidi Ben Aslam*, ut *Abd-el-rahman Ben Zeid* — *Málik Ben Anas*, et alii, ut *Hasan Basri*, anno 110 (inc. 16. Apr. 728) mortuus — *Atá Ben Abi Moslim Moyassera Khorasáni* — *Mohammed Ben Ka'b Caratzi*, anno 117 (inc. 31. Jan. 735) mortuus — *Abu'lálíya Refi' Ben Mehrán Rebáhi*, anno 90 (inc. 20. Nov. 708) mortuus — *Dhehhák Ben Mozáhim* — *Otayya Ben Saíd Aufi*, anno 111 (inc. 5. Apr. 729) mortuus — *Catáda Ben Diáma Sedúsi*, anno 117 (inc. 31. Jan. 735) mortuus — *Rebi' Ben Anas* et *Sedi*. — Hanc classem ii excipiunt, qui libros exegeticos Corani

الذين صنّفوا كتب التفاسير التى تجمع اقوال الصحابة والتابعين كسفيان بن عيينة ووكيع
ابن الجراح وشعبة بن الحجاج ويزيد بن هارون وعبد الرزاق وادم بن ابى اياس واسحق بن
راهويه وروح بن عبادة وعبد بن حميد وابى بكر بن ابى شيبة وآخرين وسيأتى ذكر
كتبهم ثم بعد هولآء طبقة اخرى منهم عبد الرزاق وعلى بن ابى طلحة وابن جرير وابن
ابى حاتم وابن ماجه والحاكم وابن مردويه وابو الشيخ بن حيان وابن المنذر فى آخرين ثمّ
انتصبت طبقة بعدهم الى تصنيف تفاسير مشحونة بالفوآئد محذوفة الاسانيد مثل ابى اسحق
الزجاج وابى على الفارسى واما ابو بكر النقاش وابو جعفر النحاس فكثيرًا ما استدرك الناس
عليهما ومثل مكى بن ابى طالب وابى العباس المهدوى ثمّ الّف فى التفسير طآئفة من المتأخّرين
فاختصروا الاسانيد ونقلوا الاقوال تبرّاء فدخل من هنا الدخيل والتبس الصحيح بالعليل ثمّ
صار كلّ من سنح له قول يورده ومن خطر بباله شىء يعتمده ثمّ ينقل ذلك خلف عن السلف
ظانًّا انّ له اصلًا غير ملتفت الى تحرير ما ورد عن السلف الصالح ومنهم القدوة فى هذا

---

composuerunt, effata sociorum eorumque, qui hos secuti sunt, continentes, ut *Sofyán Ben Oyeina* — *Wekí' Ben-eljerráh* — *Sho'ba Ben-elhejjáj* — *Yezíd Ben Harún* — *Abd-el-rezzác* — *Adam Ben Abi Iyás* — *Is'hac Ben Rahweih* — *Rúh Ben Obáda* — *Abd Ben Homeid* — *Abu Bekr Ben Abi Sheiba*, aliique, quorum opera deinceps recensebuntur. Hos alia classis sequitur, ex qua sunt *Abd-el-rezzác* — *Ali Ben Abi Telha* — *Ibn Jerír* — *Ibn Abi Hátim* — *Ibn Májeh* — *Hákim* — *Ibn Merdaweih* — *Abu'lsheikh Ben Hayyán* — *Ibn Mondzir* et qui sunt alii. — Tum classis post illos se erexit ad commentarios Corani componendos, utilium quidem explanationum plenos at auctoritatibus privatos, ad quam pertinent *Abu Is'hac Zejjáj* — *Abu Ali Fárisi*. *Abu Bekr Naccáshi* vero et *Abu Ja'far Nahhási* libros in multis locis viri docti emendarunt et suppleverunt — porro *Mekki Ben Abi Tálib* et *Abu'labbás Mehdewi*. — Deinde plures posteriorum commentarios Corani ita scripserunt, ut auctoritates in brevem summam colligerent et dicta traderent, fidem suam minime interponentes. Inde vitiositas obrepsit, sanumque insano deformatum est. Postea quivis, qui forte in tale dictum incidit, illud tanquam verum retulit, et cujus mentem res subiit, hic eam probatam habuit. Haec posteriores ex testimonio priorum tradiderunt fundamentum iis esse opinantes, nihil autem recognitionem eorum curantes, quae a probis et justis majoribus tradita erant, et hi facti sunt exempla in hoc genere

الباب قال السيوطى رأيت فى تفسير قوله تعالى غير المغضوب عليهم ولا الضّالّين نحو عشرة اقوال مع انّ الوارد عن النبى صلعم وجميع الصحابة والتابعين ليس غير اليهود والنصارى حتى قال ابن ابى حاتم لا اعلم من ذلك اختلافًا من المفسّرين ثمّ صنّف بعد ذلك قوم برعوا فى شىء من العلوم وملأ كتابه بما غلب على طبعه من الفنّ واقتصر فيه على ما تميّز فيه كأنّ القرآن انزل لاجل هذا العلم لا غير مع انّ فيه تبيان كلّ شىء فالنحوى تراه ليس له همّ الّا الاعراب وتكثير الاوجه المحتملة فيه وان كانت بعيدة وينقل قواعد النحو ومسآئله وفروعه وخلافيّاته كالزجاج والواحدى فى البسيط وابو حيان فى البحر والنهر والاخبارى ليس له شغل الّا القصص واستيفآؤها والاخبار عمّن سلف سوآء كان صحيحة او باطلة ومنهم الثعلبى والفقيه يكاد يسرد فيه الفقه جميعًا وربّما استطرد الى اقامة ادلّة الفروع الفقهيّة التى تعلق لها بالآية اصلًا وللجواب عن ادلّة المخالفين كالقرطبى وصاحب العلوم العقليّة خصوصًا الامام فخر الدين قد ملأ تفسيره باقوال الحكمآء والفلاسفة وخرج من شىء الى شىء حتى

---

ad imitandum proposita. *Soyúti*: Vidi, inquit, verba „Non actum iracunde contra eos, et non errantium“ fere duodecim variis modis explicita, licet a propheta, omnibusque sociis et iis, qui hos secuti sunt, traditum sit, non nisi Judaeos et Christianos intelligendos esse, ita ut *Ibn Abi Hátim* diceret: Nullam novi de hac re discrepantiam inter interpretes. Tum post hoc tempus plures scripserunt, qui in nonnullis disciplinis excelluerunt et libros iis doctrinis impleverunt, quae mentem prae ceteris occupaverant, in iisque acquieverunt, quae optime cognoverant, quasi Coranus ob hanc illamve doctrinam solam revelatus esset, licet hic omnium rerum expositionem contineat. Ita vides grammaticum nihil aliud curare nisi flexiones verborum finales, et rationes interpretandi tantum multiplicare, quantum fieri possit, quamvis a veritate longissime absint. Jam praecepta grammaticae primaria affert et quaestiones ejus, et partes speciales, et locos de quibus disceptatur, ut *Zejjáj*, *Wáhidi* in opere *Besít*, *Abu Hayyán* in *El-Bahr we El-Nahr*. Historiarum scriptor, ut *Tha'lebi*, nulla alia re occupatus est, nisi narratiunculis ad nauseam verbose exponendis et historiis ex majorum auctoritate sive verae sint, sive falsae, afferendis. Jurisconsultus ex ordine hic jus totum exponit, et saepe praeter necessitatem ad argumenta partium juris specialium stabilienda rapitur, quorum caussa et ut ad argumenta dissentientium responderet, se proprie ad versum applicuit; ut *Cortubi*. Doctrinarum rationalium peritus, praecipue Imám *Fakhr-ed-dín*, suam interpretationem dictis sapientiae studiosorum et philosophorum farsit, et ab una re ad alteram transit, ut lector summa

يقضى الناظر العجب [قال ابو حيان] فى البحر جمع الامام الرازى فى تفسيره اشيآء كثيرة طويلة لا حاجة بها فى علم التفسير ولذلك قال بعض العلمآء فيه كلّ شىء الّا التفسير والمبتدع ليس له قصد الّا تحريف الآيات وتسويتها على مذهبه الفاسد بحيث انّه [لو] لاح له شاردة من بعيد اقتنصها او وجد موضعا له فيه ادنى مجال سارع اليه كما نقل عن البلقينى انّه قال استخرجت من الكشاف اعتزالًا بالمناقيش منها انّه قال فى قوله تعالى فمن زحزح عن النار وادخل الجنّة فقد فاز اى فوز عظيم من دخول الجنة اشار به الى عدم الرؤية والملحد فلا تسئل عن كفره والحاده فى آيات الله وافترآئه على الله ما لم يقله كقول بعضهم أنّ هى الّا فتنتك ما على العباد افتن من ربّهم وينسب هذا القول الى صاحب قوت القلوب الى طالب المكى ومن ذلك القبيل الذين يتكلّمون فى القرآن بلا سند ولا نقل عن السلف ولا رعاية الاصول الشرعيّة والقواعد العربيّة كتفسير محمود بن حمزة الكرمانى فى

---

admiratione afficiatur. [*Abu Hayyán*] in opere *Bahr*: Imám *Rázi*, inquit, in suo commentario multas res longas collegit, quibus minime in commentario Corani opus est, eandemque ob caussam vir quidam doctus: In hoc libro, inquit, omnia reperiuntur praeter explicationem Corani. Deinde rerum novarum studiosus nihil aliud spectat nisi versuum corruptionem et accommodationem ad doctrinam suam perniciosam, ut, si ferum e longinquo appareat, id venetur, aut si locum doctrinae convenientem inveniat, qui campum angustissimum ad excurrendum praebet, ad illum advolet, quemadmodum *Bolckeini* dixisse traditur: E libro *Keshsháf* elicui, ut imaginibus interioribus ad Motazelitarum doctrinam me verterem. Hinc exempli caussa verbis coranicis „Et qui elongatus fuerit procul ab igne et introductus fuerit in Paradisum, jam porro erit beatus“, et qualem et quantam beatitudinem ex introitu in Paradisum capiet! Deum videri posse negari vult. Quod jam Dei contemtorem attinet, noli de ejus impietate et atheismo in versibus Corani explicandis deque ejus mendaciis quaerere, quibus Deo dicta imputat, quae minime a Deo profecta sunt, ut aliquis verborum „Si haec est, nisi probatio tua“ explicationi haec adjecit: Nemo cultores suos magis in discrimen adducit quam Deus; quod dictum *Abu TálibMekki*, auctori libri *Caut el-colúb*, tribuitur. Ejusdem generis sunt ii, qui sine ulla auctoritate et traditione a majoribus accepta, et ita, ut nullam habeant rationem principiorum legalium et legum linguae arabicae primariarum, de Corano verba faciunt. Talis est commentarius *Mahmúdi Ben Hamza Kermáni*

مجلّدين سمّاه العجآئب والغرآئب ضمّنه اقوالًا عى عجآئب عند العوامّ وغرآئب عمّا عهد عن
السلف بل عى اقوال منكرة لا يحل الاعتقاد عليها ولا ذكرها الّا للتحذير من ذلك قوله
تعالى من قال فى ربّنا ولا تحملنا ما لا طاقة لنا به انّه للحبّ والعشق ومن ذلك قولهم فى
ومن شرّ غاسق اذا وقب انّه الذكر اذا قام وقولهم فى من ذا الذى يشفع عنده معناه من
ذلّ اى من الذلّ وذى اشارة الى النفس ويشف من الشفآء جواب من وع امر من الوعى.
وسئل البلقينى عمّن فسّر بهذا فافتى بانّه ملحد وامّا كلام الصوفيّة فى القرآن فليس بتفسير
قال ابن الصلاح فى فتاواه وجدت عن الامام الواحدى انّه قال صنّف السلمى حقآئق التفسير
ان كان قد اعتقد انّ ذلك تفسير فقد كفر قال النسفى فى عقآئده النصوص تحمل على
ظواهرها والعدول عنها الى معانٍ يدعيها اهل الباطن الحاد وقال التفتازانى فى شرحه سمّيت
الملاحدة باطنيّة لادّعآئهم انّ النصوص ليست على ظواهرها بل لها معان باطنة وقال وامّا

---

duobus voluminibus comprehensus et *El-Ajáïb we El-Gharáïb* inscriptus, cui ille dicta inseruit, quae miracula sunt apud vulgus et longe distant ab iis, quae a majoribus audivisse meminimus. Potius verba sunt impia, secundum quae fidem sibi formare minime concessum est, nec ea commemorare licet nisi ad homines de ea re commonendos. Huc pertinet illa viri cujusdam interpretatio, qua verba „Domine noster, et ne facias nos portare, ad quod non est vis nobis“ amorem et cupiditatem flagrantem significare vult, et alia, qua verba „(libera nos) a malo lunae, quando latuerit“ ad penem referuntur, quando se erigit — vel illa, ubi in verbis „quis est ille, qui intercedat apud eum“ *men dza alladzi* leguntur *men dzalla* i. e. *min el-dzill*, et *dzi* demonstrativum ad hominem ipsum referendum, et *yashf* a *shefá* i. e. curare, apodosis vocis *men* et *a* (in fine vocis *yashfa*) imperativus esse dicitur verbi *wáa*, ut totum significet: Qui se humiliat, curabitur. Memoria hoc velim custodias. — *Bolckeini*: Quinam is sit, qui ita interpretetur? interrogatus: Dei contemtor, respondit. — Quod denique Theosophi de Corano statuunt et loquuntur, minime explicationes sunt. *Ibn-elsaláh* in suis responsis juridicis: Legi, inquit, Imám *Wáhidi* dixisse, *Solemi* annotationem in Coranum composuisse, quae in ejus subtilitates inquirat. Quodsi persuasum habuerit, librum commentarium esse Corani, impietatis erit accusandus. *Nesefi* in opere *Acáïd*: Verba textus, inquit, accipiuntur sensu exteriori, quem habent. Ab hoc sensu declinare ad sententias, quas habere mystici gloriantur, impietas est. *Teftázáni* in commentario suo: Nominavi, inquit, Dei contemtores *Bátinije* sive interiorem sensum amplectentes, quod verba textus non naturali et proprio sensu

يذهب اليه بعض المحقّقين من انّ النصوص على ظواهرها ومع ذلك فيها اشارات خافية الى دقائق تنكشف على ارباب السلوك يمكن التطبيق بينها وبين الظواهر المرادة فهو من كمال العرفان ومحض الايمان وقال تاج الدين عطآء الله فى لطائف المنن اعلم انّ تفسير هذه الطائفة لكلام الله تعالى وكلام رسوله بالمعانى الغريبة ليست احالة الظاهر عن ظاهره ولكن ظاهر الآية مفهوم منه ما جبلت الآية له ودلّت عليه فى عرف اللسان وثمّ افهام باطنة تفهم عن الآية والحديث من فتح الله قلبه وقد جآء فى الحديث لكلّ آية ظهر وبطن فلا يصدّنك عن تلقى هذه المعانى منهم ان يقول لك ذو جدل هذا احالة لكلام الله تعالى وكلام رسوله فليس ذلك باحالة وانّما يكون احالة لو قال لا معنى للآية الّا هذا وهم لا يقولون ذلك بل يفسّرون الظواهر على ظواهرها مرادًا بها موضوعاتها انتهى قال صاحب مفتاح السعادة الايمان بالقرآن هو التصديق بانّه كلام الله تعالى قد انزل على رسوله محمد صلعم بواسطة جبريل عليه السلام وانّه دالّ على صفة ازليّة له تعالى وان ما دلّ هو عليه بطريق القواعد العربيّة ممّا هو

---

accipienda esse, sed ea sententias interiores et spirituales continere gloriantur. Deinde pergit: Quod nonnulli mystici statuunt, textus verbis sensus exteriores esse, et ea praeterea indicia occulta continere veritatum, quae viam mysticam ingredientibus se aperiant et cum proprio sensu conciliari possint, altioris et perfectae sapientiae est et antiquae fidei consentaneum. *Táj-ed-dín Atá-allah* in *Letáïf el-monen:* Scias, inquit, interpretationem, qua haec secta mystica verbis Dei et prophetae sententias raras et singulares attribuit, minime perversionem esse sensus proprii a propria sua natura, sed ex superficie versus cognosci, ad quod ille conditus sit et quod ex usu linguae exprimat. Inde sensus interiores oriri, qui ex versu et traditione eo percipiantur, quod Deus cor mystici aperiat. In Sunna ipsa cuique versui sensum exteriorem et interiorem tribui, neve te per ullum avertere sinas ab harum sententiarum comprobatione, si tibi litigiosus dicat: Haec est perversio sermonis Dei et ejus legati. At haec minime est perversio. Perversio enim tantum esset, si quis diceret: Versus nullum alium sensum habet nisi hunc; quod illi minime dicunt, at potius exteriora exteriori eorum et naturali sensui convenienter explicant, ita ut hoc illorum objecta vere cognoscantur. Haec ille. — Auctor libri *Miftáh el-seádet* ita habet: Fidem in Corano ponere est credere, illum Dei sermonem ministerio Gabrielis prophetae Mohammed esse revelatum, et Coranum qualitatem in Deo probare aeternam hoc vel illud communicandi, illudque, quod secundum regulas linguae arabicae ex iis exprimat,

مراد الله تعالى حقّ لا ريب فيه ثمّ تلك الدلالة على مراد الله تعالى بواسطة القوانين الادبيّة
الموافقة للقواعد الشرعيّة والاحاديث النبويّة مراد الله تعالى ومن جملة ما علم من الشرآئع
انّ مراد الله تعالى من القرآن لا ينحصر هذا القدر لما قد ثبت فى الاحاديث انّ لكلّ آية
ظهرًا وبطنًا وذلك المراد الآخر لما لم يطلع عليه كلّ احد بل من اعطى فهمًا وعلمًا من لدنه
تعالى يكون الضابط فى صحّته ان لا يرفع ظاهر المعانى المفهمة عن الالفاظ بالقوانين العربيّة
وان لا يخالف القواعد الشرعيّة ولا يباين اعجاز القرآن ولا يناقض النصوص الواقعة فيها فان
وجد فيه هذه الشرآئط فلا يطعن فيه والا فهو بمعزل عن القبول قال الزمخشرى من حقّ
تفسير القرآن ان يتعاهد بقآء النظم على حسنه والبلاغة على كمالها وما وقع به التحدّى
سليمًا من القادح وامّا الذين تأنّدت فطرتهم النقية بالمشاهدات الكشفيّة فهم القدوة فى هذه
المسالك ولا يمنعون اصلًا عن التوغل فى ذلك ثمّ ذكر ما وجب على المفسّر من الآداب وقال ثمّ

---

quae Deus velit, veritatem esse indubitatam. Deinde haec vis voluntatem Dei ope regularum philologicarum exprimendi, quae ad principia legalia et traditiones propheticas convenit, pariter ex voluntate Dei pendet. Ad summam statutorum divinorum, quorum cognitionem consecuti sumus, pertinet etiam hoc, quod id, quod Coranus exprimere vult, non his ipsis angustiis (quas regulae philologicae praescribunt) includitur, cum in traditionibus sancitum sit, quemvis versum sensum exteriorem et interiorem admittere. Quem sensum interiorem cum unusquisque non assequitur, sed is tantum, cui a Deo intelligentia data est et scientia, conditio veritatis ejus ea est, ut sententias proprias et simplices non tollat, quae ex verbis ope legum linguae arabicae cognoscuntur, ut statutis legalibus non repugnet, ut excellentiam miram dictionis coranicae non exstinguat, ut clara textus verba, quae versus continet, non pervertat. Quodsi hae conditiones in illo sensu exteriori reperiuntur, de eo male loqui non licet; alioquin accipi nequit. *Zamakhsheri* dicit: Interpretis Corani est religiose curare, ut cogitationum series pulchritudinem conservet et dictio eloquens perfectionem, et ut virtus Corani, qua certamen provocat, in quod nemo descendit, salva praestetur ab omni obtrectatione. Quos mens pura et clara intuitionibus mysticis adjuvat, ii veri duces sunt in his viis et minime prohibendi a penitius in hanc caussam se insinuando. Deinde eas facultates et affectiones laudat, quibus interpreti opus est, et: Scias, inquit, quemadmodum viri docti conditiones constituerunt interpretationis

اعلم انّ العلمآء كما تبيّنوا فى التفسير شرآئط بيّنوا فى المفسّر ايضا شرآئط لا يحلّ التعاطى لمن عرى عنها او هو فيها راجل وهى ان يعرف خمسة عشر علمًا على وجه الاتقان والكمال اللغة والنحو والتصريف والاشتقاق والمعانى والبيان والبديع والقرآآت واصول الدين واصول الفقه واسباب النزول والقصص والناسخ والمنسوخ والفقه والاحاديث المبيّنة لتفسير المجمل والمبهم وعلم الموهبة وهو علم يورثه الله تعالى لمن عمل بما علم وهذه العلوم التى لا مندرجة للمفسّر والا فعلم التفسير لا بدّ له من التبحّر فى كلّ العلوم ثمّ انّ تفسير القرآن ثلثة اقسام الاول علم لم يطلع الله عليه احدًا من خلقه وهو ما استأثر به من علوم اسرار كتابه من معرفة كنه ذاته ومعرفة حقآئق اسمآئه وصفاته وهذا لا يجوز لاحد الكلام فيه والثانى ما اطلع الله على نبيّه من اسرار الكتاب واختصّ به فلا يجوز الكلام فيه الّا له صلعم او لمن اذن له قيل اوآئل السور من هذا القسم وقيل من الاول والثالث علوم علّمها الله تعالى نبيه ممّا اودع

---

coranicae, ita et interpretem conditionibus subjecerunt; quibus qui destitutus est aut iis non nisi modice praeditus, ei non licet interpretationem tractare. Tenere autem debet altissime et perfectissime quindecim doctrinas — lexicologiam — syntaxin — flexum formarum — etymologiam — doctrinas sententiarum — expositionis — ornate dicendi — lectionum coranicarum — principia theologiae dogmaticae — principia juris — doctrinam eorum, quae versibus coranicis edicendis et historiis narrandis caussam attulerunt — doctrinam versuum abrogantium et abrogatorum — jurisprudentiam — traditiones, quae viam monstrant ad interpretationem eorum, quae vel summatim vel obscure expressa sunt — et doctrinam donativam, quam Deus non nisi iis impertit, qui scientiae suae congruenter agunt. Hae sunt illae doctrinae, quas interpres complecti debet, alioquin omnibus se doctrinis immergat necesse est (ad necessaria in interpretatione coranica elicienda). Interpretatio coranica autem e tribus generibus constat. Primi generis cognitionem Deus nulli hominum creatorum concessit. Pertinet enim ad doctrinas arcanorum libri sui, quatenus cognitionem naturae essentiae divinae et interiora nominum et attributorum mysteria tractant, quas Deus sibi soli reservavit, neque ulli de his loqui licet. Secundum genus mysteria Corani complectitur, quae Deus soli prophetae aperuit et hic praeter ceteros tenet. De his non nisi prophetae verba facere licet vel ei, cui veniam dicendi concessit. Huc, vel ut alii volunt, ad primum genus, initia Suratarum referenda esse dicuntur. Ad tertium genus pertinent doctrinae, quas Deus prophetam suum docuit. Spectant autem sententias manifestas et secretas, quas in libro suo deposuit et illum

كتابه من المعانى الجلية والخفيّة وامره بتعليمها وهذا ينقسم الى قسمين منه ما لا يجوز الكلام فيه الّا بطريق السمع كاسباب النزول والناسخ والمنسوخ والقرآات واللغات وقصص الامم واخبار ما هو كآئن ومنه ما يوخذ بطريق النظر والاستنباط من الالفاظ وهو قسمان قسم اختلفوا فى جوازه وهو تأويل الآيات المتشابهات وقسم اتّفقوا عليه وهو استنباط الاحكام الاصليّة والفرعيّة والاعرابيّة لانّ مبناها على الاقيسة وكذلك فنون البلاغة وضروب المواعظ والحكم والاشارات لا يمتنع استنباطها منه لمن له اهليّة ذلك وما عدا هذه الامور هو التفسير بالرأى الذى نهى عنه وفيه خمسة انواع الاول التفسير من غير حصول العلوم التى يجوز معها التفسير والثانى تفسير المتشابه الذى لا يعلّمه الّا الله الثالث التفسير المقرر للمذهب الفاسد بان يجعل المذهب اصلًا والتفسير تابعًا له فيرد اليه باى طريق امكن وان كان ضعيفًا الرابع التفسير بان مراد الله كذا على القطع من غير دليل الخامس التفسير بالاستحسان والهوى واذا

---

docere jussit. Hoc genus iterum in duas partes dividitur, quarum prior ea continet, de quibus sola fama et auditione loqui permissum est, ut de caussis, ex quibus hi vel illi versus revelati sunt, de versibus abrogantibus et abrogatis, de lectionibus coranicis, de dictionibus dialecticis, historiis populorum et de notitiis rerum, quae qualesque sint. Pars posterior ea complectitur, quae speculando et eliciendo e verbis pariuntur. Haec iterum in duas species distributa sunt. De altero disputant an loqui permissum sit, et huc pertinet interpretatio versuum ambiguorum; de altero consentiunt, quod praecepta spectat elicienda et primaria et derivata et ea, quae flexiones finales tractant, cum eorum fundamentum in conjiciendo positum sit, et genera eloquentiae, varia consilia paraenetica, decisiones et indicia, quae elicere ei non interdictum est, qui ad hanc rem aptus est. Quae hunc limitem excedit, interpretatio est arbitraria et vetita, et haec e quinque speciebus constat. Prima est interpretatio sine possessione doctrinarum, quas qui tenet, interpretationem tractare potest; secunda interpretatio est versuum ambiguorum, quam solus Deus cognoscit — tertia interpretatio, quae fundamentum constituit disciplinae perniciosae eo quod disciplinam hanc primo loco ponit et interpretationem ei subjicit, ita ut interpres ad eam transeat, qua via possit, etsi haec fide careat — interpretatio quarta, quae voluntatem Dei hanc vel illam esse absolute statuit sine ullo argumento — interpretatio quinta denique est ea, quae ex probabilitate et lubitu pendet. Et ecce jam cognoscis haec monita utilia, quamvis

عرفت هذه القوآئد وان اطنبنا فيها لكونه رأس العلوم ورئيسها فاعلم انّ كتب التفاسير كثيرة
ذكرنا منها ههنا ما هو مسطور فى هذا السفر على ترتيبه ابانة فى تفسير آية الامانة اتقان
فى علوم القرآن ابين الخصص فى احسن القصص احكام القرآن كثيرة ارشاد العقل السليم
لابى السعود ارشاد ابن برجان اسباب النزول سبق كتبه فى فنّه اعراب القران مرّ ذكر
كتبه فى فنّه اسولة القرآن اعجاز القرآن اغاثة اللهف تفسير الكهف اقاليم التعاليم
اقسام القرآن اقناع فى تفسير آية انتصار للزمخشرى من ابن المنير انتصاف شرح الكشاف
انصاف فى الجمع بين الثعلبى والكشاف انوار التنزيل للبيضاوى ومتعلّقاته انوار ابن مقسم
ايجاز البيان ايجاز فى الناسخ والمنسوخ ايضاح فيه ايضا بحار القرآن بحر الحقآئق
بحر الدرر بحر العلوم بحر المحيط برهان فى علوم القرآن برهان فى تفسير القرآن
بحر البحور برهان فى تناسب السور برهان فى اعجاز القرآن بسيط واحدى بصآئر ذوى
التمييز بصآئر فارسى [بيان فى اعجاز القرآن] بيان فى تأويلات القرآن بيان فى مبهمات القرآن

---

in iis describendis, cum illa doctrina caput duxque sit ceterarum doctrinarum, nimis longus fuerim. Scias etiam, libros exegeticos in Coranum multos esse, ex quibus hic eos laudabimus, qui secundum ordinem in hoc volumine consignati sunt — *Ibánet*, explicatio versus de rebus depositis — *Jtcán fi olúm El-Cor'an* — *Abyan el-ckisas*, de historiis pulcherrimis — *Ahkám El-Cor'an*, quem titulum multi libri prae se ferunt — *Irshád el-acl el-selím*, auctore *Abu'lsa'úd* — *Irshád*, auctore *Ibn Berrejún* — *Asbáb el-nozúl*. Vide supra in hujus doctrinae capite libros — *Iráb El-Cor'an*. Librorum hujus quoque disciplinae mentio supra injecta est — *Eswilet El-Cor'an* — *Ijáz El-Cor'an* — *Ighátet el-lahf*, commentarius Suratae *Kahf* — *Acálím el-teálím* — *Acsám El-Cor'an* — *Icná'*, expositio versus — *Intisár*, apologia *Zamakhsherí* contra *Ibn-elmonír* — *Intisáf*, commentarius operis *Keshsháf* — *Insáf*, justa dijudicatio de conjunctione inter commentarium Corani a *Tha'lebi* confectum et librum *Keshsháf* — *Anwár el-tenzíl*, auctore *Beidháwi*, et hujus libri appendices — *Anwár*, auctore *Ibn Mocsim* — *Ijáz el-beyán* — *Ijáz*, de versibus abrogantibus et abrogatis — *Idháh*, de eadem materia — *Bihár El-Cor'an* — *Bahr el-hecáïc* — *Bahr el-dorer* — *Bahr el-olúm* — *El-Bahr El-Mohít* — *Borhán fi olúm El-Cor'an* — *Borhán fi tefsír El-Cor'an* — *Bahr el-bohúr* — *Borhán fi tenásob el-sower* — *Borhán fi ijáz El-Cor'an* — *Besít*, auctore *Wáhidi* — *Besáïr dzewi el-temyíz* — *Besáïr*, persice — [*El-Beyán fi ijáz El-Cor'an*] — *Beyán fi tawílát El-Cor'an* — *Beyán fi mobhimát El-Cor'an* — *Beyán*

بيان فى علوم القرآن بيان فى شواهد القرآن تاج المعانى تاج التراجم تأويلات القرآن تأويلات ماتريدى تبصرة فى التفسير تبصير الرحمن تبيان فى اعراب القرآن تبيان فى تفسير القرآن تبيان فى اقسام القرآن تبيان فى مسائل القرآن تبيان فى متشابه القرآن تبيين القرآن تحف الانام تحقيق البيان تخبير فى علوم التفسير ترجمان القرآن ترجمان فى التفسير تعداد الاى التعظيم والمنة تعلّق الاى

٣١٥٣ تفسير ابرهيم بن معقل النسفى الحنفى القاضى الامام الحافظ المتوفى سنة ٣١٥

٣١٥٤ تفسير ابن ابى خاتم عبد الرحمن بن محمد الرازى الحافظ المتوفى سنة ٣٢٧ وانتقاه الشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ فى مجلّد ٣١٥٥ تفسير ابن ابى جمرة الامام الحافظ عبد الله بن سعيد الازدى الاندلسى المتوفى سنة ٥٢٥ ٣١٥٦ تفسير ابن ابى شيبة الامام الحافظ ابى بكر عبد الله بن محمد الكوفى المتوفى سنة ٢٣٥

٣١٥٧ تفسير ابن ابى مريم نصر بن على الشيرازى المتوفى سنة ٥٢٥ ٣١٥٨ تفسير ابن

---

fi olúm El-Cor'an — Beyán fi shewáhid El-Cor'an — Táj el-meáni — Táj el-terájim — Tawílát El-Cor'an — Tawílát El-Materídi — Tebsiret fi el-tefsír — Tebsír el-rahman — Tibyán fi iráb El-Cor'an — Tibyán fi tefsír El-Cor'an — Tibyán fi acsám El-Cor'an — Tibyán fi mesáil El Cor'an — Tibyán fi motesházih El-Cor'an — Tebyín El-Cor'an — Tohaf el-anám — Tahckíc el-beyán — Takhbír fi olúm el-tefsír — Turjemán El-Cor'an — Turjemán fi el-tefsír — Ta'dád el-ayi — El-Ta'tzím we El-Monnet — Taalloc el-ayi. —

3153. Tefsír Ibrahím, commentarius in Coranum, auctore Cádhi et Imám Háfitz *Ibrahím Ben Ma'ckil Nesefi* Hanefita, anno 295 (inc. 12. Oct. 907) mortuo. — 3154. Tefsír Ibn Abi Khátim, commentarius in Coranum, auctore *Abd-el-rahman Ben Mohammed Rázi* Háfitz, vulgo *Ibn Abi Khátim* dicto et anno 327 (inc. 29. Oct. 938) mortuo. Potiorem ejus partem uno volumine excerptam edidit Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus. — 3155. Tefsír Ibn Abi Jamret, commentarius in Coranum, auctore Imám Háfitz *Abdallah Ben Saíd Azdi Andalusi*, vulgo *Ibn Abi Jamret* dicto et anno 525 (inc. 4. Dec. 1130) mortuo. — 3156. Tefsír Ibn Abi Sheiba, commentarius in Coranum, auctore Imám Háfitz *Abu Bekr Abdallah Ben Mohammed Kufi*, vulgo *Ibn Abi Sheiba* dicto et anno 235 (inc. 26. Jul. 849) mortuo. — 3157. Tefsír Ibn Abi Maryam, commentarius in Coranum, auctore *Nasr Ben Ali Shirázi*, vulgo *Ibn Abi Maryam* dicto et anno 525 (inc. 4. Dec. 1130) mortuo. — 3158. Tefsír Ibn

اثير المسمّى بالانصاف سبق ذكره ٣١٥٩ تفسير ابن برجان المسمّى بالارشاد سبق ايضا
٣١٦٠ تفسير ابن جريج [بالجيمين عبد الملك بن عبد العزيز الاموى المكى المتوفى سنة ١٥٠]
امينًا الخ ٣٣٠٤ تفسير سورة القدر للمولى عبد الرحمن بن المؤيد الاماسى المتوفى سنة ٩٢٢
وهو مختصر فى كراستين اوله لحمد لله الذى انزل القرآن فى ليلة القدر الخ ذكر فى خطبته
السلطان بايزيد خان وللمولى صلاح الدين محمد الشهير باللارى المتوفى فى حدود سنة ٩٣٠
الفه لاسكندر پاشا وللمولى احمد بن روح الله الانصارى المتوفى فى حدود سنة ١٠٠٨ وفيه شرف
البدر ٣٣٠٥ تفسير سورة الكافرون للعلّامة جلال الدين محمد بن اسعد الصديقى الدوانى
المتوفى سنة ٩٠٧ اوله الحمد لله الذى منّ علينا بالدين القويم الخ قال فهذه نكات متعلّقة
بالسورة التى تعدل ربع القرآن بعضها ممّا استخرجته من التفاسير وبعضها ممّا استفتحته
بفكرى علّقتها فى بعض جزآئر جرون فى شهور سنة ٩٠٥ انتهى وهو احد القلاقل ٣٣٠٦ تفسير

Sultano *Bayezíd Khán* obtulit]. Auctor libri *El-Shecáïc*: Hoc opus, inquit, in exegesi coranica interpretem illum esse magnum miraculum probat. — 3302. Tefsír Suret TH, commentarius in Suratam TH. — 3303. Tefsír Suret El-Fat'h, commentarius in Suratam *Fat'h*, auctore bene merito *Mohammed Emín Bokhári* Mekkae inquilino, vulgo *Emír Sháh* dicto. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui Mekkam cultoribus suis urbem fecit tutam etc. — 3304. Tefsír Suret El-Cadr, commentarii in Suratam *Cadr*, auctoribus Molla *Abd-el-rahman Ben-elmowayyed Amási*, anno 922 (inc. 5. Febr. 1516) mortuo, cujus brevis tractatus duobus quinionibus constans ita incipit: Laus Deo, qui Coranum nocte *Cadr* revelavit etc., et in fronte nomen Sultani *Bayezíd Khán* fert — Molla *Saláh-ed-dín Mohammed*, vulgo *Lári* dicto et circa annum 930 (inc. 10. Nov. 1523) mortuo, qui in commodum *Iskender Páshae* scripsit — et Molla *Ahmed Ben Rúhallah Ansári*, circa annum 1008 (inc. 14. Jul. 1599) mortuo. Liber *Sheref el-bedr* eandem Suratam tractat. — 3305. Tefsír Suret El-Káfirún, commentarius in Suratam *Káfirún*, auctore doctissimo *Jelál-ed-dín Mohammed Ben As'ad Sadícki Dewáni*, anno 907 (inc. 17. Jul. 1501) mortuo. Incipit ita: Laus Deo, qui in nos beneficium rectae fidei contulit etc., et dicit: Hae observationes subtiles spectant Suratam, quae quartam Corani partem pretio aequat. Alias earum e commentariis assumsi, alias propria meditatione elicui, easque in quadam civitatis *Jerwen* insula breviter descripsi mensibus anni 905 (inc. 8. Aug. 1499). Haec ille. Surata in iis numeratur, quae *Colácki* nominantur. — 3306. Tefsír

سورة الكوثر اوّله لحمد لله الذى اعطى رسوله الكوثر الخ وهو مختصر مشتمل على فوآئد منقولة من نهاية الايجاز للرازى والكشاف وحواشيه ٣٣٠٧ تفسير سورة المعوّذتين للفاضل المذكور وللرئيس ابن سينا ٣٣٠٨ تفسير سورة الملك للعلّامة شمس الدين احمد بن سليمان ابن كمال پاشا المتوفى سنة ٩٤٠ وفيه تأليف فارسى منتخب من التيسير والكشاف والكواشى لكنه مع الفاتحة ٣٣٠٩ تفسير سورة العصر المسمّى بذخيرة القصر اوله لحمد لله الذى كرّم نوع الانسان الخ ٣٣١٠ تفسير سورة يوسف صلعم للشيخ بهآء الدين ابن يوسف الواعظ رتّب على خمسة عشر مجلسًا وللمولى احمد بن روح الانصارى المتوفى سنة [١٠٠٨] فيه زهر الكمام يأتى وللشيخ المعروف بالسرورى وهو ابسط من الجميع اوله الحمد لله الذى انزل الينا الخ وفرغ من تأليفه فى رمضان سنة ٩٥٤ ٣٣١١ تفسير السهرودى هو الشيخ ابو احمد عمر بن عبد الله ٣٣١٢ تفسير السيّد الشريف للزهراوين سبق ذكره

Suret El-Kauther, commentarius in Suratam *Kauther*, qui ita incipit: Laus Deo, qui prophetae suo nectar i. e. prophetiam dedit etc. Brevis tractatus est, qui observationes complectitur e *Nihâyet el-ijâz* a *Râzi* edito et e *Keshshâf* ejusque glossis depromtas. — 3307. Tefsír Suret El-Moawwidzatein, commentarius in duas ultimas Suratas, auctoribus viro bene merito modo laudato et *Reyís Ibn Sína*. — 3308. Tefsír Suret El-Molk, commentarius in Suratam *Molk*, auctore doctissimo *Shems-ed-dín Ahmed Ben Soleimán Ibn Kemálpásha*, anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuo. Eandem Suratam, cui tamen prima adjuncta est, opus persicum tractat potiorem partem ex libris *Teisír*, *Keshshâf* et *Kowâshí* excerptum. — 3309. Tefsír Suret El-Asr, commentarius in Suratam *Asr*, *Dzekhíret el-casr* inscriptus, qui ita incipit: Laus Deo, qui genus humanum honoravit etc. — 3310. Tefsír Suret Yusuf, commentarius in Suratam *Yusuf*, auctoribus Sheikh *Behá-ed-dín Ibn Yusuf Wâïtz*, qui librum in quindecim consessus disposuit, et Molla *Ahmed Ben Rúh Ansâri*, anno [1008 (inc. 14. Jul. 1599)] mortuo. Eadem Surata in tractatu infra laudando *Zahr el-kimám* exponitur, commentarium ejus vero omnium amplissimum Sheikh, vulgo *Sorúri* dictus, mense Ramadhán anni 954 (inc. 21. Febr. 1547) absolvit. Incipit ita: Laus Deo, qui nobis revelavit etc. — 3311. Tefsír El-Soharawerdi, commentarius in Coranum, auctore Sheikh *Abu Ahmed Omar Ben Abdallah*, vulgo *Soharawerdi* dicto. — 3312. Tefsír El-Seyyid El-Sherif, commentarius in Suratas secundam et tertiam, auctore *El-Seyyid El-Sherif*. Vide

٣٣١٣ تفسير السيوطى المسمّى بالدرّ المنثور يأتى ٣٣١٤ تفسير شبل بن عبّاد المكى ذكره
الثعلبى ٣٣١٥ تفسير شعبة بن الحجاج البصرى المتوفى سنة ١٦٠ ٣٣١٦ تفسير الشيخ
المسمّى بعيون التفاسير يأتى فى العين ٣٣١٧ تفسير الشيخ شرف الدين البونى ٣٣١٨ تفسير
الشيرازى هو ابو محمد عبد الوهّاب بن محمد [الفامى الشافعى] المتوفى سنة ٥٠٠ يقال انّه
ضمّنه مأئة الف بيت من الشواهد واما تفسير العلّامة الشيرازى ويقال له تفسير العلامى
فاسمه فتح المنان وسيأتى ٣٣١٩ تفسير الصالحى هو صالح بن محمد الترمذى عن ابن
عباس وقد زاد فيه اربعة الاف حديث ٣٣٢٠ تفسير الصحابة لابى الحسن محمد بن القاسم
الفقيه قال الثعلبى قرأته كلّه على مصنّفه ٣٣٢١ تفسير الصفوى هو السيد معين الدين
محمد بن عبد الرحمن الايجى وهو تفسير لطيف ممزوج كالقاضى فى مجلّد اوله الحمد
لله الذى ارسل رسوله بالهدى الخ فرغ عنه فى رمضان سنة ٩٠٥ وسمّاه جوامع التبيان

---

supra. — 3313. Tefsír El-Soyúti, commentarius in Coranum *El-Dorr El-Manthúr* inscriptus, auctore *Soyúti*. Vide infra. — 3314. Tefsir Shibl, commentarius in Coranum, auctore *Shibl Ben Abbád Mekki*. Laudat eum *Tha'lebi*. — 3315. Tefsír Sho'ba, commentarius in Coranum, auctore *Sho'ba Ben-elhejjáj Basri*, anno 160 (inc. 19. Oct. 776) mortuo. — 3316. Tefsír El-Sheikh, commentarius in Coranum *Oyún el-tefásír* inscriptus, auctore *Sheikh*. Videatur litera *Aïn*. — 3317. Tefsír El-Sheikh Sheref-ed-dín, commentarius in Coranum, auctore *Sheref-ed-dín Búni*. — 3318. Tefsír El-Shirázi, commentarius in Coranum, auctore *Abu Mohammed Abd-elwehháb Ben Mohammed* [*Fámi* Shafiita], vulgo *Shirázi* dicto et anno 500 (inc. 2. Sept. 1106) mortuo, qui centum millia versuum testimonii loco libro inseruisse dicitur. Commentarius illius *Shirázi* vero, qui doctissimus cognominatur, vulgo *El-Tefsír El-Allámi* vocatur et *Fat'h el-mennán* inscriptus est, ut infra videbis. — 3319. El-Tefsír El-Sálihi, commentarius in Coranum a *Sálih Ben Mohammed Termidi* compositus, qui *Ibn Abbás* auctorem sequitur et quatuor millibus traditionum opus auxit. — 3320. Tefsír el-sehábet, commentarius sociorum prophetae in Coranum, auctore *Abu'lhasan Mohammed Ben-elcásim* Jurisconsulto. *Tha'lebi* se eum totum coram auctore legisse dicit. — 3321. Tefsír El-Sefewi, commentarius in Coranum, auctore *El-Seyyid Moín-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-rahman Iji*, vulgo *Sefewi* dicto. Commentarius elegans unius voluminis, qui ad modum *Beidháwi*ani textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui legatum suum cum recta via misit etc. Auctor eum mense Ramadhán anni 905 (inc. 8. Aug. 1499) absolvit, et,

وسيأتى بنوع تفصيل ٣٣٢٢ تفسير الصيرفى بن مزاحم الهلالى له طرق منها طريق جويبر وهو كتاب كبير مبسوط وطريق ابن الحكم هو على وطريق عبيد بن سليمان الباهلى وطريق ابن عطيّة بن الحارث ٣٣٢٣ تفسير الضحّاك ٣٣٢٤ تفسير الطبرى هو ابن جرير سبق ذكره ٣٣٢٥ تفسير الطوسى هو ابو جعفر محمد بن الحسن الطوسى فقيه الشيعة [كان ينتهى الى مذهب] الشافعى المتوفى سنة ٤٦٠ [سمّاه مجمع البيان لعلوم القرآن واختصر الكشاف وسمّاه جوامع الجامع وابتدأ بتأليفه فى سنة ٤٤٢] قال السبكى وقد احرقت كتبه عدة نوب بمحضر من الناس ٣٣٢٦ تفسير عبد الله بن حامد قرأه الثعلبى عليه ٣٣٢٧ تفسير عبد الحق بن ابى بكر ٣٣٢٨ تفسير عبد الحميد بن حميد الكسى ذكره الثعلبى فى الكشف ٣٣٢٩ تفسير عبد الرزاق بن همام [الصنعانى شيخ البخارى فى الحديث] المتوفى سنة ٢١١ ٣٣٣٠ تفسير عبد الرزاق [بن رزق الله الحنبلى] الرسعنى المسمّى بمطالع انوار التنزيل يأتى

---

ut infra uberius videbis, *Jewámi' el-tibyán* inscripsit. — 3322. Tefsír El-Seirefi, commentarius in Coranum, auctore *Seirefi Ben Mozáhim Hiláli*, qui varias vias aperuit, ut *Joweibiri*, unde magnus et amplus liber enatus est, *Ibn-elhakami*, qui *Ali* cognominatur, *Obeidi Ben Soleimán Báhili* et *Ibn Otayyae Ben-elhárith*. — 3323. Tefsír El-Dhehhák, commentarius in Coranum, auctore *Dhehhák*. — 3324. Tefsír El-Taberi, commentarius in Coranum, auctore *Ibn Jerír Taberi*. Vide supra. — 3325. Tefsír El-Tusi, commentarius in Coranum, auctore *Abu Ja'far Mohammed Ben-elhasan Tusi* Jurisconsulto Shiitico, [qui ad sectam] Shafiiticam [transiit], et anno 460 (inc. 11. Nov. 1067) mortuus est. [Librum *Mojmi' el-beyán li olúm El-Cor'an* inscripsit, idemque epitomen operis *Keshsháf* edidit, quam anno 442 (inc. 26. Mai. 1050) componere incepit et *Jewámi' el-jámi'* nominavit]. *Sobki* ejus libros repetitis vicibus coram hominibus combustos esse narrat. — 3326. Tefsír Abdallah, commentarius in Coranum, auctore *Abdallah Ben Hámid*. *Tha'lebi* eum coram illo legit. — 3327. Tefsír Abd-el-hacc, commentarius in Coranum, auctore *Abd-el-hacc Ben Abi Bekr*. — 3328. Tefsír Abd-el-hamíd, commentarius in Coranum, auctore *Abd-el-hamíd Ben Homeid Kesi*. *Tha'lebi* eum laudat in *El-Kashf*. — 3329. Tefsír Abd-el-rezzác, commentarius in Coranum, auctore *Abd-el-rezzác Ben Hemmám* [*Sen'áni*], anno 211 (inc. 13. Apr. 826) mortuo, [qui *Bokhárí*um traditiones docuerat]. — 3330. Tefsír Abd-el-rezzác, commentarius in Coranum *Metáli' anwár el-tenzíl* inscriptus et infra laudandus, auctore *Abd-el-rezzác* [*Ben Rizcallah* Hanbalita] *Ras'ani*. [Hic commentarius *Abd-el-rezzáki* ex mea

[قلت تفسير عبد الرزاق المذكور اسمه رموز الكنوز قال محمد المالكى الداودى صاحب طبقات المفسّرين بعد نقل هذا التفسير واسمه وفيه فوآئد حسنة ويروى فيه الاحاديث باسانيده انتهى وعندى موجود من هذا التفسير اربع قطعات كما وصفه المالكى]

٣٣٣١ تفسير عبد الصمد [بن] القاضى [الشيخ محمود بن يونس الحنفى المتوفى سنة فى ثلث مجلّدات كبار اوله الحمد لله الذى اكرمنا بالنور المبين وهدانا للكشف اليقين الخ] ٣٣٣٢ تفسير عبد القاهر بن عبد الرحمن الجرجانى المتوفى سنة ٤٧٤ مختصر فى مجلّد ولعلّه تفسير الفاتحة ٣٣٣٣ تفسير عبد المعطى السخاوى ٣٣٣٤ تفسير عبد بن حميد [ابن نصر الكشنى المتوفى سنة ٢٤٩] ٣٣٣٥ تفسير العتابى هو الامام ابو نصر احمد بن محمد الحنفى المتوفى سنة ٥٨٦ ٣٣٣٦ تفسير العراقى هو علم الدين عبد الكريم بن على الشافعى المتوفى سنة ٦٠٤ ٣٣٣٧ تفسير عز الدين عبد العزيز بن عبد السلام الشافعى المتوفى سنة ٦٦٠ وهو

---

sententia nomen habet *Romúz el-konúz*, et *Mohammed Dawudi* Malikita, Classium interpretum coranicorum auctor, hoc commentario et ejus nomine laudatis, haec adjicit: Multa continet docte et belle adnotata, et editor traditiones simul cum auctoritatibus affert. Haec ille. — Penes me quatuor hujus commentarii segmenta exstant, quemadmodum eum Malikita ipse describit]. — 3331. Tefsír Abd-el-samed, commentarius in Coranum, auctore *Abd-el-samed* [filio] judicis [Sheikh *Mahmúd Ben Yunos* Hanefita, anno ... mortuo. Tria volumina crassa, quae ita incipiunt: Laus Deo, qui nos lumine claro honoravit et ad veritatem certam adduxit etc.]. — 3332. Tefsír Abd-el-cáhir, commentarius in Coranum, auctore *Abd-el-cáhir Ben Abd-el-rahman Jorjáni*, anno 474 (inc. 11. Jun. 1081) mortuo. Brevis tractatus unius voluminis, qui fortasse commentarium primae Suratae continet. — 3333. Tefsír Abd-el-mo'ti, commentarius in Coranum, auctore *Abd-el-mo'ti Sekkáwi*. — 3334. Tefsír Abd, commentarius in Coranum, auctore *Abd Ben Homeid* [*Ben Nasr Koshna*, anno 249 (inc. 24. Febr. 863) mortuo]. — 3335. Tefsír El-Attábi, commentarius in Coranum, auctore Imám *Abu Nasr Ahmed Ben Mohammed* Hanefita, vulgo *Attábi* dicto et anno 586 (inc. 8. Febr. 1190) mortuo. — 3336. Tefsír El-Irácki, commentarius in Coranum, auctore *Ilm-ed-dín Abd-el-kerím Ben Ali* Shafiita, vulgo *Irácki* dicto et anno 604 (inc. 28. Jul. 1207) mortuo. — 3337. Tefsír Izz-ed-dín, commentarius in Coranum magnus, auctore *Izz-ed-dín Abd-el-azíz Ben Abd-el-selám* Shafiita, anno 660 (inc. 26. Nov. 1261) mortuo. Ejus filius quoque

تفسير كبير ولابنه عبد اللطيف المتوفى سنة ٦٩٧ تفسير ايضا ٣٣٣٨ تفسير العسكرى هو
ابو هلال الحسن بن عبد الله المتوفى سنة ٣٩٥ ٣٣٣٩ تفسير عطآء ابن ابى رباح وعطآء ابن
ابى مسلم الخراسانى وعطآء ابن دينار ذكرهم الثعلبى فى الكشف ٣٣٤٠. تفسير العكبرى هو
ابو البقآء سبق ذكره ٣٣٤١ تفسير عكرمة عن ابن عباس ٣٣٤٢ تفسير العلامى هو القطب
الشيرازى [المتوفى سنة ٧١٠] واسم التفسير فتح المنان يأتى ٣٣٤٣ تفسير علآء الدين على
ابن محمد البغدادى المتوفى سنة ٧٤١ ٣٣٤٤ تفسير علآء الدين التركمانى وعليه حاشية
لبرهان الدين ابرهيم بن موسى الكركى الحنفى المتوفى سنة ٨٥٣ ٣٣٤٥ تفسير على
القارى اربع مجلّدات ٣٣٤٦ تفسير العلآئى هو علآء الدين محمد بن عبد
الرحمن البخارى المعروف بالعلآء الزاهد المتوفى سنة ٥٤١ ٣٣٤٧ تفسير العليابادى
المسمّى بمطالع المعانى يأتى ٣٣٤٨ تفسير العماد الكندى واسمه الكفيل وسيأتى

Abd-el-letif, qui anno 697 (inc. 19. Oct. 1297) obiit, commentarium edidit. — 3338. Tefsír El-Askeri, commentarius in Coranum, auctore *Abu Hilál Hasan Ben Abdallah*, vulgo *Askeri* dicto et anno 395 (inc. 18. Oct. 1004) mortuo. — 3339. Tefsír Atá, commentarii in Coranum ab *Atá Ibn Abi Riyáh*, *Atá Ibn Abi Moslim Khorásáni* et *Atá Ibn Dinár* editi. Commemorat eos *Tha'lebi* in *El-Kashf*. — 3340. Tefsír El-Okberi, commentarius in Coranum, auctore *Abu'lbecá Okberi*. Vide supra. — 3341. Tefsír Ikrima, commentarius in Coranum ab *Ikrima* editus, qui *Ibn Abbási* auctoritatem secutus est. — 3342. El-Tefsír El-Allámi, commentarius in Coranum *Fat'h el-mennán* inscriptus, auctore doctissimo (*Alláma*) *Cotb-ed-dín Shirázi*, [anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuo]. — 3343. Tefsír Alá-ed-dín, commentarius in Coranum, auctore *Alá-ed-dín Ali Ben Mohammed Baghdádi*, anno 741 (inc. 27. Jun. 1340) mortuo. — 3344. Tefsír Alá-ed-dín, commentarius in Coranum, auctore *Alá-ed-dín Turkemáni*. Glossas ad eum scripsit *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Musa Kereki* Hanefita, anno 853 (inc. 24. Febr. 1449) defunctus. — 3345. Tefsír Ali El-Cári, commentarius in Coranum quatuor voluminum, auctore *Ali* Corani Lectore. — 3346. El-Tefsír El-Aláyi, commentarius in Coranum Aláïticus, auctore *Alá-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-rahman Bokhári*, vulgo *Alá-ed-dín El-Záhid* dicto et anno 546 (inc. 20. Apr. 1151) mortuo. — 3347. Tefsír El-Alíabádi, commentarius in Coranum *Metáli' el-meáni* inscriptus, auctore *Alíabádi*. Vide infra. — 3348. Tefsír El-Imád, commentarius in Coranum *Kefíl* inscriptus, auctore *Imád-ed-dín Kindi*. Videatur

٣٣٤٩ تفسير على القارى هو نور الدين على بن سليمان محمد الهروى [القارى] نزيل مكة المتوفى فى حدود سنة ١٠١٦ ٣٣٥٠ تفسير العوفى هو محمد بن سعد بن محمد بن الحسن عن ابن عباس ذكره الثعلبى ٣٣٥١ تفسير العيشى هو المولى محمد التيروى المتوفى سنة ١٠١٦ ٣٣٥٢ تفسير الغرناطى هو محمد بن على الاندلسى ٣٣٥٣ تفسير الغزالى المسمّى بياقوت التأويل يأتى ٣٣٥٤ تفسير الغزى هو الشيخ بدر الدين محمد بن رضى الدين محمد العامرى الشافعى المتوفى سنة ٩٩٠ وهو تفسير منظوم وانكر كثير من العلمآء عليه نظمه لانّه يؤدّى الى اخراج القرآن العظيم من نظمه الشريف لادخاله فى الوزن ما لم يكن من النظم الشريف ذكره القطب المكى فى رحلته [قلت قال الجبينى فى دستور الاعلام له ثلث تفاسير المنثور والمنظومان الكبير فى مأة الف بيت وثمانين الف بيت وارّخ تأريخ وفاته سنة اربع وثمانين وتسعمأة انتهى وقد رأيت المنظوم منه ثلثة مجلّدات بخطّه] ٣٣٥٥ تفسير فاتحة الكتاب للشيخ عبد القاهر بن عبد الرحمن الجرجانى المتوفى سنة ٤٧٤

---

infra. — 3349. Tefsír Ali El-Cári, commentarius in Coranum, auctore *Núr-ed-dín Ali Ben Soleimán Mohammed Herewi* [*El-Cári* i. e. Corani Lectore] Mekkae inquilino, circa annum 1016 (inc. 18. Apr. 1607) mortuo. — 3350. Tefsír El-Aufi, commentarius in Coranum a *Tha'lebi* commemoratus, auctore *Mohammed Ben Sa'd Ben Mohammed Ben-elhasan*, qui *Ibn Abbás* auctorem secutus est. — 3351. Tefsír El-Aishi, commentarius in Coranum, auctore Molla *Mohammed Tirewi*, anno 1016 (inc. 18. Apr. 1607) mortuo. — 3352. Tefsír El-Gharnáti, commentarius in Coranum, auctore *Mohammed Ben Ali Andalusi*, vulgo *Gharnáti* dicto. — 3353. Tefsír Ghazáli, commentarius in Coranum *Yacút el-tawíl* inscriptus, auctore *Ghazáli*. Vide infra. — 3354. Tefsír El-Ghazzi, commentarius in Coranum, auctore Sheikh *Bedr-ed-dín Mohammed Ben Redhí-ed-dín Mohammed Amiri* Shafiita, vulgo *Ghazzi* dicto et anno 960 (inc. 18. Dec. 1552) mortuo. Commentarius est metricus, quam formam multi viri docti auctori crimini dant, cum Coranus magnus sua metrica forma nobili abjecta mensuram ferre cogatur, quae formae illi metricae minime conveniat. Laudat eum *Cotb-ed-dín Mekki* in suo Itinere. [*Jebíni* in *Destúr el-ilám* ei tres commentarios attribuit, prosum et duos metricos, quorum major centum octoginta millia versuum habet, et auctorem anno 984 (inc. 31. Mart. 1576) mortuum esse dicit. Ipse commentarium metricum vidi, et tria ejus volumina propria auctoris manu scripta erant]. — 3355. Tefsír Fátihet El-Kitáb, commentarius in primam Corani Suratam, auctore Sheikh *Abd-el-cáhir Ben Abd-el-rahman Jorjáni*, anno 474

٣٣٥٦ تفسير الفاتحة للامام فخر الدين محمد بن عمر الرازى المتوفى سنة ٦٠٦ وهو فى مجلّدين سمّاه مفاتيح العلوم ٣٣٥٧ تفسير الفاتحة للشيخ صدر الدين ابى المعالى محمد ابن اسحق القونوى المتوفى سنة ٦٧٢ وهو على اصطلاح اهل التصوف سمّاه اعجاز البيان فى تفسير امّ القرآن وقد سبق ٣٣٥٨ تفسير الفاتحة لمحمد بن على الجذامى المتوفى سنة ٧٢٣ ٣٣٥٩ تفسير الفاتحة للعلّامة شمس الدين محمد بن حمزة الفنارى المتوفى سنة ٨٣٤ مجلّد اوله ربّنا امنّا بما انزلت واتبعنا الرسول الخ ذكر انّه يحقّ على مريد مزيد التوفيق للوقوف على حقآئق التفسير ان يقدم حدّه الجامع المانع ثمّ معرفة وجه الحاجة اليه ثمّ معرفة موضوعه ثمّ معرفة انّ استمداده من اىّ علم فمهّد هذه الاربعة الابواب مع عدّة فصول قبل الخوض فى مقصود الكتاب وذكر انّ الباعث على تأليفه الامير محمد بن علآء الدين ابن قرمان ثمّ اردف الابواب مباحث الاستعاذة والبسملة وادرج فوآئد جمّة فلا بدّ لطالب علم

(inc. 11. Jun. 1081) mortuo. — 3356. Tefsír El-Fátihet, commentarius in primam Suratam *Mefátih el-olúm* inscriptus et duo volumina explens, auctore Imám *Fakhr-ed-dín Mohammed Ben Omar Rázi*, anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuo. — 3357. Tefsír El-Fátihet, commentarius in primam Suratam *Ijáz el-beyán fi tefsír omm El-Cor'an* inscriptus et ad terminologiam et mentem Suforum compositus, auctore Sheikh *Sadr-ed-dín Abu'lmeáli Mohammed Ben Is'hac Cunewi*, anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuo. Vide supra. — 3358. Tefsír El-Fátihet, commentarius in Coranum, auctore *Mohammed Ben Ali Jodzámi*, anno 723 (inc. 10. Dec. 1323) mortuo. — 3359. Tefsír El-Fátihet, commentarius in primam Suratam, auctore doctissimo *Shems-ed-dín Mohammed Ben Hamza Fenári*, anno 834 (inc. 19. Sept. 1430) mortuo. Volumen ita incipiens: O Domine noster, credimus in id quod revelasti et legatum sequimur etc. Auctor eum dicit, qui ad auxilium divinum praecellens adspirat ad subtilitates explicationis coranicae intelligendas, praemittere oportere definitionem omnia complectentem et aliena excludentem, tum rationis, cur necessaria sit, ejusque objecti cognitionem sibi comparare, deinde intelligere ex hac et illa doctrina auxilium sibi esse petendum. Haec quatuor capita cum pluribus sectionibus prooemium fecit, antequam rem ipsam in libro exponendam aggrederetur et accuratius examinaret. Deinde se ab Emír *Mohammed Ben Alá-ed-dín Ibn Caramán* ad librum scribendum excitatum esse narrat, et illis capitibus disquisitiones suggessit de formulis „Confugimus ad Deum“ et „Nomine Dei,“ multaque ad discendum utilia immiscuit, ut qui exegesin

التفسير ان يعلم ما فى هذا التفسير اولًا ليكون على بصيرة من علمه .٣٣٦٠ تفسير الفاتحة
للعلّامة مجد الدين محمد بن يعقوب الفيروزابادى المتوفى سنة ٨١٧ سمّاه تيسير فاتحة الاداب
فى مجلّد كبير ٣٣٦١ تفسير الفاتحة للشيخ يعقوب بن عثمان الجرخى النقشبندى المتوفى
سنة وهو مختصر فارسى ٣٣٦٢ تفسير الفاتحة لمحمد بن مصطفى الكسرى مختصر اوله الحمد
لله الذى نوّر قلوب العارفين الخ ٣٣٦٣ تفسير الفاتحة للشيخ محمد بن كاتب الكليبولى
الّفه ردًّا على الوجودية كما ذكر فى ديباجته ٣٣٦٤ تفسير الفاتحة للشيخ بايزيد خليفة
من مشايخ عصر السلطان بايزيد خان الثانى ٣٣٦٥ تفسير الفاتحة للشيخ نور الدين ابى
الحسن على بن يعقوب [بن جبريل] البكرى المصرى المتوفى سنة ٧٢٤ ٣٣٦٦ تفسير الفاتحة
لشمس الدين محمد بن ابى بكر المعروف بابن قيّم الجوزية الحنبلى المتوفى سنة ٧٥١
٣٣٦٧ تفسير الفاتحة للشيخ اسمعيل بن احمد الانقروى المولوى المتوفى سنة ١٠٤٢ وهو تركى سمّاه

---

coranicam tractare vult, ante omnia scire debeat, quae in hoc commentario leguntur, ut circumspectius doctrinam suam curet. — 3360. Tefsír El-Fátihet, commentarius in primam Suratam. Volumen magnum *Teisír Fátihet el-anáb* inscriptum, auctore eruditissimo *Majd-ed-dín Mohammed Ben Yacúb Firuzábádi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuo. — 3361. Tefsír El-Fátihet, commentarius in primam Suratam. Compendium persicum, auctore Sheikh *Yacúb Ben Othmán Jerkhi Nackishbendi*, anno ... mortuo. — 3362. Tefsír El-Fátihet, commentarius in primam Suratam, auctore *Mohammed Ben Mustafa Kisra*. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo qui corda gnosticorum illuminat etc. — 3363. Tefsír El-Fátihet, commentarius in primam Suratam, quem Sheikh *Mohammed Ben Kátib Galibuli*, ut in praefatione monet, ad sectam *Wojúdíyet* refutandam composuit. — 3364. Tefsír El-Fátihet, commentarius in primam Suratam, auctore Sheikh *Bayezíd Khalífa*, qui inter Sheikhos temporis Sultani *Bayezíd Khán II.* floruit. — 3365. Tefsír El-Fátihet, commentarius in primam Suratam, auctore Sheikh *Núr-ed-dín Abu'lhasan Ali Ben Yacúb* [*Ben Jebríl*] *Bekri Misri*, anno 724 (inc. 30. Dec. 1323) mortuo. — 3366. Tefsír El-Fátihet, commentarius in Coranum, auctore *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abi Bekr* Hanbalita, vulgo *Ibn Cayyim el-jauzíyet* dicto et anno 751 (inc. 11. Mart. 1350) mortuo. — 3367. Tefsír El-Fátihet, commentarius in primam Suratam turcicus *El-Fátihet El-Ainíyet* inscriptus, auctore Sheikh *Ismail Ben Ahmed Anckirewi Mewlewi*,

بالفاتحة العينيّة وسيأتى ٣٣٦٨ تفسير الفاتحة لجلال الدين السيوطى المتوفى سنة ٩١١ سمّاه ازعار الفاتحة وقد مرّ ٣٣٦٩ تفسير الفاتحة للشيخ ابى اسحق ابرهيم بن احمد الرقى الحنبلى الواعظ المتوفى سنة ٧٠٣ قال الذهبى [فى العبر] كان قليل التمييز للصحيح من الواهى ٣٣٧٠ تفسير الفاتحة للشيخ ابى سعيد الدهستانى ٣٣٧١ تفسير الفاتحة للشيخ ابن نور الدين الرومى ٣٣٧٢ [تفسير الفاتحة لابن دهان النحوى المارّ ذكره] ٣٣٧٣ تفسير الفريابى هو محمد بن يوسف ذكره الثعلبى فى الكشف ومنتقاه للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ٣٣٧٤ تفسير القاشانى وهو المشهور بالتأويلات وقد سبق ذكره ٣٣٧٥ تفسير القاضى المسمّى بانوار التنزيل سبق ذكره ٣٣٧٦ تفسير قبيصة هو ابو عامر بن عقبة السوائى ٣٣٧٧ تفسير قتادة بن دعامة [وهو المشهور بابن] السدوسى له طرق منها طريق خارجة بن معصب السرخسى وقد زاد خارجة فيه من جهته مقدار الف

---

anno 1042 (inc. 9. Jul. 1632) mortuo. Vide infra. — 3368. Tefsír El-Fátihet, commentarius in primam Suratam *Azhár El-Fátihet* inscriptus et supra laudatus, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 3369. Tefsír El-Fátihet, commentarius in primam Suratam, in quo, teste *Dzehebi* [in *El-Ibar*], vera a parum firmis haud satis distinguuntur, auctore Sheikh *Abu Is'hac Ibrahím Ben Ahmed Rocayy* Hanbalita Concionatore, anno 703 (inc. 15. Aug. 1303) mortuo. — 3370. Tefsír El-Fátihet, commentarius in primam Suratam, auctore Sheikh *Abu Said Dihistáni*. — 3371. Tefsír El-Fátihet, commentarius in primam Suratam, auctore Sheikh *Ibn Núr-ed-dín Rúmi*. — 3372. [Tefsír El-Fátihet, commentarius in primam Suratam jam supra laudatus, auctore *Ibn Dehhán* Grammatico]. — 3373. Tefsír El-Faryábi, commentarius in Coranum a *Tha'lebi* in *El-Kashf* laudatus, auctore *Mohammed Ben Yusuf*. Potiora ejus excerpsit et edidit Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus. — 3374. Tefsír El-Cáshání, commentarius in Coranum vulgo *Tawílát* dictus et jam supra laudatus, auctore *Cáshání*. — 3375. Tefsír El-Cádhi, commentarius in Coranum *Anwár el-tenzíl* inscriptus et supra commemoratus, auctore *El-Cádhi* (*Beidháwi*). — 3376. Tefsír Cabísa, commentarius in Coranum, auctore *Abu Amir Ben Ocba Sewáyi*, vulgo *Cabísa* dicto. — 3377. Tefsír Catáda, commentarius in Coranum, auctore *Catáda Ben Diáma*, [vulgo *Ibn-*] *elsedúsi* dicto, cujus vestigia plures institerunt, ut *Khárija Ben Moassib Serakhsi*, qui exegesin coranicam mille traditionibus de suo auxit —

حديث وطريق شيبان بن عبد الرحمن النحوى وطريق معمر ٣٣٧٨ [تفسير قتيبة بن
احمد بن شريح البخارى الشيعى المتوفى سنة ٣١٦ وهو كبير] ٣٣٧٩ تفسير القرامانى هو
الشيخ احمد بن محمود الاصم المتوفى سنة ٩٧١ وهو فى اثنى عشر مجلّدًا ولم يكمله
٣٣٨٠ تفسير القرطبى المسمّى بجامع احكام القرآن يأتى فى الجيم ٣٣٨١ تفسير القرظى هو
محمد بن كعب القرظى [المتوفى سنة ١٠٨] ذكره الثعلبى فى الكشف ٣٣٨٢ تفسير القزوينى
هو ابو يوسف يقال انّه ازيد من ثلثمأئة مجلّد ٣٣٨٣ تفسير القشيرى هو الامام ابو القاسم
عبد الكريم بن هوازن الشافعى المتوفى سنة ٤٦٥ ٣٣٨٤ تفسير قطب الدين محمد بن محمد
الازنيقى المتوفى سنة ٨٢١ وهو كبير فى مجلّدات ٣٣٨٥ تفسير القفطى هو ابو القاسم هبة
الله بن عبد الله [بن سيّد الكل الشافعى] المتوفى سنة ٩٩٧ ولم يكمله [وصل الى سورة مريم]
٣٣٨٦ تفسير القلاقل للعلّامة جلال الدين محمد بن اسعد الصديقى الدوانى المتوفى سنة ٩٠٧

Sheibán Ben Abd-el-rahman Grammaticus et *Ma'mar*. — 3378. [Tefsír Coteiba, commentarius in Coranum magnus, auctore *Coteiba Ben Ahmed Ben Shoreih Bokhári* Shiita, anno 316 (inc. 25. Febr. 928) mortuo]. — 3379. Tefsír El-Carámáni, commentarius in Coranum, auctore Sheikh *Ahmed Ben Mahmúd El-Asamm* (i. e. surdo), vulgo *Carámáni* dicto et anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuo. Duodecim volumina, nec tamen auctor opus perfecit. — 3380. Tefsír El-Cortubi, commentarius in Coranum *Jámi' ahkám El-Cor'an* dictus, auctore *Cortubi*. Videatur litera *Jím*. — 3381. Tefsír El-Caratzi, commentarius in Coranum a *Tha'lebi* in *El-Kashf* commemoratus, auctore *Mohammed Ben Ka'b Caratzi*, [anno 108 (inc. 8. Mai. 726) mortuo]. — 3382. Tefsír El-Cazwíni, commentarius in Coranum, qui plus trecenta volumina continere traditur, auctore *Abu Yusuf*, vulgo *Cazwíni* dicto. — 3383. Tefsír Cosheiri, commentarius in Coranum, auctore Imám *Abu'lcásim Abd-el-kerím Ben Hewázin* Shafiita, vulgo *Cosheiri* dicto et anno 465 (inc. 17. Sept. 1072) mortuo. — 3384. Tefsír Cotb-ed-dín, commentarius in Coranum magnus plurium voluminum, auctore *Cotb-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Iznícki*, anno 821 (inc. 8. Febr. 1418) mortuo. — 3385. Tefsír El-Cofti, commentarius in Coranum imperfectus [et tantum ad Suratam *Maryam* perductus], auctore *Abu'lcásim Hibatallah Ben Abdallah* [*Ben Seyyid-elkoll* Shafiita], vulgo *Cofti* dicto et anno 697 (inc. 19. Oct. 1297) mortuo. — 3386. Tefsír El-Coláckil, commentarius in Suratas *Coláckil*, qui numerus pluralis est a singulari *coll* formatus, auctore eruditissimo *Jelál-ed-dín Mohammed Ben As'ad Sadícki Dewáni*, anno 907

وهى جمع قلّ وقد سبق انّه فسّر سورة الكافرون والاخلاص والمعوّذتين فردًا فردًا ويقال لجملتها هكذا ٣٣٨٧ تفسير الكبير المسمّى بمفاتيح الغيب يأتى ٣٣٨٨ تفسير الكرمانى المسمّى بلباب التفاسير يأتى وللكرمانى تفسير آخر المسمّى بالعجآئب والغرآئب يأتى ذكره ٣٣٨٩ تفسير الكلبى هو محمد بن السآئب له طرق منها طريق محمد بن فضل وطريق يوسف بن بلال وطريق حبان كلّها عن ابن عباس ٣٣٩٠ تفسير الكواشى هو موفق الدين احمد بن يوسف الموصلى [الشيبانى] الشافعى المتوفى سنة ٦٨٠ وهو اثنان كبير سمّاه بالتبصرة وقد سبق وصغير سمّاه بالتلخيص فسيأتى ٣٣٩١ تفسير الكورانى اثنان احدهما غاية الامانى وهو الكورانى المتقدّم والثانى جامع الاسرار وهو للمتأخّر وسيأتى ٣٣٩٢ تفسير اللخمى ٣٣٩٣ تفسير الماتريدى وهو التأويلات سبق ٣٣٩٤ تفسير الماوردى هو الامام ابو الحسن على بن حبيب الشافعى المتوفى سنة ٤٥٠ ومختصره للشيخ ابى الفيض

(inc. 17. Jul. 1501) mortuo. Jam supra dictum est, eum Suratas *Káfirún*, *Ikhlás* et duas ultimas sigillatim interpretatum esse, unde eae conjunctae ita nominatae sunt. — 3387. El-Tefsír El-Kebír, commentarius magnus in Coranum *Mefátih el-gheib* inscriptus. Vide infra. — 3388. Tefsír El-Kermáni, commentarius in Coranum *Lobáb el-tefásír* inscriptus, auctore *Kermáni*. Idem alium commentarium edidit titulo *El-Ajáïb we El-Gheráïb* insignitum. De utroque infra videatur. — 3389. Tefsír El-Kelbi, commentarius in Coranum, auctore *Mohammed Ben-elsáïb*, vulgo *Kelbi* dicto, a quo variae viae, quae omnes *Ibn Abbás* auctorem habent, ut *Mohammedis Ben Fadhl*, *Yusuf*i *Ben Bilál* et *Hayyáni*, exordium ceperunt. — 3390. Tefsír El-Kowáshi, commentarius in Coranum, auctore *Mowaffic-ed-dín Ahmed Ben Yusuf Mausili* [*Sheibáni*] Shafiita, vulgo *Kowáshi* dicto et anno 680 (inc. 22. Apr. 1281) mortuo. Edidit duos commentarios, majorem *Tebsiret* inscriptum et supra laudatum, et minorem *Telkhís* appellatum, de quo infra videatur. — 3391. Tefsír El-Kuráni, commentarii duo in Coranum, quorum prior *Ghâyet el-amáni* inscriptus est et *Kuráni* majorem auctorem habet, et posterior *Jámi' el-asrár* appellatus et a *Kuráni* minore editus est. — 3392. Tefsír El-Lakhmi, commentarius in Coranum, auctore *Lakhmi*. — 3393. Tefsír El-Materídi, commentarius in Coranum *Tawílát* inscriptus, auctore *Materídi*. Vide supra. — 3394. Tefsír El-Mawerdi, commentarius in Coranum, auctore Imám *Abu'lhasan Ali Ben Hebíb* Shafiita, vulgo *Mawerdi* dicto et anno 450 (inc. 28. Febr. 1058) mortuo. Epitomen ejus edidit

محمد بن على بن عبد الله الحلى ٣٣٩٥ تفسير مجاهد هو ابو الحجاج مجاهد بن جبير المكى [المتوفى سنة ١٠٤] له طرق منها طريق ابن ابى نجيح وطريق ابن جريج وطريق ليث ٣٣٩٦ تفسير المجرد لابى شجاع ٣٣٩٧ تفسير محمد بن ايوب الرازى ٣٣٩٨ تفسير محمد بن عبد الله البخارى [العلائى الملقّب بالزاهد] المتوفى سنة [٥٤٩] وهو كبير ازيد من الف جزء ٣٣٩٩ تفسير المريسى هو شرف الدين ابو الفضل محمد بن عبد الله الشافعى المتوفى سنة ٦٥٥ وهو كبير فى عشرين مجلّدًا قصد فيه ارتباط الآيات بعضها ببعض وبيّن وجوهه وله تفسير اوسط فى عشرة اجزآء وصغير فى ثلاثة اجزآء يعنى مجلّدًا ٣٤٠٠ تفسير مسلم الرازى ٣٤٠١ تفسير المسعودى هو ابو عبد الله محمد بن احمد المروزى الشافعى تلميذ القفال ٣٤٠٢ تفسير المسيّب شريك ذكره الثعلبى فى الكشف ٣٤٠٣ تفسير مصنفك هو الشيخ علآء الدين على بن محمد الشاهرودى البسطامى العمرى

Sheikh *Abu'lfeidh Mohammed Ben Ali Ben Abdallah Hilli.* — 3395. Tefsír Mojáhid, commentarius in Coranum, auctore *Abu'lhejjáj Mojáhid Ben Jobeir Mekki,* [anno 104 (inc. 21. Jun. 722)] mortuo, cujus vestigia *Ibn Abi Nejíh*, *Ibn Jeríj* et *Leith* presserunt. — 3396. El-Tefsír El-Mojarred, commentarius in Coranum argumentis destitutus, auctore *Abu Shojá'.* — 3397. Tefsír Mohammed, commentarius in Coranum, auctore *Mohammed Ben Eyyúb Rázi.* — 3398. Tefsír Mohammed, commentarius in Coranum magnus plus mille fasciculos continens, auctore *Mohammed Ben Abdallah Bokhári* [*Aláyi*, honorifice *Záhid* cognominato et] anno [546 (inc. 20. Apr. 1151)] mortuo. — 3399. Tefsír El-Mirrísi, commentarius in Coranum magnus viginti voluminum, auctore *Sheref-ed-dín Abu'lfadhl Mohammed Ben Abdallah* Shafiita, vulgo *Mirrísi* dicto et anno 655 (inc. 19. Jan. 1257) mortuo, qui sibi hic conjunctionem versuum mutuam monstrare proposuit et varias hujus conjunctionis rationes ostendit. Idem commentarium medium decem fasciculorum et parvum trium fasciculorum i. e. voluminum edidit. — 3400. Tefsír Moslim El-Rázi, commentarius in Coranum, auctore *Moslim Rázi.* — 3401. Tefsír El-Mes'údi, commentarius in Coranum, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Merwezi* Shafiita et discipulo *Caffáli*, vulgo *Mes'údi* dicto. — 3402. Tefsír El-Mosayyeb, commentarius in Coranum a *Tha'lebi* in *El-Kashf* laudatus, auctore *Mosayyeb Shoreik.* — 3403. Tefsír Mosannifek, commentarius in Coranum persicus, auctore Sheikh *Alá-ed-dín Ali Ben Mohammed Sháhrúdi Bistámi Omari*

البكرى المتوفى سنة ٨٧٥ وهو تفسير كبير فى مجلّدات فارسى مسمّى بالمحمدية اختار فيه اطنابًا عظيمًا اجاد فى الافادة واعتذر عن تأليفه بالفارسيّة وقال كتبته بامر السلطان محمد خان الفاتح سنة ٨٦٣ بادرنه والمأمور معذور وبالجملة هو كتاب ذو شأن لكن بقى على نقصان [قلت وقد رأيت منه مجلّدًا ضخمًا فيه تفسير جزء النبآ انتهى] وله تفسير اخر سمّاه بملتقى البحرين وكثيرًا يجيل تحقيقات القواعد النحوية على هذا الكتاب فى شرح البردة وقد صرّح فيه بانّه تفسير مكمل وسيأتى ذكره ٣٤٠٤ تفسير معافى بن اسمعيل الموصلى سمّاه البيان وقد سبق ٣٤٠٥ تفسير مقاتل بن حيان ومقاتل بن سليمان عن ثلثين رجلًا منهم اثنى عشر رجلًا من التابعين وله طرق منها طريق الثعلبى وطريق ابى عصمة المروزى ٣٤٠٦ تفسير المقدسى هو شهاب الدين احمد بن محمد بن حنبلى المتوفى سنة ٧٢٨ ٣٤٠٧ تفسير مكى بن ابى طالب القيسى النحوى المقرى المتوفى سنة ٤٣٧ وهو فى خمسة

Bekri, vulgo *Mosannifek* dicto et anno 875 (inc. 30. Jun. 1470) mortuo. Opus magnum plurium voluminum *El-Mohammediyet* nominatum, in quo auctor genus dicendi admodum sublime praeoptavit, utilitatemque egregiam sententiis afferre studuit, et quod persice scripserit, se excusat. Jussu, inquit, Sultani *Mohammed Khán* expugnatoris anno 863 (inc. 8. Nov. 1458) Adrianopoli illud composui, et jussus est excusatus. Uno verbo hic liber magni est pretii, mancus tamen mansit. [Verum crassum ejus vidi volumen, quod ultimi Corani fasciculi *Nebá* appellati explicationem continebat]. Idem alium quoque commentarium publicavit *Multeca el-bahrein* inscriptum, ad quem lectores in commentario ad carmen *Burdet* de subtilioribus regularum grammaticarum notionibus saepius delegat, et disertis verbis eum perfectum esse dicit. Vide de eo infra. — 3404. Tefsír Moáfi, commentarius in Coranum *Beyán* inscriptus et supra laudatus, auctore *Moáfi Ben Ismaíl Mausili*. — 3405. Tefsír Mocátil, commentarius in Coranum, auctoribus *Mocátil Ben Hayyán* et *Mocátil Ben Soleimán*, qui ad auctoritatem triginta traditionariorum provocat, quorum duodecim ex iis sunt, qui socios prophetae viderunt. Hinc posteriores, ut *Tha'lebi* et *Abu Isma Merwezi*, ejus vestigia persecuti sunt, eumque auctorem viarum suarum fecerunt. — 3406. Tefsír El-Mocaddesi, commentarius in Coranum, auctore *Sheháb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Ben Hanbali*, vulgo *Mocaddesi* dicto et anno 728 (inc. 17. Nov. 1327) mortuo. — 3407. Tefsír Mekki, commentarius in Coranum quindecim fasciculorum, auctore *Mekki Ben Abi Tálib Caisi* Grammatico et Corani Lectore,

عشر جزءًا ٣٤٠٨ تفسير المنشى هو مولانا محمد بن بدر الدين صاروخانى المتوفى بالمدينة فى حدود سنة ...١ وهو تفسير وجيز كتفسير الجلالين اوله الحمد لله الذى انزل على عبده الكتاب الخ اورد فيه نخب الاقوال وبيّن اعراب ما يقتضيه الحال مقتصرًا على قرأة حفص بشهرته فى البلاد الروميّة ذكر انّه شرع فى وطنه آقحصار فى رمضان سنة ٩٨١ ولمّا اتمّ وعرض على الموالى فكتبوا تقريظا واعداه الى السلطان مراد خان تشرف بميامنه بمشيخة الحرم النبوى سنة ٨٢ وجاور بها الى ان مات ٣٤٠٩ تفسير المهدوى هو ابو العباس احمد بن عمّار المتوفى بعد سنة ٤٣٠ سمّاه التفصيل الجامع لعلوم التنزيل ٣٤١٠ تفسير ناصر بن منصور بن ابى القاسم وهو كبير فى ثمانى مجلّدات يحتجّ لابى حنيفة ويذكر الاحكام ومسائلها مفصّلًا وهو موجود بمكة قاله ابن خلّكان ٣٤١١ تفسير النبى صلعم قال الثعلبى سمعت بعضه من مصنّفه واجازنى الباقى قال وهو ابو الحسن محمد بن القاسم الفقيه ٣٤١٢ تفسير نجم الدين

---

anno 437 (inc. 19. Jul. 1045) mortuo. — 3408. Tefsír El-Monshi, commentarius in Coranum, auctore Molla nostro *Mohammed Ben Bedr-ed-dín Sarúkhání*, vulgo *Monshi* dicto et Medínae circa annum 1000 (inc. 9. Oct. 1591) mortuo. Commentarius brevis *Jelál-ed-dín*orum commentario similis, qui ita incipit: Laus Deo, qui Coranum servo suo revelavit etc. Auctor in eo effata protulit selecta flexionesque grammaticas finales exposuit, quantum res postulavit, in lectione *Hafsi*, quippe quae in Rumelia celeberrima sit, acquiescens, seque librum in domicilio *Ac'hisár* mense Ramadhán anni 981 (inc. 3. Mai. 1573) inchoasse narrat. Quo finito et judicibus (*Mewáli*) proposito, hi laudes ejus scripto celebrarunt, illeque opus Sultano *Morád Khán* obtulit, et ob vim ejus salutarem munere Sheikhi ad aedem sanctam prophetae Medinensem anno 982 (inc. 23. Apr. 1574) honoratus ibique usque ad mortem commoratus est. — 3409. Tefsír El-Mehdewi, commentarius in Coranum *El-Tefsíl El-Jámi' li olúm el-tenzíl* inscriptus, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Ammár* vulgo *Mehdewi* dicto et post annum 430 (inc. 3. Oct. 1038) mortuo. — 3410. Tefsír Násir, commentarius in Coranum magnus octo voluminum, auctore *Násir Ben Mansúr Ben Abi'lcásim*, qui pro *Abu Hanífa* propugnat et decreta eorumque quaestiones per singulas partes refert; liberque Mekkae, teste *Ibn Khallekán*, exstat. — 3411. Tefsír El-Nebi, commentarius in Coranum prophetae, cui Deus propitius sit. *Tha'lebi* se partem ejus ex auctore, quem *Abu'lhasan Mohammed Ben-elcásim* Jurisconsultum appellat, audivisse eumque sibi reliqua scripta concessisse narrat. — 3412. Tefsír Nejm-ed-dín,

احمد بن عمر الخيوتى المعروف بالكبرى الشافعى المتوفى شهيدًا سنة ٦١٨ وهو كبير فى اثنى عشر مجلّدًا ٣٤١٣ تفسير نجم الدين بشير بن ابى بكر الزينى التبريزى المتوفى [بمكة] سنة ٦٤٦ وهو كبير فى مجلّدات ٣٤١٤ تفسير النحاس هو ابو جعفر احمد بن محمد النحوى المصرى المتوفى سنة ٣٣٨ قصد فيه الاعراب لكن ذكر القرآات التى يحتاج ان يبيّن اعرابها والعلل فيها وما يحتاج فيه من المعانى ٣٤١٥ تفسير النسفى المسمّى بالتيسير يأتى قريبًا ٣٤١٦ تفسير النعمانى هو ظهير الدين ابو على الحسن بن الخطير [ابن ابى الحسين] الفارسى المتوفى سنة ٥٩٨ ٣٤١٧ تفسير نعمة الله ٣٤١٨ تفسير النقاش المسمّى بشفآء الصدور يأتى ٣٤١٩ تفسير نور الدين زاده هو الشيخ مصلح الدين المتوفى سنة ٩٨١ وهو الى سورة الانعام ٣٤٢٠ تفسير الهدى هو ابو حذيفة موسى بن مسعود ذكره الثعلبى ٣٤٢١ تفسير النيسابورى المسمّى بغرآئب القرآن للنظام يأتى والاخر المسمّى بالبصآئر

---

commentarius in Coranum magnus duodecim voluminum, auctore *Nejm-ed-dín Ahmed Ben Omar Khiweti* Shafiita, vulgo *Kobra* dicto, qui anno 618 (inc. 25. Febr. 1221) martyrium subiit. — 3413. Tefsír Nejm-ed-dín, commentarius magnus in Coranum plurium voluminum, auctore *Nejm-ed-dín Beshír Ben Abi Bekr Zeini Tebrízi*, [Mekkae] anno 646 (inc. 26. Apr. 1248) mortuo. — 3414. Tefsír El-Nehhás, commentarius in Coranum, auctore *Abu Ja'far Ahmed Ben Mohammed Misri* Grammatico, vulgo *Nehhás* dicto et anno 338 (inc. 1. Jul. 949) mortuo. Flexiones finales potissimum hic spectavit, attamen lectiones commemorat, quarum flexiones finales et anomaliae exponendae et quae sententiae hic necessariae erant. — 3415. Tefsír El-Nesefi, commentarius in Coranum *Teisír* inscriptus, qui paulo infra commemorabitur, auctore *Nesefi*. — 3416. Tefsír El-Nománi, commentarius in Coranum, auctore *Tzahír-ed-dín Abu Ali Hasan Ben-elkhatír* [*Ben Abi'lhosein*] *Fárisi*, vulgo *Nománi* dicto et anno 598 (inc. 1. Oct. 1201) mortuo. — 3417. Tefsír Ni'met-allah, commentarius in Coranum, auctore *Ni'met-allah*. — 3418. Tefsír El-Naccásh, commentarius in Coranum *Shifá el-sodúr* inscriptus, auctore *Naccásh*. Vide infra. — 3419. Tefsír Núr-ed-dínzádeh, commentarius in Coranum usque ad Suratam *An'ám*, auctore Sheikh *Moslih-ed-dín*, vulgo *Núr-ed-dínzádeh* dicto et anno 981 (inc. 3. Mai. 1573) mortuo. — 3420. Tefsír El-Hedi, commentarius in Coranum a *Tha'lebi* commemoratus, auctore *Abu Hodzeifa Musa Ben Mes'úd*, vulgo *Hedi* dicto. — 3421. Tefsír El-Nisabúri, commentarius in Coranum *Gheráïb El-Cor'an* inscriptus et infra laudatus, auctore *Nitzám-ed-dín Nisabúri*, et alius *Besáïr*

سبق ذكره ٣٤٢٢ تفسير النيسابورى القديم هو ابو القاسم حسن بن محمد الواعظ
المتوفى سنة ٤٠٦ وابو بكر محمد بن ابرهيم المتوفى سنة ٣١٠ واحمد بن محمد النيسابورى المتوفى
سنة ٣٥٣ ٣٤٢٣ تفسير الواحدى الثلاثة البسيط والوسيط والوجيز ويسمّى هذه الثلاثة
الحاوى لجميع المعانى يأتى كلّ منها ٣٤٢٤ تفسير الواقدى وهو محمد بن عمر وهو على
ما فى الكشف للثعلبى الحسين بن واقد ٣٤٢٥ تفسير الوالبى هو الامام على بن ابى طلحة
عن ابن عباس رضى الله عنهما ٣٤٢٦ تفسير ورقآء بن عمر ذكره الثعلبى فى الكشف
٣٤٢٧ تفسير وكيع هو الامام الزاهد ابو سفيان وكيع بن الجراح الكوفى الحنفى المتوفى سنة ١٩٧
٣٤٢٨ تفسير هشيم بن بشر ذكره الثعلبى ٣٤٢٩ تفسير وهب ٣٤٣٠. تفسير الوهرانى
هو ابو الحسن على بن عبد الله [بن المبارك خطيب واربا] المتوفى سنة ٦١٥
٣٤٣١ تفسير الهندى هو الشيخ فيض الله المتخلّص بفيضى المتوفى فى حدود سنة ...١ فسّره

---

inscriptus, de quo supra mentio facta est. — 3422. Tefsír El-Nisabúri El-Cadím, commentarii in Coranum, auctoribus *Abu'lcásim Hasan Ben Mohammed Wáitz*, vulgo *Nisabúri El-Cadím* (senior) dicto et anno 406 (inc. 21. Jun. 1015) mortuo, *Abu Bekr Mohammed Ben Ibrahím Nisabúri*, anno 310 (inc. 1. Mai. 922) mortuo, et *Ahmed Ben Mohammed Nisabúri*, anno 353 (inc. 19. Jan. 964) mortuo. — 3423 Tefsír El-Wáhidi, commentarii tres in Coranum cuncti *El-Háwi li jemí' el-meáni* inscripti, amplus, medius et brevis. Omnes infra commemorabuntur. — 3424. Tefsír El-Wáckidi, commentarius in Coranum, auctore *Mohammed Ben Omar*, sive, ut *Tha'lebi* in *El-Kashf* vult, *El-Hosein Ben Wáckid*, vulgo *Wáckidi* dicto. — 3425. Tefsír El-Wálibi, commentarius in Coranum, auctore Imám *Ali Ben Abi Telha*, vulgo *Wálibi* dicto, qui *Ibn Abbási* auctoritatem sequitur. Deus utrique faveat! — 3426. Tefsír Wercá, commentarius in Coranum a *Tha'lebi* in *El-Kashf* laudatus, auctore *Wercá Ben Omar*. — 3427. Tefsír Wekí', commentarius in Coranum, auctore Imám asceta *Abu Sofyán Wekí' Ben-eljerráh Kufi* Hanefita, anno 197 (inc. 12. Sept. 812) mortuo. — 3428. Tefsír Hosheim, commentarius in Coranum a *Tha'lebi* commemoratus, auctore *Hosheim Ben Bishr*. — 3429. Tefsír Wahb, commentarius in Coranum, auctore *Wahb*. — 3430. Tefsír El-Wahráni, commentarius in Coranum, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Abdallah* [*Ben-elmobárek Khatíb Wariya*], vulgo *Wahráni* dicto et anno 615 (inc. 30. Mart. 1218) mortuo. — 3431. Tefsír El-Hindi, commentarius in Coranum, auctore Sheikh *Feidh-allah Hindi*, *Feidhi* cognominato et circa annum 1000 (inc. 9. Oct. 1591) mortuo, qui non

بالحروف المهملة وتكلّف فيه غاية التكلّف ٣٤٣٢ تفسير يزيد بن هارون السلمى من التابعين المتوفى سنة ١١٧ ذكره ابو الخير ٣٤٣٣ تفسير يعقوب بن عثمان الغزنوى ثمّ الجرخى تقريب المأمول تقريب التفسير تقريب مختصر الكشاف تقشير التفسير تقشير التفسير تلخيص البيان تلخيص علل القرآن تنزيه القرآن تنوير الضحى تيسير فى التفسير ثلاثة جامع الاسرار جامع الانوار جامع البيان جامع التأويل جامع التفاسير جامع الكبير جوامع التبيان ٣٤٣٤ تفسير الروحانية لبقراطيس ٣٤٣٥ تفسير الفقهآء وتكذيب السفهآء لابى الفتح عبد الصمد بن محمود بن يونس الغزنوى [تقدّم فى عبد الصمد] ٣٤٣٦ تفسير المطالب وتسخير المآرب فى الطلسمات ٣٤٣٧ تفصيل السعر فى تفصيل الشعر للشيخ زين الدين سربجا ابن محمد الملطى المتوفى سنة ٧٨٨ ٣٤٣٨ تفصيل النشأتين وتحصيل السعادتين للامام ابى القاسم الحسين بن محمد بن

---

nisi literis punctis diacriticis destitutis in hac expositione usus est, qua re sibi legem scripsit difficillimam. — 3432. Tefsír Yezíd, commentarius in Coranum ab *Abu'lkheir* landatus, auctore *Yezíd Ben Harún Sollemi*, anno 117 (inc. 31. Jan. 735) mortuo, qui aequalis fuit sociorum prophetae. — 3433. Tefsír Yacúb, commentarius in Coranum, auctore *Yacúb Ben Othmán*, primum *Ghaznae*, deinde *Jerkhi* inquilino. — Alii commentarii coranici, qui infra sequentur, sunt hi: *Tecríb el-mamúl* — *Tecríb el-tefsír* — *Tecríb*, epitome libri *Keshsháf* — *Tecshír el-tefsír* — *Tecshír el-tefsír* — *Telkhís el-beyán* — *Telkhís ilel El-Cor'an* — *Tenzíh El-Cor'an* — *Tenwír el-dhohá* — *Teisír fi el-tefsír*, tria opera hujus tituli — *Jámi' el-asrár* — *Jámi' el-anwár* — *Jámi' el-beyán* — *Jámi' el-tawíl* — *Jámi' el-tefásír* — *El-Jámi' El-Kebír* — *Jewámi' el-tibyán*. — 3434. Tefsír El-Ruhániyet, interpretatio spiritualium, auctore Hippocrate. — 3435. Tefsír el-focahá we Tekdzíb el-sofahá, interpretatio Jurisconsultorum et mendacii accusatio insipientium, auctore *Abu'lfat'h Abd-el-samed Ben Mahmúd Ben Yunos Ghaznewi*. [Vide supra sub *Abd-el-samed*]. — 3436. Tefsír el-metálib we Teskhír el-meárib, expositio quaesitorum et optatorum impetratio, de rebus talismaticis. — 3437. Tefsíl el-si'r, descriptio pretii statuti accuratior de poësi praeferenda, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Seríjá Ibn Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 3438. Tefsíl el-neshatein we Tehsíl el-seádatein, descriptio accuratior utriusque creationis et impetratio utriusque felicitatis, auctore Imám *Abu'lcásim Hosein Ben Mohammed*

المفصل الراغب الاصفهانى المتوفى فى رأس المأئة الخامسة مختصر اوله الحمد لله الذى ارسل بالنبوة عبده الخ رتب على ثلاثة وثلاثين بابًا وفصّل فيها النشأة الاولى والنشأة الاخرى ٣٤٣٩ التفصيل الجامع لعلوم التنزيل فى التفسير لابى العباس احمد بن عمار المهدوى التميمى المتوفى بعد سنة ٤٣٠ [وقد تقدّم] وهو تفسير كبير بالقول فسّر الآيات اولًا ثمّ ذكر القرآات ثمّ الاعراب وكتب فى آخره قواعد القرآات ثمّ اختصره وسمّاه التحصيل وذكر السيوطى فى اعيان الاعيان نقلًا عن الحميدى انّه لابى حفص احمد بن محمد بن احمد الاندلسى وكان حيًّا سنة ٤٤٠. ٣٤٤٠ تقضى بحديث الموطأ يأتى فى الميم ٣٤٤١ تفصيل الاتراك على سآئر الاجناد للوزير ابى العلآء ٣٤٤٢ تفضيل شعر امرىء القيس على الجاهليين لحسن بن بشر الآمدى المتوفى سنة ٣٧١ ٣٤٤٣ تفضيل الفقير الصابر على الغنى الشاكر لابى منصور عبد القاهر بن طاهر البغدادى المتوفى سنة ٤٢٩ ٣٤٤٤ تفطين الواجب فى الردّ على

Ben-elmofadhdhil Rághib Isfahání, initio seculi quinti mortuo. Compendium ita incipiens: Laus Deo, qui servum suum cum prophetia misit etc., et in triginta tria capita dispositum, in quo auctor creationem primam et alteram fusius descripsit. — 3439. El-Tefsíl El-Jámi', descriptio accuratior doctrinas revelationis complectens de exegesi coranica, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Ammár Mehdewi Temími*, post annum 430 (inc. 3. Oct. 1038) mortuo. Commentarius in Coranum magnus [jam supra laudatus], qui ea tantum textus verba continet, quae explicantur. Auctor primo versus commentatur, postea lectiones commemorat et post has flexus formarum finales, et in fine leges lectionum criticas describit. Serius librum in epitomen coëgit *Tehsíl* inscriptam. At *Soyúti* auctore *Homeidi* usus in *Iyán el-ayán* librum dicit ab *Abu Hafs Ahmed Ben Mohammed Ben Ahmed Andalusi*, qui anno 440 (inc. 16. Jun. 1048) vixerit, esse compositum. — 3440. Tefadhdhi, tractatio studiosa traditionum in libro *Mowatta*, de quo in litera *Mím* videatur. — 3441. Tefdhíl El-Atrák, Turcae ceteris militibus praeferendi, auctore Wezír *Abu'lalá*. — 3442. Tefdhil shi'r Amrialkeis, carmina *Amrialkeis*'i iis praeferenda, quae poëtae tempore ignorantiae condiderunt, auctore *Hasan Ben Bishr Amidi*, anno 371 (inc. 7. Jul. 981) mortuo. — 3443. Tefdhíl el-fackír el-sábir, pauper patiens diviti liberali praeferendus, auctore *Abu Mansúr Abd-el-cáhir Ben Táhir Baghdádi*, anno 429 (inc. 14. Oct. 1037) mortuo. — 3444. Teftín el-wájib, institutio de eo, quod

ابن الحاجب لابى اسحق ابرهيم بن احمد الجزرى الانصارى المتوفى سنة ٣٤٤٥ تفقيه الطالب لعبد الله محمد الاسلمى المتوفى سنة ٣٤٤٦ تفقيه فى شرح التنبيه يأتى قريبًا ٣٤٤٧ تفقيه لابن قتيبة عبد الله ابن مسلم النحوى المتوفى سنة ٢٧٦ ٣٤٤٨ تفليس ابليس للشيخ عزّ الدين عبد السلام بن [احمد بن] غانم المقدسى [المتوفى سنة ٦٧٨] ٣٤٤٩ تفهيم لاوآئل صناعة التنجيم على طريق المدخل لابى الريحان محمد بن احمد البيرونى ألّفه سنة ٤٢١ لابى الحسن على بن ابى الفضل الخاصى

٣٤٥٠ علم تقاسيم العلوم

وهو علم يبحث فيه عن التدرج من اعمّ الموضوعات الى اخصّها ليحصل بذلك موضوع العلوم المندرجة تحت ذلك الاعمّ ولمّا كان اعمّ العلوم موضوعًا العلم الآلهى جعل تقسيم العلوم من فروعه ويمكن التدرج فيه من الاخصّ الى الاعمّ على عكس ما ذكر لكن الاول اسهل وايسر وموضوع هذا العلم وغايته ظاهر

---

necessarium est. Refutatio *Ibn-elhájibi*, auctore *Abu Is'hac Ibrahím Ben Ahmed Jezeri Ansári*, anno ... mortuo. — 3445. Tefckíh el-tálib, liber, quo studiosus jus edocetur, auctore *Abdallah Mohammed Aslemi*, anno ... mortuo. — 3446. Tefckíh, doctrina juris. Commentarius operis *Tenbíh*, de quo paulo infra dicetur. — 3447. Tefckíh, doctrina juris, auctore *Ibn Coteiba Abdallah Ibn Moslim* Grammatico, anno 276 (inc. 6. Mai. 889) mortuo. — 3448. Teflís Iblís, liber quo exiguae Diaboli opes demonstrantur, auctore Sheikh *Izz-ed-dín Abd-el-selám Ben* [*Ahmed Ben*] *Ghánim Mocaddesi*, [anno 678 (inc. 14. Mai. 1279) mortuo]. — 3449. Tefhím li awáïl sináet el-tenjím, liber, quo principia artis astronomicae ad rationem libri *Madkhal* docentur. *Abu'lríhán Mohammed Ben Ahmed Birúni* eum anno 421 (inc. 9. Jan. 1030) *Abu'lhasano Ali Ben Abi'lfadhl Khássi* composuit. —

3450. Ilm tecásím el-olúm. Doctrina divisionum doctrinarum.

Haec est ea doctrina, in qua de aequabili a generalissimo objectorum ad specialissimum progressione quaeritur, qua re ad objectum doctrinarum perveniatur, quae illo generalissimo contineantur. Cum vero ratione objecti habita doctrinarum generalissima sit rerum divinarum doctrina, divisionem doctrinarum partem ejus fecerunt; imo illa progressio aequabilis contra ea quae modo dicta sunt, hic a specialissimo fieri potest ad generalissimum, attamen prima illa ratio planior est et facilior. Hujus doctrinae objectum et summus finis apparent. —

٣٤٥١ تقاسيم الحكمة للشيخ الرئيس حسين بن عبد الله ابن سينا المتوفى سنة ٤٢٧ اوله الحمد لله ملهم الصواب الخ ٣٤٥٢ التقاسيم والانواع فى الحديث للامام الحافظ محمد بن حبان السبتى المتوفى سنة ٣٥٤ ٣٤٥٣ تقاطيف الجزّار لجمال الدين ابى الحسين [الجزّار حامل لوآء الشعرآء فى عصره] يحيى بن عبد العظيم الشاعر المتوفى سنة ٦٧٩ جمع فيه قطعة من شعره وهى تسمية حسنة ٣٤٥٤ تقدمة المعرفة فى الطبّ للامام بقراط وهو ثلاث مقالات ضمنه تعريف العلامات فى الازمنة الثلثة وعرف انّه اذا اخبر بالماضى وثق به المريض فاستسلم له فيمكن بذلك علاجه واذا عرف الحاضر قابله بما ينبغى من الادوية واذا عرف المستقبل استعدّ له بجميع ما يقابله به قبل ان يهاجم عليه بما لا يمهله وشرحه علآء الدين على بن ابى الحرم القرشى [المعروف بابن النفيس المتوفى سنة ٦٨٧] بقال اقول فى مجلّد ٣٤٥٥ تقدمة معرفة الامراض الكآئنات من تغيّر الهوآء لبقراط ٣٤٥٦ تقريب الاحكام فى

expositione altitudinis gradus prophetae nostri *Mohammed*, auctore *Abd-el-jelíl Ben Mohammed Ben Ahmed Ben Hatúm Morádi Cairawáni*. Volumen ita incipiens: Laus Deo, qui coelum laudationum piarum ornavit etc., in quo ille precationes bonorum pro propheta traditas et testimonio auctorum confirmatas ita collegit, ut nihil reliqui haberet. Praeterea harum precationum praestantiam, amorem et venerandam ejus dignitatem laudat. Serius potiora libri excerpsit, epitomenque *Tedzkiret ahl el-islám fi el-selát ala kheir el-anám* inscripsit, et monet hic, se traditiones ibi allatas ex centies mille traditionibus extraxisse, ita ut auctoritates omitteret, seque interdum tractatum *Shifá el-ascám we mahw el-athám fi el-selát ala kheir el-anám* nominasse fatetur. — 3615. Tenbíh el-awwáh, excitatio multum ob peccata commissa suspirantis per praestantiam formulae „Non est Deus nisi Allah," auctore Sheikh *Mohammed Bekri*, anno 994 (inc. 3. Dec. 1585) mortuo. Hoc compendium, quod ita incipit: Laus Deo pro ejus gratia in formula posita „Non est Deus nisi Allah" etc., nonaginta duas traditiones complectitur. — 3616. Tenbíh el-báriín, excitatio doctrina praecellentium ad id, quod exsculptum est ex sermone Arabum, auctore *Tzahír-ed-dín Abu Ali Hasan Ben-elkhatír No'máni Fárisi*, anno 598 (inc. 1. Oct. 1201) mortuo. — 3617. Tenbíh el-besáïr, excitatio intelligentiarum de nominibus matris peccatorum majorum, auctore [doctissimo] *Abu'lkhattáb* [*Omar Ben*] *Hosein Ben Ali Ibn Dihye Kufi*, [anno 633 (inc. 16. Sept. 1235) mortuo]. Compendium alphabetice dispositum, quod ita incipit: Laus Deo, qui fidem Islamicam cultoribus suis fidelibus elegit etc. — 3618. Tenbíh el-khátir,

على زلّة القارى والذاكر للامير علآء الدين على بن بلبان الفارسى المتوفى سنة ٧٣١
٣٦١٩ تنبيه ذوى الادراك بحرمة تناول التنباك لمحمد بن علان المكى ذكر فى شرح الطريقة
انّ له تصنيفين فى تحريم الدخان مطوّل ومختصر هو المسمى بالتنبيه .٣٦٢٠ تنبيه الرجل
الغافل على تمويه الجدل الباطل للشيخ تقى الدين احمد بن عبد الحليم ابن تيميّة وهو
5 كتاب كبير فى الجدل اوله الحمد لله العليم القدير الخ ٣٦٢١ تنبيه السالك على مظانّ
المهالك للشيخ تقى الدين ابى بكر بن محمد الحصنى المتوفى سنة ٨٢٩ ٣٦٢٢ تنبيه الطالب
وارشاد الدارس فيما بدمشق من الجوامع والمدارس لمحيى الدين ابى المفاخر النعيمى الشافعى
ومختصره للشيخ عبد الباسط الواعظ الدمشقى وهو مرتّب على احد عشر بابًا وخاتمة
٣٦٢٣ تنبيه الطالب لفهم ابن الحاجب للشيخ الامام عزّ الدين ابى عبد الله محمد
10 ابن عبد السلام بن اسحق الاموى المالكى المتوفى سنة [٧٤٩] اوله الحمد لله
ربّ العالمين الخ وهو مختصر مشتمل على شرح الفاظ كتاب جامع الامهات فى

---

excitatio cogitationis ad errores legentis Coranum et Deum laudantis, auctore Emír *Alá-ed-dín Ali Ben Bolbán Fárisi*, anno 731 (inc. 15. Oct. 1330) mortuo. — 3619. Tenbíh dzewi el-idrák, excitatio perspicacium interdicto, ne tabacum per fistulam bibatur, auctore *Mohammed Ben Allán Mekki.* Hic in commentario libri *Terícat* se duo opera composuisse dicit de interdictione fumi herbae Nicotianae hausti, longius et brevius, hocque illud esse, quod *Tenbíh* inscripserit. — 3620. Tenbíh el-rajol el-gháfil, excitatio viri negligentis ad simulationem controversiae vanae, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Ahmed Ben Abd-el-halím Ibn Teimíye.* Magnus liber de dialectica, qui ita incipit: Laus Deo sapienti, potenti etc. — 3621. Tenbíh el-sálik, excitatio incedentis ad loca periculosa, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Abu Bekr Ben Mohammed Hisni*, anno 829 (inc. 13. Nov. 1425) mortuo. — 3622. Tenbíh el-tálib, excitatio studiosi et directio discentis de templis cathedralibus et collegiis, quae Damasci sunt, auctore *Mohyi-ed-dín Abu'lmefákhir Naimi* Shafiita. Sheikh *Abd-el-básit* Concionator Damasci ejus epitomen edidit in undecim capita et conclusionem dispositam. — 3623. Tenbíh el-tálib, excitatio studiosi ad intelligendum *Ibn-elhájib*, auctore Sheikh et Imám *Izz-ed-dín Abu Abdallah Mohammed Ben Abd-el-selám Ben Is'hac Omawi* Malikita, anno [749 (inc. 1. Apr. 1348)] mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo mundorum domino etc., et explicationem continet verborum libri *Jámi' el-ommahát* (i. e. Conquisitor propositionum principalium)

فقه مالك لابى عمرو عثمان ابن الحاجب ويقيدها لفظًا مرتّبًا على الحروف كالمصباح المنير
٣٦٢٤ تنبيه العارفين فارسى فى الموعظة فيه نظم ونثر وحكايات ٣٦٢٥ تنبيه الغافلين فى
الموعظة لابى الليث نصر بن محمد الفقيه السمرقندى الحنفى المتوفى سنة ٣٧٥ وهو مجلّد اوله
الحمد لله الذى هدانا لكتابه الخ مرتّب على اربعة وتسعين بابًا قال الذهبى فيه موضوعات
كثيرة رواه عنه ابو بكر محمد بن عبد الرحمن الترمذى وترجمته بالتركية لبعض اهالى رهآء
المتوفى فى حدود سنة ١٠٤٠ وبالفارسيّة لغيره ٣٦٢٦ تنبيه الغافلين عن اعمال الجاهلين وتحذير
السالكين من افعال الهالكين للشيخ محيى الدين احمد بن ابرهيم النحاس الدمشقى الشافعى
[المتوفى شهيدًا سنة ٨١٤] اوله نحمدك اللهم على سرّك الجميل الخ رتّب على سبعة ابواب كلّها
فى احوال الامر بالمعروف والنهى عن المنكر فرغ من تأليفه فى اواخر ذى الحجة سنة ٨١١
[واختصره الشيخ محمد بن بركات بن احمد بن محمد الخرفوسى الشافعى المتوفى
سنة] ٣٦٢٧ تنبيه الغافلين للشيخ بهآء الدين ٣٦٢٨ تنبيه الغبى فى رؤية النبى

---

de jure Malikitico, quem *Abu Amru Othmán Ibn-elhájib* edidit. Verba singula vocalibus instruxit eaque alphabetice disposuit, ut in *El-Misbáh El-Monír* factum est. — 3624. Tenbíh el-árifín, excitatio gnarorum. Opus paraeneticum persice scriptum, quod orationem ligatam et solutam et narrationes continet. — 3625. Tenbíh el-ghafilín, excitatio socordium. Opus paraeneticum, auctore *Abu'lleith Nasr Ben Mohammed Samarcandi* Jurisconsulto Hanefitico, anno 375 (inc. 24. Mai. 985) mortuo. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo, qui nos ad librum suum dirigit etc., et in nonaginta quatuor capita dispositum est. Multa libro insunt objecta, ut *Abu Bekr Mohammed Ben Abd-el-rahman Tirmidzi*, qui *Dzehebi* habet auctorem, tradit. Edessae incola aliquis, qui circa annum 1040 (inc. 31. Jul. 1630) obiit, librum turcice, et alius persice tradidit. — 3626. Tenbíh el-ghafilín, avocatio socordium ab operibus ignorantium et prohibitio incedentium ab actionibus perditorum, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Ahmed Ben Ibrahím Nehhás Dimeshcki* Shafiita, [qui anno 814 (inc. 25. Apr. 1411) martyrium subiit]. Hic liber, cujus compositionem ille ultimis diebus mensis Dzi'lhijjet anni 811 (inc. 27. Mai. 1408) absolvit, incipit ita: Laudamus te, o Deus, pro secreto tuo pulchro etc., et in septem capita digestus est, quae singula ea tractant, quibus homines recte agere jubentur et ab iniquitate deterrentur. [Ejus epitomen edidit Sheikh *Mohammed Ben Berakát Ben Ahmed Ben Mohammed Harfúsi* Shafiita, anno ... mortuus]. — 3627. Tenbíh el-ghafilín, excitatio negligentium, auctore Sheikh *Behá-ed-dín*. — 3628. Tenbíh el-ghabi, excitatio negligentis de

صلعم للشيخ يوسف بن يعقوب الخلواتى شيخ الحرم النبوى الّفه بالتركيّة مشتملًا على احوال رؤية النبى صلعم فى الرويا ٣٦٢٩ تنبيه الغبى فى تنزيه ابن العربى للجلال السيوطى رسالة كتبها ردًّا على من ردّ عليه الفصوص والسيد على بن ميمون المغربى المتوفى سنة ٩١٧ ٣٦٣٠. تنبيه المبتدى ٣٦٣١ تنبيه المريدين فارسى ٣٦٣٢ تنبيه المغترّين فى القرن العاشر على ما خالفوا فيه سلفهم الطاهر للشيخ عبد الوهاب بن على الشعرانى المتوفى سنة ٩٦٠. ذكر فيه هدى الصحابة والتابعين والعلمآء العاملين وبيّن فيه ما نقص من اعلام الدين ٣٦٣٣ تنبيه الوسنان بشعب الايمان للشيخ زين الدين عمر بن احمد الشمّاع الحلبى المتوفى سنة ٩٣٦ وهو مختصر مورد الظمان ٣٦٣٤ تنبيه على غلط الجاهل والنبيه رسالة اولها الحمد لله الذى جعلنا من زمرة من علم الخ ٣٦٣٥ تنبيه على صناعة التمويه لابى الريحان محمد ابن احمد البيرونى المتوفى فى حدود سنة ٤٤٠. ٣٦٣٦ تنبيه على الاسباب الموجبة

---

conspectu prophetae. *Yusuf Ben Yacúb Khalawáti* Sheikh ad templum prophetae Medinense hunc librum turcice composuit de iis, quae ad conspectum prophetae in somnio pertinent. — 3629. Tenbíh el-ghabi, excitatio negligentis. Apologia *Ibn-elarabíi*, quam *Jelál-ed-dín Soyúti* ad eos refutandos scripsit, qui *Ibn-elarabi* propter opus *Fosús* criminati erant. Eodem modo eum *Seyyid Ali Ben Meimún Maghribi*, anno 917 (inc. 31. Mart. 1511) mortuus, defendit. — 3630. Tenbíh el-mubtedi, excitatio tironis. — 3631. Tenbíh el-moridín, excitatio adspirantium. Persice. — 3632. Tenbíh el-moghtarrín, excitatio incuriosorum seculi decimi ad ea, in quibus sancti eorum majores discrepant, auctore Sheikh *Abd-el-wehháb Ben Ali Sharáni*, anno 960 (inc. 18. Dec. 1552) mortuo, qui hic vitam probam sociorum prophetae eorumque qui hos secuti sunt et virorum doctorum sancte operantium laudat et signa fidei explicat, quae detrimentum ceperunt. — 3633. Tenbíh el-wesnán, excitatio dormitantis per sectas fidei diversas, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Omar Ben Ahmed Shemmá' Halebi*, anno 936 (inc. 5. Sept. 1529) mortuo. Epitome est libri *Maurid el-tzemán*. — 3634. Tenbíh ala ghalat el-jáhil we el-nebíh, excitatio ad errores ignorantis et nobilis. Tractatus, qui ita incipit: Laus Deo, qui nos inter numerum eorum posuit, qui sciunt etc. — 3635. Tenbíh ala sináet el-temwíh, excitatio ad artem fallaciae, auctore *Abu'lrihán Mohammed Ben Ahmed Bírúni*, circa annum 440 (inc. 16. Jun. 1048) mortuo. — 3636. Tenbíh ala el-asbáb el-mujibet lil khiláf

للخلاف بين المسلمين لابى محمد عبد الله بن محمد بن السيد البطليوسى [المتوفى سنة ٥٢١] ٣٦٣٧ تنبيه على التشبيه للشيخ صلاح الدين خليل بن ايبك الصفدى المتوفى سنة ٧٦٤ ٣٦٣٨ تنبيه على اعجاز القرآن لزين المشايخ محمد بن ابى القاسم البقالى الخوارزمى الحنفى المتوفى سنة [٥٦٢] ٣٦٣٩ تنبيه فى فروع الشافعية للشيخ ابى اسحق ابرهيم بن على الفقيه الشيرازى الشافعى المتوفى سنة ٤٧٦ وهو احد الكتب الخمس المشهورة المتداولة بين الشافعية واكثرها تداولا كما صرّح به النووى فى تهذيبه اخذه من تعليقة الشيخ ابى حامد المروزى بدأ فى تصنيفه فى اوائل رمضان سنة ٤٥٢ وفرغ فى شعبان سنة ثلاث وخمسين ولبعضهم فى مدحه شعر

يا كوكبًا ملأ البصائر نوره
من ذا رأى لك فى الانام شبيهًا

---

bein El-Muslimín, excitatio ad caussas, quae necessario dissensionem inter Moslimos gignunt, auctore *Abu Mohammed Abdallah Ben Mohammed Ben-elseyyid Botoliusi* [anno 521 (inc. 17. Jan. 1127) mortuo]. — 3637. Tenbíh ala el-teshbíh, excitatio ad assimilationem, auctore Sheikh *Saláh-ed-dín Khalíl Ben Ibek Safedi*, anno 764 (inc. 21. Oct. 1362) mortuo. — 3638. Tenbíh ala ijáz El-Cor'an, excitatio ad praestantiam doctrinarum coranicarum, auctore *Zein-elmeshâïkh Mohammed Ben Abi'lcásim Beccáli Khowárezmi* Hanefita, anno [562 (inc. 28. Oct. 1166)] mortuo. — 3639. Tenbíh fi forú' El-Sháfiíyet, excitatio de partibus juris Shafiitici specialibus, auctore Sheikh *Abu Is'hac Ibrahím Ben Ali Shirázi* Jurisconsulto Shafiitico, anno 476 (inc. 21. Mai. 1083) mortuo. Hic unus est quinque librorum, qui inter Shafiitas inclaruerunt et assidue leguntur, imo noster, ut *Newewi*, qui Sheikhi *Abu Hámid Merwezi* verba in Appendice sequitur, in *Tehdzíb* diserte dicit, prae ceteris diligentissime tractatur. Eum auctor primis diebus mensis Ramadhán anni 452 (inc. 6. Febr. 1060) componere incepit, et mense Shabán anni 453 (inc. 26. Jan. 1061) ad finem perduxit. Poëta quidam in eum hos fecit versus:

O astrum, cujus lumen oculos implet,
Quis tibi inter homines simile conspicit?

كانت خواطرنا نيّاما برهة

فرُزِقن من تنبيهه تنبيهًا

وله شروح كثيرة منها شرح صائن الدين عبد العزيز بن عبد الكريم الجيلى المعروف بالمعيد المتوفى سنة وسمّاه الموضح الّا انّه لا يجوز الاعتماد على ما فيه من النقول لانّ بعض الحسّاد حسده عليه فدسّ فيه فافسده صرّح به النووى وابن الصلاح وشرح ابى طاهر الكرخى الشافعى وهو كبير فى اربع مجلّدات وشرح الامام ابى الحسن محمد بن مبارك بن [محمد المعروف بابن] الخلّ الشافعى المتوفى سنة ٥٥٢ وهو مجلّد سمّاه توجيه التنبيه وهو اول من تكلّم على التنبيه وليس فى شرحه تصوير المسئلة لكنّه علّلها بعبارة مختصرة وشرح الامام ابى العباس احمد بن [الامام] موسى بن يونس الموصلى المتوفى سنة ٦٢٢ قال ابن خلّكان شرح باربل واستعار منا نسخة من التنبيه عليها حواش مفيدة بخطّ الشيخ رضى الدين سليمان ابن المظفر الجيلى المتوفى سنة ٦٣١ ورأيت بعد ذلك قد نقل الحواشى كلّها فى شرحه انتهى وشرح الامام تاج الدين عبد

Mentes nostrae longum tempus obdormiverunt,
Et tandem per *Tenbih* ejus excitatae sunt.

Multi commentarios in eum scripserunt, ut *Sáin-ed-din Abd-el-aziz Ben Abd-el-kerim Jili*, vulgo *Moid* dictus et anno ... mortuus, qui commentario titulum *Mudhih* dedit. Attamen non licet iis fidem habere, quae aliunde depromsit; invidus enim aliquis librum ejus obtrectavit, ut ei clam officeret, et, ut *Newewi* et *Ibn-elsaláh* diserte dicunt, illum corrumperet — *Abu Táhir Karkhi* Shafiita, cujus commentarius magnus est et quatuor volumina complectitur — Imám *Abu'lhasan Mohammed Ben Mobárek Ben* [*Mohammed*] Shafiita [vulgo *Ibn-*] *elkhill* dictus et anno 552 (inc. 13. Febr. 1157) mortuus, qui volumen *Taujih el-tenbih* inscripsit et primus fuit, qui de *Tenbih* disseruit, attamen in commentario minime formam quaestionum descripsit, sed caussas earum brevibus verbis indicat — Imám *Abu'labbás Ahmed Ben* [El-Imám] *Musa Ben Yunos Mausili*, anno 622 (inc. 13. Jan. 1225) mortuus. Hic Arbelae incepit, et a nobis — sunt verba *Ibn Khallekáni* — exemplar libri *Tenbih*, cui Sheikh *Redhi-ed-din Soleimán Ibn-elmotzaffer Jili* anno 631 (inc. 7. Oct. 1233) mortuus manu sua adnotationes utiles ad marginem adscripserat, mutuatus est, et postea eum omnes illas glossas in commentarium transtulisse vidi — porro Imám *Táj-ed-din Abd-el-rahman*

الرحمن بن ابرهيم المعروف بالفركاح الشافعى المتوفى سنة ٦٩٠ وسمّاه الاقليد لدرء التقليد وقف قبل وصوله الى كتاب النكاح ولم يكمله وشرح ولده برهان الدين ابرهيم ابن الفركاح المتوفى سنة ٧٢٩ وهى تعليقة حافلة قال الاسنوى انّه كبير الحجم قليل الفآئدة بالنسبة الى حجمه كانّه حاطب ليل جمع فيه بين الغثّ والسمين وشرح شمس الدين محمد بن عبد الرحمن الخصرمى المتوفى سنة سمّاه الاكمال لما وقع فى التنبيه من الاشكال ذكره التاج السبكى وقال والاكمال لا اعرفه وشرح موفق الدين حمزة بن يوسف الحموى الشافعى المتوفى سنة ٦٧٠ اجاب فيه عن الاشكالات الواردة عليه وسمّاه المبهت وشرح الشيخ نجم الدين محمد بن عقيل البالسى الشافعى المتوفى سنة ٧٢٩ وشرح الامام علم الدين عبد الكريم بن على العراقى الشافعى المتوفى سنة ٧٠٤ وشرح شمس الدين محمد بن ابى منصور المعروف بابن السبتى فرغ عن تأليفه سنة ٧٠٦ وشرح شهاب الدين احمد بن العامرى اليمنى الشافعى المتوفى سنة ٧٢١ وشرح كمال الدين احمد بن عيسى [بن رضوان العسقلانى المعروف بابن] القليوبى المتوفى سنة ٦٨٩

Ben Ibrahím Shafiita, vulgo *Firkáh* dictus et anno 690 (inc. 4. Jan. 1291) mortuus, qui commentarium *Iclíd li dar' el-teclíd* inscripsit, sed substitit, antequam ad librum de conjugio pervenisset, nec commentarium absolvit — filius ejus *Borhán-ed-dín Ibrahím Ibn-elfirkáh*, anno 729 (inc. 5. Nov. 1328) mortuus, cujus adnotationes omnem materiam complectuntur. *Esnewi* librum magni ambitus esse dicit, at ratione voluminis habita parvae utilitatis, ita ut auctor ligna noctu colligenti similis sit, qui omnia commisceat et bona et mala sine ullo discrimine corradat — *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-rahman Hadhremi* anno . . . mortuus, qui commentarium *El-Ikmál limá wacaa fi El-Tenbíh min el-ashkál* inscripsit. *Táj-ed-dín Sobki* eum commemorat, se tamen illum omnes difficultates complecti (*El-Ikmál*) agnoscere posse negat — *Mowaffic-ed-dín Hamza Ben Yusuf Hamawi* Shafiita, anno 670 (inc. 9. Aug. 1271) mortuus, qui in commentario ad dubia respondet, quae de archetypo afferebantur, et librum *Mobehhit* inscripsit — Sheikh *Nejm-ed-dín Mohammed Ben Ackíl Bálisi* Shafiita, anno 729 (inc. 5. Nov. 1328) mortuus — Imám *Ilm-ed-dín Abd-el-kerím Ben Ali Irácki* Shafiita, anno 704 (inc. 4. Aug. 1304) mortuus — *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abi Mansúr* vulgo *Ibn-elsebti* dictus, qui ejus compositionem anno 706 (inc. 13. Jul. 1306) absolvit — *Shehúb-ed-dín Ahmed Ben-elamiri Yemeni* Shafiita, anno 721 (inc. 31. Jan. 1321) mortuus — *Kemál-ed-dín Ahmed Ben Isa* [*Ben Redhwán Ascaláni*, vulgo *Ibn-*] *elcaliyúbi* dictus et anno 689 (inc. 14. Jan. 1290) mortuus —

وشرح الشيخ علي ابن ابي الحرم القرشي المعروف بابن النفيس المتطبّب الشافعي المتوفى سنة ٦٨٧
وشرح علآء الدين علي [بن عبد الكافي] السبكي المتوفى سنة ٧٥٦ وهو كبير اربع مجلّدات
وشرح جلال الدين احمد بن عبد الرحمن الكندي [الدشناوي] المتوفى سنة ٦٧٧ وشرح احمد
بن كشتاسب الدزماري المتوفى سنة ٦٤٣ وهو في مجلّدين سمّاه رفع التمويه عن مشكل التنبيه
وشرح الحافظ ركن الدين عبد العظيم بن عبد القوي [بن عبد الله المنذري] الشافعي
المتوفى سنة ٦٥٦ وشرح الامام محيي الدين يحيى بن شرف [بن مرى بن الحسن] النووي
الشافعي المتوفى سنة ٦٧٦ وهو شرح غريبه سمّاه التحرير ذكر فيه انّ التنبيه من الكتب
المباركة النافعة فينبغي ان يعتنى بتحريره وتهذيبه ومن ذلك نوعان اهمّهما ما يفتى به
وتصحيح ما ترك المصنّف تصحيحه او خولف فيه او جزم بما هو خلاف
المذهب واذكر عليه قال وقد جمعت ذلك في كراس قبل هذا والثاني بيان لغايه
وضبط الفاظه فذكر فيه جميع ما يتعلّق بالفاظه وعلى التحرير نكت للشريف عزّ الدين

Sheikh *Ali Ibn Abi'lharam Coreshi* Medicus Shafiita, vulgo *Ibn-elnefís* dictus et anno 687 (inc. 6. Febr. 1288) mortuus — *Alá-ed-dín Ali* [*Ben Abd-el-káfi*] *Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuus, cujus commentarius magnus est et quatuor volumina continet — *Jelál-ed-dín Ahmed Ben Abd-el-rahman Kindi* [*Deshnáwi*], anno 677 (inc. 25. Mai. 1278) mortuus — *Ahmed Ben Kushtásib Dizmári*, anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuus, cujus commentarius duo volumina comprehendit, et *Raf' el-temwíh an moshkil El-Tenbíh* inscriptus est — Háfitz *Rokn-ed-dín Abd-el-atzím Ben Abd-el-cawi* [*Ben Abdallah Mondziri*] Shafiita, anno 656 (inc. 8. Jan. 1258) mortuus — Imám *Mohyi-ed-dín Yahya Ben Sheref* [*Ben Morri Ben-elhasan*] *Newewi* Shafiita, anno 676 (inc. 4. Jun. 1277) mortuus, cujus commentarius *Tehrír* inscriptus verba rariora tractat. Auctor opus *Tenbíh* inter libros ponit benedictione abundantes et utiles. Itaque illud, inquit, recognoscere et corrigere convenit, quod duabus rationibus fieri potest, quarum difficillima eam partem complectitur, quae dandis responsis juridicis inservit, et eorum emendationem spectat, quae auctor emendare reliquit, aut in quibus ab eo dissentiendum est, aut ubi ea statuit et sancit, quae sectae contraria sunt et improbantur. Haec omnia in fasciculo decem foliorum, antequam recognitionem aggressus sum, collegi. Ratio altera explicationem spectat dictionum archetypi e dialectiis sumtarum et rectam verborum pronunciationem. Omnia igitur hic commemorat, quae ad verba libri pertinent. — Ad *El-Tehrír* Sherif *Izz-ed-dín*

حمزة بن احمد الحسيني الدمشقي الشافعي المتوفى سنة ٨٦٣ سمّاه الايضاح وشرح الشيخ مجد الدين ابى بكر بن اسمعيل [بن عبد العزيز] السنكلومى الشافعي المتوفى سنة ٧٤٠ وهو شرح كبير حسن لخّصه من الرافعي وابن الرفعة وسمّاه تحفة التنبيه وشرح القاضى جمال الدين محمد بن عبد الله الريمى اليمنى الشافعي المتوفى سنة ٧٦١ قال الاشرف اسمعيل صاحب اليمن في تأريخه وفي غرّة ذى الحجّة سنة ٧٨٨ حمل الينا القاضى جمال الدين كتابه المسمّى بالتفقيه في شرح التنبيه فأمرنا ان يحمل على رؤس المتفقّهة وكانت اربعة وعشرين مجلّدًا حبوناه بثمانية واربعين الف درهم انتهى وشرح ضيآء الدين محمد بن ابرهيم المناوى المتوفى سنة ٧٤١ وشرح عماد الدين محمد بن الحسين الاسنوى المتوفى سنة ٧٧٧ سمّاه تصحيح التنبيه وشرح قطب الدين محمد بن عبد الصمد [بن عبد القادر] السنباطى المتوفى سنة ٧٢٣ وله شرح آخر ليس بتامّ ونكت ايضا وشرح بدر الدين محمد بن [على بن بهادر بن] عبد الله الزركشى المتوفى سنة ٧٩٤ وشرح نجم الدين محمد بن على [بن عقيل البالسى] الشافعي المتوفى سنة ٨٠٤

Hamza Ben Ahmed Hoseini Dimeshcki Shafiita, anno 863 (inc. 8. Nov. 1458) mortuus, adnotationes ingeniosas edidit, quas *Idháh* inscripsit. — Porro *El-Tenbíh* commentati sunt Sheikh *Majd-ed-dín Abu Bekr Ben Ismaíl* [*Ben Abd-el-azíz*] *Senklúmi* Shafiita, anno 740 (inc. 9. Jul. 1339) mortuus, cujus commentarius, *Tohfet El-Tenbíh* inscriptus, magnus et pulcher est, et potiora continet, quae auctor ex *Ráfii* et *Ibn-elrif'a* excerpsit. — Cádhi *Jemál-ed-dín Mohammed Ben Abdallah Reimi Yemeni* Shafiita, anno 791 (inc. 31. Dec. 1388) mortuus — *Ashref* (nobilissimus) *Ismaíl* Yemanae princeps in Historia hoc narrat: Initio mensis Dzi'lhijjet anni 788 (inc. 2. Febr. 1386) Cádhi *Jemál-ed-dín* nobis librum suum *El-Tefckíh fi sharh El-Tenbíh* inscriptum misit, quem doctoribus juris primariis ferri jussimus. Erant viginti quatuor volumina, pro quibus ei quadraginta octo millia dirhemorum donavi. — Haec ille — porro *Dhiyá-ed-dín Mohammed Ben Ibrahím Monáwi*, anno 746 (inc. 4. Mai. 1345) mortuus — *Imád-ed-dín Mohammed Ben-elhosein Esnewi*, anno 777 (inc. 2. Jun. 1375) mortuus, qui commentarium *Tes'híh El-Tenbíh* nominavit — *Cotb-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-samed* [*Ben Abd-el-cádir*] *Sonbáti*, anno 722 (inc. 20. Jan. 1322) mortuus, qui alium quoque commentarium at imperfectum et adnotationes ingeniosas edidit — *Bedr-ed-dín Mohammed Ben* [*Ali Ben Behádir Ben*] *Abdallah Zerkeshi*, anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuus — *Nejm-ed-dín Mohammed Ben Ali Ben Ackíl Bálisi* Shafiita, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus — *Sheref-ed-dín*

وشرح شرف الدين عبد الله بن محمد الفهرى التلمسانى المتوفى سنة وشرح نجم الدين احمد بن محمد [بن على] المعروف بابن الرفعة الشافعى المتوفى سنة ٧١٠ وهو شرح كبير فى نحو عشرين مجلّدًا لم يعلّق على التنبيه مثله مشتمل على غرآئب وفوآئد كثيرة سمّاه كفاية النبيه قال اليافعى ان المجد السنكلومى انتخبه فى ست مجلّدات وقد سبق ومختصر الكفاية لشهاب الدين [ابى العباس] احمد بن لؤلؤ الشهير بابن النقيب الشافعى المتوفى سنة ٧٦٩ وشرح [الامام محبّ الدين] احمد بن عيسى العسقلانى سمّاه الاشراق فى شرح تنبيه ابى اسحاق وشرح الامام محبّ الدين احمد بن عبد الله الطبرى المكى المتوفى سنة ٦٩٤ وهو شرح مبسوط فى عشرة اسفار كبار الّا انّه ربّما يختار الوجوه الضعيفة صرّح بذلك اليافعى فى تأريخه وله نكت على التنبيه كبرى وصغرى وله مختصر التنبيه سمّاه مسلك النبيه فى تلخيص التنبيه وهو كبير وله مختصر آخر وهو صغير سمّاه تحرير التنبيه لكلّ طالب نبيه ومنها شرح تقى الدين ابى بكر بن محمد الحصنى الشافعى المتوفى سنة ٨٢٩ وشرح الامام ابى حفص عمر بن على ابن

Abdallah Ben Mohammed Fihri Tilimsáni, anno ... mortuus — *Nejm-ed-dín Ahmed Ben Mohammed* [*Ben Alí*] Shafiita, vulgo *Ibn-elrif'a* dictus et anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuus, cujus commentarius magnus viginti circiter volumina complectitur, eique similis in *El-Tenbíh* non conscriptus est. Adnotationes multas et raras et utiles continet et *Kifáyet el-nebíh* inscriptus est. Teste *Yáfii* potiora ejus *Majd-ed-dín Senklúmi* in sex voluminibus excerpsit, et haec epitome supra jam laudata est. Aliam commentarii *Kifáyet* epitomen *Sheháb-ed-dín* [*Abu'labbás*] *Ahmed Ben Lulu* Shafiita, vulgo *Ibn-elneckíb* dictus et anno 769 (inc. 28. Aug. 1367) mortuus, edidit. — Deinde *El-Tenbíh* commentati sunt Imám *Mohibb-ed-dín Ahmed Ben Isa Ascaláni*, qui commentarium *El-Ishrác fi sharh Tenbíh Abi Is'hác* inscripsit — Imám *Mohibb-ed-dín Ahmed Ben Abdallah Taberi Mekki*, anno 694 (inc. 21. Nov. 1294) mortuus, cujus commentarius amplus quidem est et decem magnos tomos complectitur, saepe autem, ut *Yáfii* diserte in suo *Tarikh* dicit, viae parum firmae in eo sunt praeoptatae. Idem adnotationes ingeniosas et majores et minores ad *El-Tenbíh* edidit, et epitomen ejusdem libri ampliorem *Maslak el-nebíh fi telkhís El-Tenbíh* inscriptam et aliam breviorem in vulgus emisit, cui titulum *Tehrír El-Tenbíh li kull tálib nebíh* dedit — *Tacki-ed-dín Abu Bekr Ben Mohammed Hisni* Shafiita, anno 829 (inc. 13. Nov. 1425) mortuus — Imám *Abu Hafs Omar Ben Alí Ibn-elmolckín* Shafiita,

الملقن الشافعى المتوفى سنة ٨٠٤ وهو كبير سمّاه الكفاية وله شرح آخر سمّاه غنية الفقيه فى اربع مجلّدات وشرح آخر سمّاه هادى النبيه فى مجلّد واختصره فى جزء للحفظ سمّاه ارشاد النبيه الى تصحيح التنبيه وهو غريب فى بابه ذكره السخاوى فى الضوء وشرح شمس الدين محمد الخطيب الشربينى [المتوفى سنة ٩٧٧] وتصحيح التنبيه لجمال الدين محمد بن الحسين الاسنوى الشافعى المتوفى سنة ٧٧٢ وهو مختصر سمّاه تذكرة النبيه اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ قال انّ تصحيح التنبيه للنووى وجدته قد اهمل فى كثير فحينئذ تجرّدت للمهملات وجمعتها فى تأليف سمّيته بالتنقيح ثمّ استخرجت فى تأليف جامع كتبت فيه ما اهملته فى التنقيح وميّزت الزيادات التى من قبلى وكان الفراغ منه فى شعبان سنة ٧٣٨ بالقاهرة وشرح القاضى تقى الدين ابى بكر بن احمد المعروف بابن قاضى شهبه الشافعى الدمشقى المتوفى سنة ٨٥١ وله نكت على التنبيه ايضا وشرح الشيخ زين الدين سريجا بن محمد الملطى ثمّ الماردينى الشافعى المتوفى سنة ٧٨٨ سمّاه تصحيح الفقيه وهو اربعة اجزآء وشرح قطب الدين

---

anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus, cujus commentarius magnus est et titulum *Kifáyet* habet. Idem duos alios commentarios publicavit, quorum prior quatuor volumina continet et *Ghunyet el-feckih* inscriptus est. Posteriorem uno volumine comprehensum *Hádi el-nebíh* appellavit, et, ut *Sekháwi* in *El-Dhu'* monet, eum in fasciculo *Irshád el-nebíh ila tes'híh El-Tenbíh* inscripto memoriae caussa excerpsit, et hic singularis est sui generis libellus — *Shems-ed-dín Mohammed Khatíb Sherbíni*, [anno 977 (inc. 16. Jun. 1569) mortuus]. — Correctionem libri *Tenbíh* edidit *Jemál-ed-dín Mohammed Ben-elhosein Esnewi* Shafiita, anno 777 (inc. 2. Jun. 1375) mortuus. Epitome est *Tedzkiret el-nebíh* inscripta, quae ita incipit: Laus Deo mundorum domino etc. In correctione, inquit, a *Newewi* edita multas res praetermissas esse inveni. Itaque tum temporis in neglectis operam posui et ea in tractatu *Tenckíh* inscripto collegi. Postea extraxi in libro universali, in quo ea consignavi, quae in *Tenckíh* omisi, distinxique additamenta, quae ego adjeci, et librum mense Shabán anni 738 (inc. 30. Jul. 1337) Cahirae absolvi — Cádhi *Tacki-ed-dín Abu Bekr Ben Ahmed Dimeshcki* Shafiita, vulgo *Ibn Cádhi Shohbeh* dictus et anno 851 (inc. 19. Mart. 1447) mortuus. Idem adnotationes ingeniosas ad *Tenbíh* edidit — Sheikh *Zein-ed-dín Serija Ben Mohammed* Shafiita, primum Malatiae, deinde Maridini inquilinus, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuus, cujus commentarius e quatuor fasciculis constans *Tes'híh el-feckíh* inscriptus est — *Cotb-ed-dín Mohammed Ben*

محمد بن محمد الحبضرى الشافعى المتوفى سنة ٨٩٤ سمّاه مجمع العشاق على توضيح تنبيه الشيخ ابى اسحق قال السخاوى ومن تسميته يعلم حاله انتهى وشرح الشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ وهو شرح ممزوج سمّاه الوافى لكنّه لم يكمله وله مختصر الاصل وعلى التنبيه تعليقة لبرهان الدين الفزارى سمّاه الاقليد صرّح به الاسنوى وللتنبيه مختصرات منها مختصر تاج الدين عبد الرحيم بن محمد الموصلى [المتوفى سنة ٦٨١] سمّاه التنبيه فى اختصار التنبيه وله التنويه فى فضل التنبيه ومختصر الشيخ جلال الدين محمد بن احمد المحلى الشافعى المتوفى سنة ٨٩٤ ومختصر ابى الفرج مفضل بن مسعود التنوخى سمّاه اللباب ومختصر شرف الدين ابى القاسم هبة الله بن عبد الرحيم البارزى الحموى الشافعى المتوفى سنة ٧٣٨ ومن الشروح شرح تهذيب التنبيه لعماد الدين اسمعيل بن ابرهيم [بن شرف] المقدسى المتوفى سنة ٨٥٢ وللتنبيه منظومات منها نظم ابى عبد الله محمد بن عبد الله الشيبانى اليمنى ونظم جعفر بن احمد السراج المتوفى سنة ٥٠٠ ونظم سعيد الدين عبد العزيز

Mohammed Heidheri Shafiita, anno 894 (inc. 5. Dec. 1488) mortuus, qui commentarium *Mejma' el-oshshác ala taudhíh Tenbíh El-Sheikh Abi Is'hac* (i. e. Locus confluxus eorum, qui explicationem operis *Tenbíh* a Sheikh *Abu Is'hac* editi cupiunt) nominavit, ex qua nominatione ejus conditio cognoscitur. Haec ille — Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, qui commentario *Wáfi* inscripto textum admiscuit, neque tamen eum ad finem perduxit. Idem epitomen archetypi composuit. Adnotationes raptim conscriptas, et ut *Esnewi* diserte dicit, titulo *Iclíd* insignitas *Borhán-ed-dín Fezári* ad *Tenbíh* edidit. Epitomas operis *Tenbíh* composuerunt *Táj-ed-dín Abd-el-rehím Ben Mohammed Mausili*, [anno 671 (inc. 29. Jul. 1272) mortuus], qui suam *El-Tenbíh fi ikhtisár El-Tenbíh* appellavit. Idem opus *Tenwíh fi fadhl El-Tenbíh* edidit — porro Sheikh *Jelál-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Mahalli* Shafiita, anno 864 (inc. 28. Oct. 1459) mortuus — *Abu'lfaraj Mofadhdhil Ben Mes'úd Tenúkhi*, cujus epitome *Lobáb* inscripta est — et *Sheref-ed-dín Abu'lcásim Hibatallah Ben Abd-el-rehím Bárizi Hamawi* Shafiita, anno 738 (inc. 30. Jul. 1337) mortuus. Ad commentarios ille quoque pertinet, quem *Imád-ed-dín Ismaíl Ben Ibrahím* [*Ben Sheref*] *Mocaddesi* anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuus edidit, et *Tehdzib El-Tenbíh* inscripsit. Plures *Tenbíh* metrice quoque exararunt, ut *Abu Abdallah Mohammed Ben Abdallah Sheibáni Yemeni* — *Ja'far Ben Ahmed Serráj*, anno 500 (inc. 2. Sept. 1106) mortuus — Wezir *Said-ed-dín Abd-el-aziz Ibn Ahmed*,

ابن احمد الوزير المتوفى [فى حدود] سنة ٦٩٧ وله دقائق التنبيه ونظم ضيآء الدين على بن سليم الاذرعى فى ست عشر الف بيت ونظم الشيخ الامام حسين بن عبد العزيز بن حسين السياغى خطيب حمص المتوفى سنة وعلى التنبيه نكات منها نكت كمال الدين احمد بن عمر [بن احمد] النسائى القاهرى المتوفى سنة ٧٥٨ ونكت ابن ابى الصيف [اليمنى] ونظم الشهاب احمد بن سيف الدين بيلبك الظاهرى سمّاه روض التنزيه فى نظم التنبيه ٣٦٣٩. [التنبيه والايضاح عمّا وقع فى كتاب الصحاح قال فى اوله قال الشيخ الامام العلّامة ابو محمد عبد الله بن بيرى بن عبد الجبار ابن بيرى المقدسى رحمه الله تعالى عليه وكان مولده سنة ٤٩٩ وتوفى فى ذى القعدة سنة ٥٨٣ فى كتابه هو المسمّى بالتنبيه والافصاح عما وقع فى كتاب الصحاح تصنيف الامام الجوهرى رحمه الله] ٣٦٤١ تنبيه فى الفروع ايضا للشيخ ابن ابى عصرون عبد الله بن محمد [بن هبة الله] الشافعى المتوفى سنة ٥٨٥ وهو فروع مجردة دون تنبيه الشيخ ٣٦٤٢ تنبيه فى الفروع ايضا لابى عبد الله احمد بن سليمان الزيرى البصرى الشافعى

[circa] annum 697 (inc. 19. Oct. 1297) mortuus. Idem *Decáïc* (subtilitates) *El-Tenbíh* edidit — *Dhiyá-ed-dín Ali Ben Selím Adzrei*, cujus interpretatio metrica sedecim millia versuum comprehendit — Sheikh et Imám *Hosein Ben Abd-el-azíz Ben Hosein Sobáï* Concionator Emessenus, anno ..., mortuus. — Alii adnotationes subtiles (*Nikát*) in *El-Tenbíh* publicarunt, ut *Kemál-ed-dín Ahmed Ben Omar* [*Ben Ahmed*] *Nesáyi Cáhiri*, anno 758 (inc. 25. Dec. 1356) mortuus, et *Ibn Abi'lseif* [*Yemeni*]. Praeterea interpretatio metrica exstat *Raudh el-tenzíh fi natzm El-Tenbíh* inscripta, quam *Sheháb-ed-dín Ahmed Ben Seif-ed-dín Bílbek Tzáhiri* edidit. — 3640. [El-Tenbíh we El-Idháh, excitatio et illustratio eorum, quae in *Sehháh* occurrunt. In initio dicit: Sheikh et Imám doctissimus *Abu Mohammed Abdallah Ben Piri Ben Abd-el-jebbár Ibn Piri Mocaddesi* anno 499 (inc. 13. Sept. 1105) natus et mense Dzu'lca'det anni 582 (inc. 24. Mart. 1186) mortuus, in libro suo haec habet: Illud opus inscriptum est *El-Tenbíh we El-Ifsáh*, excitatio et expositio clara eorum, quae in lexico *Sehháh* ab Imám *Jauheri* edito occurrunt]. — 3641. Tenbíh fi el-forú', excitatio de iisdem partibus juris specialibus, auctore Sheikh *Ibn Abi Osrún Abdallah Ben Mohammed* [*Ben Hibatallah*] Shafiita, anno 585 (inc. 19. Febr. 1189) mortuo. Hae partes juris speciales simplices sunt argumentis destitutae et excitatione Sheikhi carent. — 3642. Tenbíh fi el-forú', excitatio de iisdem partibus juris specialibus, auctore *Abu Abdallah Ahmed Ben Soleimán Ziri Basri* Shafiita. — 3643. Tenbíh

٣٦٤٣ تنبيه على النقط والشكل للشيخ ابى عمرو عثمان بن سعيد الدانى المتوفى سنة ٤٤٤

٣٦٤٤ تنبيه فى ردّ الشافعى فيما خالف النصوص للقاضى ابى المحاسن المفضل بن مسعود التنوخى [الحنفى] المتوفى سنة ٤٤٢ ٣٦٤٥ تنبيه لابى الفتح عثمان ابن جنى النحوى المتوفى سنة ٣٩٢ ٣٦٤٦ تنبيه لابى عمر صالح بن اسحق الجرمى النحوى المتوفى سنة ٢٢٥

٣٦٤٧ التنبيه والاشراف لابى الحسن على بن حسين المسعودى المؤرخ المتوفى سنة ٣٤٦

٣٦٤٨ تنبيه وتبيين لمصالح الدنيا والدين لابى الوفآء مبشر بن فاتك القآئد وهو مختصر على ثلثين بابًا جمع [فيه] من الفاظ نبوية وكلمات حكميّة واشعار ورتّبها على اوآئل حروفها

٣٦٤٩ تنبيهات على ما فى التبيان من التمويهات سبق ذكره ٣٦٥٠ تنبيهات على المدوّنة يأتى فى الميم ٣٦٥١ تنبيهات العقول على شرح تشكيكات الفصول يأتى فى فصول بقراط

٣٦٥٢ التنبيهات الداوديّة ٣٦٥٣ تنبيهات للقاضى عياض بن موسى اليحصبى المالكى

---

ala el-nocat we el-shakl, excitatio ad puncta diacritica et figuras vocalium, auctore Sheikh *Abu Amru Othmán Ben Saíd Dáni*, anno 444 (inc. 3. Mai. 1052) mortuo. — 3644. Tenbíh fi radd El-Sháfii, excitatio refutationem eorum continens, in quibus *Sháfii* a claris textus verbis discrepat, auctore Cádhi *Abu'lmehásin Mofadhdhil Ben Mes'úd Tenúkhi* [Hanefita], anno 442 (inc. 26. Mai. 1050] mortuo. — 3645. Tenbíh, excitatio, auctore *Abu'lfat'h Othmán Ibn Jinni* Grammatico, anno 392 (inc. 20. Nov. 1001) mortuo. — 3646. Tenbíh, excitatio, auctore *Abu Omar Sálih Ben Is'hac Jermi* Grammatico, anno 225 (inc. 12. Nov. 839) mortuo. — 3647. El-Tenbíh we El-Ishráf, excitatio et prospectus, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Hosein Mes'údi* historiarum scriptore, anno 346 (inc. 4. Apr. 957) mortuo. — 3648. Tenbíh we Tebyín, excitatio et explicatio rerum mundi et religionis convenientium. Compendium in triginta capita dispositum, in quo *Abu'lwefá Mobashshir Ben Fátik* Praefectus effata prophetica, apophthegmata philosophica et dicta poëtica collegit eaque secundum literas, a quibus incipiunt, disposuit. — 3649. Tenbíhát, monita ad adulterationes in *El-Tibyán* obvias. Vide de hoc opere supra. — 3650. Tenbíhát, monita ad opus *Modawwenet*, de quo litera *Mím* videatur. — 3651. Tenbíhát el-ocúl, excitationes mentium ad explicationem locorum libri *Fosúl* dubiorum. Vide infra sub *Fosúl Bocrát*. — 3652. El-Tenbíhát El-Dawúdíyet, monita *Dawúdi*. — 3653. Tenbíhát, monita, auctore Cádhi *Iyádh Ben Musa*

٣٦٥٤ [تنبيهات المنجّمين للمظفّر قاسم المنجم بن محمد فارسى ألّفه لشاه عباس الصفوى سنة ١٠٣١ اوله سپاس وستايش للمالك الملكى الخ ٣٦٥٥ تنجيز فى الفروع لفخر الدين محمد ابن محمد الصقلى الشافعى المتوفى سنة ٧٢٩ وهو كالتنجيز الّا انّه يزيد فيه تصحيح الخلاف ٣٦٥٦ تنزّل الاملاك فى حركات الافلاك للشيخ محيى الدين محمد بن على ابن عربى الطّائى الاندلسى المتوفى سنة ٦٣٨ رسالة اوله الحمد لله الذى وصف الانسان بما وصف به نفسه الخ على خمسة وخمسين بابًا ٣٦٥٧ تنزّل السكينة على قناديل المدينة لتقى الدين على بن عبد الكافى السبكى المتوفى سنة ٧٥٦ ٣٦٥٨ تنزلات للكازرونى ٣٦٥٩ تنزيل الارواح فى قوالب الاشباح للشيخ احمد البونى ٣٦٦٠ تنزيل الافكار فى تعديل الاسرار للفاضل العلّامة اثير الدين المفضل ابن عمر الابهرى المتوفى سنة قصد فيه تحرير ما ادّى افكاره اليه واستقرّ اليه رايه من القوانين المنطقيّة والحكميّة ذاكرًا فيه فساد بعض الاصول المشهورة وعليه شرح

Yahsebi Malikita. — 3654. [Tenbíhát el-monajjimín, monita astronomorum, quae *Motzaffer Cásim Ben Mohammed* Persa Astronomus Sháho *Iyádh Sefewi* anno 1031 (inc. 6. Nov. 1621) composuit, et incipit ita: Laus et gloria regi imperanti etc.]. — 3655. Tenjíz fi el-forú', consummatio de partibus juris specialibus, auctore *Fakhr-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Sickilli* Shafiita, anno 729 (inc. 5. Nov. 1328) mortuo. Opus est simile libro *Ta'jíz*, nisi quod hic in controversiis componendis plenius elaboravit. — 3656. Tenazzol el-amlák, descensus angelorum de motibus orbium coelestium, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali Ibn Arabi Tayi Andalusi*, anno 638 (inc. 23. Jul. 1240) mortuo. Tractatus in quinquaginta quinque capita divisus, qui ita incipit: Laus Deo, qui homini eadem attribuit iisdemque descripsit, quibus se ipsum etc. — 3657. Tenazzol el-sekínet, descensus tranquillitatis super lampades Medinenses, auctore *Tacki-ed-dín Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 3658. Tenazzolát, descensus, auctore *Kázerúni*. — 3659. Tenzíl el-arwáh, demissio spirituum de formis corporum, auctore Sheikh *Ahmed Búni*. — 3660. Tenzíl el-afkár, revelatio cogitationum de recta secretorum aequatione et dijudicatione. Bene meritus et doctissimus *Athír-ed-dín Mofadhdhil Ibn Omar Abahri* anno ... mortuus in hoc libro regulas logicas et philosophicas accurate inquirere et describere studuit, quas cogitationes sibi suppeditaverant et in quibus ingenium substiterat, ita ut corruptionem nonnullorum principiorum vulgo probatorum demonstraret. Vir quidam bene meritus commentarium

لبعض الافاضل اثبت فيه ما سنح له من الردّ والقبول واورد على بعض مآخذه فى تلك
الاصول سيّما المنطقيّة وسمّاه تعديل المعيار فى نقد تنزيل الافكار اوله الحمد لله محقّق الحقّ
ومبدع الكلّ الخ فرغ من المنطق فى اوائل المحرم سنة ٩٦٥ ٣٦٦١ تنزيه الاعتقاد عن الحلول
والاتّحاد للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ رسالة [لطيفة]
٣٦٦٢ تنزيه الانبيآء عن تسفيه الاغبيآء رسالة للسيوطى المذكور اوله امّا بعد حمد الله
غافر الزلّات الخ ٣٦٦٣ تنزيه الشريعة المرفوعة عن الاخبار الشنيعة الموضوعة للشيخ ابى
الحسن على بن محمد بن عراق الكنانى المتوفى سنة [٩٦٣] اوله الحمد لله الذى منّ بتنزيه
الشريعة الخ جمع فيه بين موضوعات ابن الجوزى والسيوطى ورتّب على ترتيبه واهداه الى
السلطان سليمان ٣٦٦٤ تنزيه القرآن عمّا لا يليق بالبيان لقاضى الجماعة احمد بن عبد
الرحمن اللخمى المتوفى سنة ٥٩٢ ردّ عليه ابن حروف النحوى فى كتاب سمّاه تنزيه ائمّة النحو

---

libri *Ta'díl el-miyár fi nacd tenzíl el-afkár* inscriptum edidit, in quo quae sibi vel improbanda vel probanda in mentem venerant, et quae contra nonnullos fontes libri in his principiis, potissimum in logicis, profert, argumentis confirmare studuit. Incipit ita: Laus Deo veritatem comprobanti et omnia de novo producenti etc., et partem logicam primis diebus mensis Moharrem anni 665 (inc. 2. Oct. 1266) absolvit. — 3661. Tenzíh el-iticád, amotio fidei a mutatione mystica sive transitu duorum corporum in unum et unificatione. Tractatus [elegans], auctore Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 3662. Tenzíh el-anbiyá, amotio prophetarum ab accusationibus insipientium, auctore eodem *Soyúti*. Tractatus, qui ita incipit: Praemissis praemittendis. Laudatus sit Deus peccatorum condonator etc. — 3663. Tenzíh el-sharíat el-marfúat, amotio legis auctoritate primorum doctorum confirmatae a notitiis turpibus et discrepantibus, auctore Sheikh *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Ben Irác Kináni*, anno [963 (inc. 16. Nov. 1555) mortuo]. Incipit hic ita: Laus Deo, qui benigne immunitatem legis concessit etc., et objecta doctrinarum ab *Ibn-eljaúzi* et *Soyúti* descripta collegit, librumque ad proprium ordinem digestum Sultano *Soleimán* obtulit. — 3664. Tenzih El-Cor'an, tuitio Corani ab iis, quae expositioni justae non conveniunt, auctore Cádhi-eljemáat *Ahmed Ben Abd-el-rahman Lakhmi*, anno 592 (inc. 6. Dec. 1195) mortuo. Refutationem ejus edidit *Ibn Horúf* Grammaticus *Tenzíh aïmmet el-nahw*

عمّا نسب اليهم من الخطآء والسهو ٣٦٦٥ تنزيه الكون عن اعتقاد اسلام فرعون لزين العابدين محمد بن محمد العمرى سبط المرصفى رسالة الّفها فى جمادى الاولى سنة ٩٦٥ اوها لحمد لله الذى احقّ الحقّ وابطل الباطل الخ كتبها ردًّا على من اعتقد اسلامه مستندًا الى ادلّة ليس بها استدلال ولا عون اخذها من تأليف يعزى الى شيخ الطريقة محيى الدين ابن عربى ٣٦٦٦ تنزيه المساجد الحرام عن بدع جهلة العوامّ للقاضى ابى البقآء احمد بن الضيآء القرشى المكى الحنفى المتوفى سنة ٨٥٤ وهو رسالة فى كراسة ثمّ اختصرها ٣٦٦٧ تنزيه الملائكة عن الذنوب وتفضيلهم على بنى آدم لابى محمد مكى بن ابى طالب القيسى المتوفى سنة ٤٣٧ ٣٦٦٨ التنسيب والتيسير للقاضى ابى الوليد يونس بن عبد الله ٣٦٦٩ تنفيذ المعالم فى تعديد المظالم للشيخ القسطلانى ٣٦٧٠ تنفيس فى الاعتذار عن ترك الافتآء والتدريس لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ الّفه فى انقطاعه عن الناس

---

ammá nosiba ileihim min el-khatá we el-sahw inscriptam. — 3665. Tenzíh el-kaun, amotio universae naturae a fide islamica Pharaonis. Tractatus, quem *Zein el-ábidín Mohammed Ben Mohammed Omari Sibt-elmarsafi* (i. e. nepos *Marsafii*) Jomádi primo anni 965 (inc. 24. Oct. 1557) composuit. Scripsit eum ad illos refutandos, qui suam fidem ita profitentur, ut argumentis nitantur, quae nullam probandi et fulciendi vim habent, et materiem ex libro depromsit, qui chorago viae mysticae *Mohyi-ed-dín Ibn Arabi* tribuitur. Incipit opus ita: Laus Deo, qui veritatem confirmat et vanitatem exstinguit etc. — 3666. Tenzíh el-mesjid el-harám, tuitio templi Mekkani a novis rebus, quas insipidi inter vulgus moliuntur, auctore Cádhi *Abu'lbecá Ahmed Ben-eldhiyá Coreshi Mekki* Hanefita, anno 854 (inc. 14. Febr. 1450) mortuo. Tractatus decem foliorum, quem serius in epitomen coëgit. — 3667. Tenzíh el-meláïket, remotio angelorum a peccatis et demonstratio, eos filiis Adami praeferendos esse, auctore *Abu Mohammed Mekki Ben Abi Tálib Caisi*, anno 437 (inc. 19. Jul. 1045) mortuo. — 3668. El-Tensíb we El-Teisír, attributio et allevatio, auctore Cádhi *Abu'lwelíd Yunos Ben Abdallah*. — 3669. Tenfídz el-meálim, transmissio signorum de enumeratione factarum injuriarum, auctore Sheikh *Castelláni*. — 3670. Tenfís fi el-itidzár, recreatio de excusatione, quod decretorum juridicorum dandorum et lectionum habendarum intermissio facienda sit, auctore *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Scripsit hunc tractatum, cum se a coetu hominum in solitudinem

٣٦٧١ تنقيب على ما فى المقامات من الغريب يأتى فى الميم ٣٦٧٢ تنقيح الابحاث فى المبحث عن الملل الثلاث لعزّ الدولة سعد بن منصور المعروف بابن كمونة اليهودى وعليه ردّ للشيخ زين الدين سرجا بن محمد الملطى ثمّ الماردينى الشافعى المتوفى سنة ٧٨٨ سمّاه نهوض حثيث النهود الى خوض خبيث اليهود ٣٦٧٣ تنقيح الاحداث فى رفع تيمّم الاحداث لشرف الدين ابى العباس احمد بن الحسن ابن قاضى الجبل الحنفى المتوفى سنة ٧٧١

٣٦٧٤ تنقيح الاصول للقاضى العلامة صدر الشريعة عبيد الله بن مسعود المحبوبى البخارى الحنفى المتوفى سنة ٧٤٧ وهو متن لطيف مشهور اوله اليه يصعد الكلم الطيّب الخ ذكر فيه انّه لمّا كان فحول العلمآء مكبّين على مباحث كتاب فخر الاسلام البزدوى ووجد بعضهم طاعنين على ظواهر الفاظه اراد تنقيحه وحاول تبيين مراده وتقسيمه على قواعد المعقول موردًا فيه زبدة مباحث المحصول واصول ابن الحاجب مع تحقيقات بديعة وتدقيقات غامضة منيعة

---

reciperet. — 3671. Tenckíh ala má fi el-mecámát min el-gharíb, investigatio dictionum inusitatarum, quae in libro *Mecámát* occurrunt. Videatur litera *Mím*. — 3672. Tenckíh el-abháth, recognitio critica perscrutationum de disquisitione trium sectarum, auctore *Izz-ed-dewlet Sa'd Ben Mansúr Yehúdi*, vulgo *Ibn-elkemmúne* dicto, quem Sheikh *Zein-ed-dín Serija Ben Mohammed* Shafiita, primum Malatiae et deinde Maridini inquilinus anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuus, in libro *Nohúdh hethíth el-nohúd ila khaudh khabíth El-Yehúd* inscripto refutavit. — 3673. Tenckíh el-ahdáth, recognitio critica studiorum novorum de abolenda lustratione (*Teyammom*) pollutionis *Ihdáth* dictae, auctore *Sheref-ed-dín Abu'labbás Ahmed Ben-elhasan Ibn Cádhi-eljebel* Hanefita, anno 771 (inc. 5. Aug. 1369) mortuo. — 3674. Tenckíh el-osúl, recognitio critica principiorum, auctore Cádhi doctissimo *Sadr-elsheríat Obeidallah Ben Mes'úd Mahbúbi Bokhári* Hanefita, anno 747 (inc. 24. Apr. 1346) mortuo. Textus elegans est et valde celebratus, qui ita incipit: Ad eum adscendit oratio dulcis etc. Cum praestantissimi virorum doctorum operam ponerent in tractandis quaestionibus libri a *Fakhr-el-islám Pezdewi* editi et nonnulli essent, qui exteriorem verborum ejus sensum infestarent, se hunc recognoscere voluisse, consiliumque quod ille spectaverit, explicare et opus ad leges rationis disponere studuisse dicit, ita ut disquisitiones, ad quas omnia redirent, primarias et principia *Ibn-elhájibi* simul cum probationibus accuratis mirabilibusque et subtilitatibus obscuris et ad intelligendum difficilibus afferret.

فلمّا توجّه فى الكتب سالكا فيه مسلك الضبط والايجاز عرّف اصول الفقه اوّلا ثمّ قسمه الى قسمين الاول فى الادلّة الشرعيّة وهى على اربعة اركان الكتاب والسنة والاجماع والقياس والثانى الى اخر الكتاب ولمّا سوّده سارع بعض اصحابه الى انتساخه وانتشر النسخ ثمّ لمّا وقع فيه قليل من المحو والاثبات صنّف شرحًا لطيفًا ممزوجًا وكتب فيه عبارة المتن على النمط الذى تقرّر ولمّا تمّ مشتملًا على تعريفات وترتيب انيق لم يسبقه الى مثله احد سمّاه بالتوضيح فى حلّ غوامض التنقيح اوله حامدًا لله تعالى اولا وثانيا الخ ولمّا كان هذا الشرح كالمتن علّقوا عليه شروحا وحواشى اعظمها واولاها شرح العلّامة سعد الدين مسعود بن عمر التفتازانى الشافعى المتوفى سنة ٧٩٢ وهو شرح بالقول اوله الحمد لله الذى احكم بكتابه اصول الشريعة العزّاء الخ ذكر انّ التنقيح مع شرحه كتاب شامل لخلاصة كلّ مبسوط فاراد الخوض فى لجّ فوائد مجمع هذا الشرح الموسوم بالتلويح فى كشف حقائق التنقيح وفرغ عنه فى سلخ ذى القعدة

In scribendo vero cum viam intrans certae cognitionis et brevitatis progrederetur, primo loco principia juris exposuit et tum librum in duas partes divisit, quarum prior argumenta legalia tractat et in quatuor fulcimenta distributa est, quae sunt Coranus, Sunna, consensus virorum doctorum communis et analogia. In posteriori de ceteris usque ad finem libri quaeritur. Quem cum primis lineis descripsisset, unus discipulorum eum transscribere festinavit, et ita exempla in vulgus emissa sunt. Deinde pauca delenda et alia aliter scribenda erant, ideoque commentarium elegantem textu instructum composuit, et ibi verba textus secundum rationem constitutam scripsit. Quem cum definitionibus adjectis absolvisset et ordinem secutus esset tam egregium, ut nemo ei in simili cursu palmam praeriperet, eum *Taudhíh fi hall ghewámidh El-Tenckíh* inscripsit. Cum hic commentarius, qui ita incipit: Laudans Deum iterum iterumque etc., textus instar esset, commentarios et glossas in eum conscripserunt, commentariorumque maximus et praestantissimus ille est, quem eruditissimus *Sa'd-ed-dín Mes'úd Ben Omar Teftázání* Shafiita anno 792 (inc. 20. Dec. 1389) mortuus edidit. Ea tantum textus verba continet, quae explicantur, et incipit ita: Laus Deo, qui libro suo principia legis praestantissimae recte et firme instituit etc. Auctor opus *Tenckíh* cum commentario suo optima dicit continere omnium librorum amplorum, se medium in mare adnotationum utilium penetrare voluisse, et hunc commentarium *El-Telwíh fi kashf hecáïc El-Tenckíh* inscriptum collegisse. Absolvit eum in fine mensis *Dzu'lca'det*

سنة ٧٥٨ فى بلدة من بلاد تركستان ولمّا كان هذا الشرح غاية مطلوب كلّ طالب فى هذا الفنّ اعتنى عليه الفضلآء بالدرس والتحشية وعلّقوا عليه حواشى مفيدة منها حاشية المحقّق المولى حسن بن محمد شاه الفنارى المتوفى سنة ٨٨٦ وهى حاشية عظيمة مملوّة بالفوآئد اوله الحمد لله على شمول نعمه الجسام الخ فرغ من تصنيفه فى شعبان سنة ٨٨٥ وكان قد كتب فى عنوانه اسم السلطان بايزيد خان بن محمد خان فى حيوة ابيه وكان السلطان [محمد] الفاتح لا يحبّه لاجل تصنيفه لولده وذلك حرصًا منه على تخليد اسمه ورغبته لامثال هذه الآثار وحاشية العلّامة السيّد الشريف على بن محمد الجرجانى الحنفى المتوفى سنة ٨١٦ وهى على اوّلة وحاشية محيى الدين محمد بن حسن السامسونى المتوفى سنة ٩١٩ [قال فى الشقآئق له حواش على المقدّمات الاربع انتهى] وحاشية الشيخ علآء الدين على بن محمد الشهير بمصنفك المتوفى سنة ٨٧٥ فرغ عنها فى سنة ٨٣٥ وحاشية المولى علآء الدين على الطوسى المتوفى بسمرقند سنة ٨٨٧ وحاشية المولى الفاضل محمد بن فرامرز الشهير بملا خسرو

---

anni 758 (inc. 25. Dec. 1357) in urbe quadam Turkestaniae. Qui commentarius cum omnibus harum rerum studiosis optatissimus esset, viri meriti de eo legendo et glossis instruendo curam adhibuerunt, glossasque utiles ad eum adnotarunt, ut subtilissimus Molla *Hasan Ben Mohammed Sháh Fenári*, anno 886 (inc. 2. Mart. 1481) mortuus, cujus glossae magnae adnotationibus utilibus repletae sunt, et ita incipiunt: Laus Deo pro eo, quod ejus beneficia corpora comprehendunt etc. Ejus compositionem mense Shabán anni 885 (inc. 13. Mart. 1480) perfecit, et cum in fronte libri nomen Sultani *Báyezíd Khán Ben Mohammed Khán* patre adhuc vivo posuisset, Sultan [*Mohammed*] Expugnator, quod filio suo librum dedicaverat, amore eum non prosecutus est, cum nomen suum immortalitati commendari valde cuperet et ejusmodi suae gloriae monumenta avide amaret — porro doctissimus El-Seyyid El-Sherif *Ali Ben Mohammed Jorjáni* Hanefita, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuus, cujus glossae initium tantum tractant — *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Hasan Sámsúni*, anno 919 (inc. 9. Mart. 1513) mortuus. [Auctor libri *Shecáïc* dicit, eundem glossas ad quatuor praefationes composuisse] — Sheikh *Alá-ed-dín Ali Ben Mohammed*, vulgo *Mosannifek* dictus et anno 875 (inc. 30. Jun. 1470) mortuus, qui eas anno 835 (inc. 9. Sept. 1431) absolvit — Molla *Alá-ed-dín Ali Tusi*, Samarcandae anno 887 (inc. 20. Febr. 1482) mortuus — Molla bene meritus *Mohammed Ben Ferámerz*, vulgo Molla *Khosreu*

المتوفى سنة ٨٨٥ وهي بقال اقول اوله لك الحمد يا من خلق الانسان من صلصال الخ وحاشية القاضي برهان الدين احمد بن عبد الله السيواسي المتوفى [مقتولا] سنة ٨٠٠ سمّاه الترجيح وهي مفيدة مقبولة وتعليقة لمولى يوسف بالي ابن المولى بكان وهي على اوآئله وتعليقة لولده محمد ابن يوسف بالي الرومي وحاشية المولى علآء الدين على بن محمد القوشجي المتوفى سنة ٨٧٩ وهي تعليقة على اوآئله وحاشية ابن البردي وتعليقة العلّامة احمد بن سليمان ابن كمال پاشا المتوفى سنة ٩٤٠ وهي على اوآئله وتعليقة مولانا حضر شاه المنتشوي المتوفى سنة ٨٥٣ وتعليقة المولى عبد الكريم المتوفى في حدود سنة ٩٠٠ وهو على اوآئله وحاشية المولى الفاضل مصلح الدين مصطفى الشهير بحسام زاده العتيق كتبه في اعتكافه في شهر رمضان سنة اوله حمدًا لمن منّ على عباده نعمة الرشاد الخ وهي مفيدة لكنّها ليست بتامّة وحاشية العلّامة الفاضل ابي بكر بن ابي القاسم الليثي السمرقندي اوله بسم الله متيمّنًا وعليه متوكّلا وبالحمد على كبريآئه الخ وحاشية الفاضل معين الدين التوني وهي على اوآئله وحاشية

---

dictus et anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuus, qui sua et textus verba formulis *Acúl* (dico) et *Cála* (dicit auctor) distinguit, et ita incipit: Tibi laus, qui hominem ex luto creasti etc. — Cádhi *Borhán-ed-dín Ahmed Ben Abdallah Siwási*, anno 800 (inc. 24. Sept. 1397) interfectus, cujus glossae *Terjíh* inscriptae ad discendum utiles et multum probatae sunt — Molla *Yusuf Báli Ibn* Mollae *Bekán*, cujus adnotationes (*Talícat*) initium tantum tractant — ejus filius *Mohammed Ben Yusuf Báli Rumi*, qui similes adnotationes edidit — Molla *Alá-ed-dín Ali Ben Mohammed Cushji*, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuus, cujus glossae initium tantum tractant — *Ibn-el-berdaï* — doctissimus *Ahmed Ben Soleimán Ibn Kemálpasha*, anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuus, cujus glossae initium tantum tractant — Molla noster *Hadhr Sháh Menteshawi*, anno 853 (inc. 24. Febr. 1449) mortuus — Molla *Abd-el-kerím*, circa annum 900 (inc. 2. Oct. 1494) mortuus, cujus adnotationes initium tantum tractant — Molla bene meritus *Moslih-ed-dín Mustafa*, vulgo *Hosámzádeh El-Atíc* dictus, qui eas mense Ramadhán anni ... composuit, cum assiduo in templo Mekkano religionis caussa moraretur, et incipit ita: Laudem ei, qui cultoribus suis gratiam rectae viae benevole fecit etc. Utiles quidem sunt, at imperfectae — doctissimus et bene meritus *Abu Bekr Ben Abi'lcásim Leithi Samarcandi*, cujus glossae ita incipiunt: Benedictione nominis Dei felix in eoque fidem ponens et cum laude pro ejus majestate etc. — bene meritus *Moín-ed-dín Tuni*, cujus glossae initium tantum

العلّامة مولانازاده عثمان الخطائى ذكره حسن چلبى ونقل عنه وحاشية الشيخ مصلح الدين مصطفى بن شعبان الشهير بالسرورى المتوفى سنة ٩٦٩ وحاشية المولى مصلح الدين مصطفى ابن يوسف الشهير بخواجه زاده البرسوى المتوفى سنة ٨٩٣ سوّدها ولم يبيّض حكى محمد بن لطف الله الصاروخانى عن والده وهو من تلامذة المولى خواجه زاده انّه لمّا مات المولى تزوّج امراته بعض من علمآء قصد الى وصول تلك الحاشية فوصل وكان مدرّسًا باماسيه وكان السلطان احمد بن بايزيد اميرًا بها فاخرجها اليه بعزو الى نفسه ثمّ جرى ما جرى فضاع الكتاب قال الحاكى كان والدى يتأسّف على ضياعه ويقول لو بقى ذلك الكتاب فصار من العجب العجاب لانّ المولى كان يقول لو علّق السلطان هذا الكتاب عند تبييضه على باب قسطنطنيّة كما علّق تيمور الشرح المطوّل على باب قلعة هراة لكان له وجه وحكى ايضا عنه انّه قال كنّا من طلبة المولى على العربى ونقرأ عليه فى الصحن كتاب التلويح وكان يقرض على كلّ سطرين باعتراضات قوية عجزت عن حلّها اولآئك الطلّاب مع انّهم فضلآء ثمّ وصلنا

---

tractant — vir doctissimus *Mewlánázádeh Othmán Khatáyi*, cujus glossas *Hasan Jelebi* laudat et in rem suam convertit — Sheikh *Moslih-ed-dín Mustafa Ben Sha'bán*, vulgo *Sorúri* dictus et anno 969 (inc. 11. Sept. 1561) mortuus — Molla *Moslih-ed-dín Mustafa Ben Yusuf Bursewi*, vulgo *Khojazádeh* dictus et anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuus, qui eas primis quidem lineis descripsit, nec tamen nitide exscripsit. *Mohammed Ben Lutfallah Sárukháni* ex auctoritate patris, qui discipulus fuit Mollae *Khojazádeh*, haec narrat. Molla hic cum mortuus esset, viduam ejus virorum doctorum quidam in matrimonium duxit, qui hac ratione in possessionem glossarum illarum venire studuit. Quo facto cum professoris munere in urbe Amasia fungeretur, ibique Sultan *Ahmed Ben Báyezíd* praefectus esset, glossas huic ita obtulit, ut eas sibi ipsi tribueret. Tum accidit, quod accidit, et liber periit. — Idem: Pater meus, inquit, illum librum perditum valde indolescebat et dicere solebat: Hic liber si superstes esset, in summis miraculis numeraretur, cum Molla ipse diceret: Si Sultan has glossas nitide exscriptas in porta Constantinopolitana eodem modo suspendisset, quo *Timúr* commentarium *Motawwel* in porta arcis Heratensis, honos ei esset conspicuus. Idem ex ejusdem auctoritate narrat: Fuimus ex discipulis Mollae *Ali Arabi* studiosis, coram quo cum in collegii impluvio librum *Telwíh* legeremus, hic in singulis duabus lineis gravia est oblocutus, quae illi discipuli quamvis bene eruditi solvere non

الى خدمة الفاضل خواجه زاده ووقع الدرس اتّفاقًا من البحث الذى قرأناه عليه وكنّا نقرر الاسولة فيدفعها باحسن الاجوبة ثمّ يقول لا تلتفتوا الى امثال تلك الاوهام فانّها تضلّ الافهام فلعلّ تلك التحقيقات مذكورة فى الحواشى ومن التعليقات على التلويح تعليقة المولى شمس الدين احمد بن محمود المعروف بقاضى زاده المفتى المتوفى سنة ٩٨٨ وتعليقة المولى هداية الله العلآئى المتوفى سنة ١٠٣٩ وتعليقة على حاشية المولى حسن چلبى لمصطفى بن محمد الشهير بمعمار زاده المتوفى سنة ٩٧٣ وتعليقة على مباحث قصر العامّ من التلويح للمولى الفاضل ابى السعود بن محمد العمادى المتوفى سنة ٩٨٢ سمّاها غمزات المليح اوله الحمد لله تعالى منه المبدأ واليه المنتهى الخ ثمّ لمّا انتهى الكلام فى متعلّقات التلويح بقى ما صنّفوا فى المقدّمات الاربع من التوضيح وهى مقدّمات مشهورة غامضة فى اواسط الكتاب اوردها من عنده لبيان ضعف ما ذهب اليه الاشعرى من ان الحسن والقبح لا يثبتان الّا بالامر والنهى فالحسن ما امر به والقبيح ما نهى عنه ثمّ ساق دليله وقال وضعفه ظاهر ثمّ قال واعلم انّ كثيرًا

---

poterant. Tum ministerium fecimus bene merito *Khojazádeh*, et lectio cum casu in disquisitionem incidisset, quam illo praeside legeramus, quaestiones pronuntiabamus, quas ille optimis responsis repulit. Deinde: Nolite, inquit, ejusmodi halucinationum rationem habere, mentes enim in errorem ducunt, et probationes tales subtiles fortasse ad marginem tantum laudandae sunt. — Adnotationes (*Talícát*) vero ad commentarium *Telwíh* scripserunt Molla *Shems-ed-dín Ahmed Ben Mahmúd* Mufti, vulgo *Cádhizádeh* dictus et anno 988 (inc. 17. Febr. 1580) mortuus, et Molla *Hidáyetallah Aláyi*, anno 1039 (inc. 11. Aug. 1629) mortuus, et ad glossas Mollae *Hasan Jelebi* adnotationem edidit *Mustafa Ben Mohammed*, vulgo *Mimárzádeh* dictus et anno 972 (inc. 9. Aug. 1564) mortuus. Deinde adnotationem *Ghamazát el-melíh* inscriptam ad quaestiones de restrictione propositionis universalis in *Telwíh* obvias Molla bene meritus *Abu'lsoúd Ben Mohammed Imádi*, anno 982 (inc. 23. Apr. 1574) mortuus, edidit, eaque incipit ita: Laus Deo, a quo omnia incipiunt, et ad quem omnia redeunt etc. — Jam cum adnotationes ad *El-Telwíh* omnes laudatae sint, de iis loqui restat, quae ad quatuor libri praefationes illustrandas scripta sunt. Hae enim praefationes in vulgus notae ad intelligendum sunt difficiles et medio in libro inveniuntur. Eas sponte protulit ad imbecillitatem opinionis, quam *Ash'ari* tenuit, demonstrandam, honestum et turpe non nisi cum mandato et interdicto constare, ita ut honestum sit, quod mandetur, et turpe, a quo absterreatur, et ad finem argumentum suum verbis profert: Illius imbecillitas apparet.

من العلمآء اعتقدوا هذا الدليل يقينيًا والبعض الذين لا يعتقدونه يقينيًّا لم يوردوا على مقدّماته منعًا يمكن ان يقال انّه شيء وقد خفى على كلا الفريقين مواقع الغلط فيه وانا اسمعك ما سنح لخاطرى وهذا مبنى على اربع مقدّمات انتهى وعلى هذه المقدّمات تعليقات منها تعليقة المولى علآء الدين على العربى [الحلبى المتوفى سنة ٩٠١] وهو اوّل من علّق له تعليقان كبرى وصغرى لخّص الثانية من الاولى اولها ايّاك نحمد يا من خلق الانسان الخ وتعليقة العلّامة السيد الشريف على بن محمد الجرجانى المتوفى سنة ٨١٦ وتعليقة المولى محيى الدين محمد بن ابرهيم بن الخطيب المتوفى سنة ٩٠١ له تعليقان ايضا كبرى وصغرى وتعليقة المولى محمد بن الحاج حسن المتوفى سنة ٩١١ وتعليقة المولى لطف الله بن حسن التوقاتى المقتول سنة ٩٠٠ وتعليقة المولى عبد الكريم المتوفى فى حدود سنة ٩٠٠ وتعليقة المولى حسن بن عبد الصمد السامسونى المتوفى سنة ٨٩١ اولها امّا بعد حمد واعجب العقل الخ ذكر انّه كتبها امتثالا للامر الوارد من قبل السلطان محمد خان الفاتح وتعليقة المولى مصلح الدين مصطفى القسطلانى المتوفى سنة ٩٠١

Tum dicit: Et scias, multos viros doctos hoc argumentum certissimum duxisse, nonnullos vero, qui illud certissimum non crediderint, ejus praemissis nullum impedimentum attulisse, quod verum impedimentum esse dici possit. Utramque autem partem loca ea, quibus error inest, latuerunt; ego tibi jam referam, quae mihi in mentem venerunt, atque haec quatuor praefationibus nituntur. — Haec ille. — Ad has praefationes plures viri adnotationes ediderunt, ut Molla *Alá-ed-dín Ali Arabi* [*Halebi*, anno 901 (inc. 21. Sept. 1495) mortuus], qui primus adnotationem composuit. Edidit autem majorem et minorem, quarum alteram potiorem partem ex altera excerpsit. Incipit haec ita: Te laudamus, qui hominem creasti etc. — doctissimus El-Seyyid El-Sherif *Ali Ben Mohammed Jorjáni*, anno 616 (inc. 19. Mart. 1219) mortuus — Molla *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ibrahím Ben-elkhatíb*, anno 901 (inc. 21. Sept. 1495) mortuus, qui pariter duplicem adnotationem, majorem et minorem, publicavit — Molla *Mohammed Ben-elhájj Hasan*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus — Molla *Lutfallah Ben Hasan Tucáti*, anno 900 (inc. 2. Oct. 1494) occisus — Molla *Abd-el-kerím*, circa annum 900 (inc. 2. Oct. 1494) mortuus — Molla *Hasan Ben Abd-el-samed Sámsúni*, anno 891 (inc. 7. Jan. 1486) mortuus, cujus adnotatio ita incipit: Praemissis praemittendis. Laudatus sit largitor rationis etc., et auctor se eam scripsisse dicit morem gesturum Sultano *Mohammed Khán* Expugnatori jubenti — Molla *Moslih-ed-dín Mustafa Casteláni*, anno 901 (inc. 21. Sept. 1495) mortuus, qui

كتبها اوّلا مع القوم لانهم كتبوا كلّ منهم دفعة لامر ورد من السلطان ثمّ باحثوا عنده ومعهم رسائلهم ثمّ كتب القسطلانى تعليقة اخرى بعد مطالعته حواشى الكلّ فردّ عليهم فى كثير من المواضع فلم يوازيها غيرها كما قال المولى عرب زاده فى هامش الشقائق ومن الحواشى على التوضيح حاشية عبد القادر بن ابى القاسم الانصارى المتوفى تقريبًا سنة ٨٢٠ وعلى التنقيح شرح الفاضل السيّد عبد الله بن محمد الحسينى المعروف بنقره‌كار المتوفى تقريبًا سنة ٧٥٠ وعلى هذا الشرح حاشية للشيخ زين الدين قاسم ابن قطلوبغا الحنفى المتوفى سنة ٨٧٩ ومن متعلّقات المتن تغيير التنقيح للمولى العلّامة شمس الدين احمد بن سليمان ابن كمال پاشا المتوفى سنة ٩٤٠ ذكر انّه اصلح مواقع الطعن صرح فيه الجارح واشار الى ما وقع له من السهو والتساهل وما عرض له فى شرحه من الخطأ والتغافل واودعه فوائد ملتقطة من الكتب ثمّ شرح هذا التغيير وفرغ منه فى شهر رمضان سنة ٩٣١ وكان الناس لم يلتفتوا الى ما فعله والاصل باق على رواجه والفرع على التنزّل فى كساده وعلى شرح التغيير تعليقة للمولى صالح بن جلال التوقيعى ٣٦٧٥ تنقيح البلاغة

---

eam primum eodem tempore cum pluribus viris doctis composuit, cum illi omnes simul ex mandato Sultani scriberent. Serius iidem apud eum disputando inquisiverunt tractatus secum habentes. Quo facto et lectis omnium glossis *Castelláni* adnotationem secundam scripsit, qua illos in multis locis refutaret; et huic, ut *Arabzádeh* in margine operis *Shecáïc* testatur, nulla alia par est. Glossas ad *El-Taudhíh* scripsit *Abd-el-cádir Ben Abi'lcásim Ansári* circiter annum 820 (inc. 18. Febr. 1417) mortuus, et commentarium ad *El-Tenckíh* bene meritus El-Seyyid *Abdallah Ben Mohammed Hoseini*, vulgo *Nucrehkár* dictus et circiter annum 750 (inc. 22. Mart. 1349) mortuus, edidit. Ad hunc commentarium iterum glossas composuit Sheikh *Zein-ed-dín Cásim Ibn Cotlubeghá* Hanefita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuus. Praeterea adnotata ad textum continet liber *Taghyír El-Tenckíh* inscriptus et a Molla doctissimo *Shems-ed-dín Ahmed Ben Soleimán Ibn Kemálpasha*, anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuo, editus. Commemorat se loca vexata correxisse. Praeterea aperte, quae improbanda erant, ostendit, eaque loca indicat, ubi auctor in incuriam et animi levitatem incurrerat, et in commentario in errorem et negligentiam inciderat, ibique adnotationes utiles e libris collectas deposuit. Serius opus *Taghyír* commentatus est, commentariumque mense Ramadhán anni 931 (inc. 29. Oct. 1524) absolvit; attamen homines nihil curabant, quod fecerat. Archetypum ubique palmam tulit, hic liber autem inde enatus parvi aestimatus est et obscurus delituit. Denique ad commentarium operis *Taghyír* Molla *Sálih Ben Jelál Tauckíi* adnotationem edidit. — 3675. Tenckíh el-belághet,

محمد بن احمد العمرى المتوفى سنة ٤٢٣ ٣٦٧٦ [تنقيح تواريخ الملوك لحسين خواجه الملقّب بهزارفن تركى ألفه سنة ١١٠٣] ٣٦٧٧ تنقيح الفصول فى الاصول لشهاب الدين ابى العباس احمد ابن ادريس القرافى المالكى المتوفى سنة ٦٨٤ اوله الحمد لله ذى الجلال الخ ذكر فيه انّه جمع المحصول واضاف اليه مسائل كتاب الافادة للقاضى عبد الوهاب المالكى ورتّب على مائة فصل وفصله على عشرين بابًا قيل وله شرح عليه وشرحه حلولو ايضا ٣٦٧٨ تنقيح الفهوم فى صيغ العلوم للشيخ صلاح الدين خليل بن كيكلدى العلآئى الحافظ [الشافعى] المتوفى سنة ٧٦١ ٣٦٧٩ تنقيح اللباب مختصره يأتى ٣٦٨٠ تنقيح المكنون من مباحث القانون فى الطبّ لاستاد الاطبّآء فخر الدين الخجندى ذكر انّ واحدًا من الافاضل اختصر القانون وسمّاه المكنون ثمّ اختصر الخجندى هذا المكنون وسمّاه بتنقيح مغلق المكنون وقد شرط فيه ان ألحق به من الفوآئد الغريبة ما لم يذكرها الرئيس ثمّ اختصره اختصارًا ثانيًا فى الغاية وقد زاد فيه

---

recognitio critica eloquentiae, auctore *Mohammed Ben Ahmed Omari*, anno 423 (inc. 19. Dec. 1031) mortuo. — 3676. [Tenckíh tewáríkh el-molúk, recognitio critica historiarum principum, quam *Hosein Khoja* honorifice *Hezárfenn* cognominatus anno 1103 (inc. 14. Sept. 1691) turcice composuit]. — 3677. Tenckíh el-fosúl, recognitio critica sectionum de principiis, auctore *Shehâb-ed-dín Abu'labbás Ahmed Ben Idrís Carafi* Malikita, anno 684 (inc. 9. Mart. 1285) mortuo. Incipit liber ita: Laus Deo glorioso etc., et auctor materiae summam se hic collegisse dicit, et libro quaestiones operis *Ifádet* a Cádhi *Abd-el-wehháb Málikí* editi adjecit, eumque in centum sectiones divisit, quas iterum in viginti capita disposuit. Idem ejus commentarium composuisse dicitur. Praeterea cum *Holulu* commentatus est. — 3678. Tenckíh el-fohúm, recognitio critica intellectuum de formis doctrinarum, auctore Sheikh Háfitz *Saláh-ed-dín Khalíl Ben Keikledi Aláyi* Shafiita, anno 761 (inc. 23. Nov. 1359) mortuo. — 3679. Tenckíh el-lobáb, recognitio libri *Lobáb* critica. Epitome hujus operis, de qua infra videatur. — 3680. Tenckíh El-Meknún, exinanitio libri *Meknún* quaestionibus operis *Cánún*. Opus medicum, a doctore medicorum *Fakhr-ed-dín Khojendi* editum. Narrat hic, unum virorum bene meritorum opus *Cánún* excerpsisse, epitomenque *Meknún* appellasse. Postea *Khojendi* hanc epitomen *Meknún* iterum excerpsit, et summarium inde enatum *Tenckíh moghlac El-Meknún* inscripsit. In eo sibi hanc conditionem scripsit, ut ei adnotationes utiles et raras adjiceret, quas princeps (*Reyís*) medicorum non tetigerat. Primam epitomen

زيادات اخرى من الفوآئد العجيبة وسمّاه بالتلويح الى اسرار التنقيح وهو مع صغر حجمه فيه مسآئل لم توجد فى اكثر المطوّلات اوله امّا بعد حمد الله واهب العقل الخ وهو مرتّب على خمسة فنون آ فى تعريف الطبّ وموضوعه والامور الطبيعيّة ب فى الامراض والاسباب ج فى حفظ الصحّة د فى وجوه المعالجات ه فى الحمّيات والبخار ثمّ انّ الطبيب لطف الله المصرى كان مشغوفًا بحفظه تمامًا وقد كان خاليًا عن الشرح فشرحه شرحًا شافيًا وجمع له حلًا وافيًا بقال اقول وسمّاه التصريح فى شرح التلويح اوله الحمد لله الشافى بلطفه الخ

٣٦٨١ تنقيح المناظر لاولى الابصار والبصآئر للمولى المحقّق كمال الدين ابى الحسن الفارسى

٣٦٨٢ تنقيح فى علم القيافة رسالة للامام الشافعى ٣٦٨٣ تنقيح فى زوآئد تصحيح التنبيه سبق ٣٦٨٤ تنقيح فى مسئلة التصحيح لجلال الدين السيوطى ٣٦٨٥ تنقيح فى مسلك الترجيح فى الخلاف لابى البركات عبد الرحمن بن محمد الانبارى النحوى

---

deinde iterum in summam brevissimam collegit, quam passim aliis additis adnotationibus utilibus et admirabilibus auxit. Haec summa, quam *El-Telwíh ila asrár El-Tenckíh* inscripsit, licet admodum tenuem habeat ambitum, quaestiones tamen continet, quae in plurimis libris amplis non inveniuntur. Incipit ita: Praemissis praemittendis. Laudatus sit Deus mentis largitor etc., et in quinque genera (*Fonún*) distributa est — de definitione artis medicae, ejus objecto et rebus physicis — de morbis ejusque caussis — de conservanda sanitate — de variis curandi modis — de febribus et vaporibus. Tum *Lutfallah Misri* Medicus in ea plene memoriae mandanda magno sudore elaboravit, et nihilo secius adhuc commentario caruit. Itaque salutarem ejus commentarium scripsit, in quo omnia, quae expositionem spectarent, copiose ita collegit, ut verba auctoris voce *cála* (dixit) a suis voce *acúl* (dico) distingueret. Inscriptus est *Tesríh* et incipit ita: Laus Deo benignitate sua curanti etc. — 3681. Tenckíh el-menátzir, emendatio oculorum clare videntibus et intelligentibus adhibita, auctore Molla subtilissimo *Kemál-ed-dín Abu'lhasan Fárisi*. — 3682. Tenckíh fi ilm el-ckiyáfet, recognitio critica de genealogia membrorum. Tractatus, auctore Imám *Sháfii*. — 3683. Tenckíh fi zewáïd tes'híh El-Tenbíh, recognitio critica. Additamenta ad commentarium *Tes'híh El-Tenbíh*. Vide supra sub *Tenbíh*. — 3684. Tenckíh fi mas'alet el-tes'híh, recognitio critica de quaestione remotionis numerorum fractorum in re dividenda, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti*. — 3685. Tenckíh fi maslak el-terjíh, recognitio critica de via, in theologia controversa alterum alteri praeferendi, auctore *Abu'lberakát Abd-el-rahman Ben Mohammed Anbári*

المتوفى سنة ٥٧٧ ٣٦٨٦ تنقيح فى شرح الجامع الصحيح للبخارى يأتى ٣٦٨٧ تنقيح التحديث التسبيح للشيخ شمس الدين محمد ابن طولون الدمشقى مختصر فى الكلام على الحديث الاخير من البخارى فى رواية الفربرى اوله الحمد لله الذى عدانا الى وقوف الخ ٣٦٨٨ تنميق الاخبار لابرهيم بن سفيان الزيادى المتوفى سنة ٢٤٩ ٣٦٨٩ تنوير الابصار وجامع البحار فى الفروع للشيخ شمس الدين محمد بن عبد الله بن احمد ابن تمرتاش الغزى الحنفى المتوفى سنة وهو مجلّد اوله حمدًا لمن احكم احكام الشرع الخ جمع فيه مسائل المتون المعتمدة عونًا لمن ابتلى بالقضاء والفتوى وفرغ من تأليفه فى محرم سنة ٩٩٥ ثمّ شرحه فى مجلّدين ضخمين وسمّاه منح الغفار [قلت قال صاحب خلاصة الاثر وهو من انفع كتب المذهب فاعتنى وشرح جماعة منهم الغلاّء الحصكفى مفتى الشأم والملا حسين بن اسكندر الرومى نزيل دمشق والشيخ عبد الرزاق مدرّس الناصريّة الجوانية بدمشق

Grammatico, anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) mortuo. — 3686. Tenckíh fi sharh El-Jámi' El-Sehíh, recognitio critica. Commentarius operis *El-Jámi' El-Sehíh* a *Bokhári* editi. — 3687. Tenckíh li hedíth el-tesbíh, recognitio critica traditionis de corona precaria (*tesbíh*), auctore Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ibn Tulun Dimeshcki*. Compendium dissertationem continens de ultima traditione a *Bokhári* ex auctoritate *Firabrí*i allata. Incipit ita: Laus Deo, qui nos ad certam cognitionem ducit etc. — 3688. Tenmíc el-akhbár, scriptio historiarum elegans, auctore *Ibrahím Ben Sofyán Ziyádi*, anno 249 (inc. 24. Febr. 863) mortuo. — 3689. Tenwír el-absár we Jámi' el-bihár, illustratio intelligentiarum et liber maria colligens, de partibus juris specialibus, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abdallah Ben Ahmed Ibn Timurtásh Ghazzi* Hanefita, anno ... mortuo. Volumen ita incipiens: Laus ei, qui statuta legis sancit etc., in quo ille quaestiones textuum collegit in auxilium ab iis vocatorum, qui jure dicendo et responsis juridicis dandis tentantur. Absolvit librum mense Moharrem anni 995 (inc. 2. Dec. 1586). Postea eum commentatus est in duobus voluminibus crassis, et commentarium *Manh el-ghaffár* inscripsit. [Ad quod ea adjicio, quae auctor operis *Khiláset el-athar* habet. Hic liber, inquit, unus utilissimorum sectae Hanefiticae est, et multi viri in eo curam posuerunt eumque commentati sunt, ut *Ghalá Haskefi* Syriae Mufti, Molla *Hosein Ben Iskender Rumi*, Damasci inquilinus, Sheikh *Abd-el-rezzác*, Professor ad collegium *Násiríye Jowániye*

وكتب على شرح مؤلّفه شيخ الاسلام خير الدين الرملى حواشى مفيدة انتهى ونظمه المولى موسى بن اسعد بن يحيى المحاسنى الدمشقى نظمًا لطيفًا فى بحر الرجز وكان المولى المذكور حيًّا فى سنة تسع وخمسين ومأة بعد الالف وسمّاه خلاصة التنوير وذخيرة المحتاج والفقير وعدد ابياته مقدار خمسمأة وثمانية الاف بيت] ٣٦٩٠ تنوير الاذهان والضمآئر فى شرح الاشباه والنظآئر سبق ذكره ٣٦٩١ تنوير البصآئر على الاشباه والنظآئر سبق ايضا ٣٦٩٢ تنوير البصيرة وتعمير السريرة بالادعية المأثورة لابرهيم بن احمد بن الملا جلبى المتوفى تقريبًا سنة ١٠٤٠ ٣٦٩٣ تنوير الحلك فى امكان رؤية النبى والملك رسالة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ٣٦٩٤ تنوير الحوالك على موطّأ مالك يأتى فى الميم ٣٦٩٥ تنوير السراج شرح فرآئض السراجية يأتى فى الفآء ٣٦٩٦ تنوير الضحى فى تفسير والضحى للشيخ محمد بن محمود المغلوى الوفآئى المتوفى سنة ٩٤٠ اورد فيه مطالع

Damasci, et ad commentarium auctoris ipsius Sheikh-el-islám *Kheir-ed-dín Ramli* glossas fructuosas edidit. Haec ille. Poëtice eum metro Rejez egregio modo exaravit Molla *Musa Ben As'ad Ben Yahya Mehásini Dimeshcki*, qui anno 1159 (inc. 13. Jan. 1746) vixit, et carmen circiter octo millia quingentos versus complectens inscripsit *Khiláset el-tenwír we Dzekhíret el-mohtáj we el-fackír*]. — 3690. Tenwír el-adzhán we el-dhemáïr, illustratio intellectuum et mentium. Commentarius operis *El-Ashbáh we El-Netzáïr*, de quo jam supra mentio facta est. — 3691. Tenwír el-besáïr, illustratio intelligentiarum super opere *El-Ashbáh we el-Netzáïr*, de quo pariter supra videatur. — 3692. Tenwír el-besíret, illustratio perspicacitatis et cultus intimae animi cogitationis per precationes traditione commendatas, auctore *Ibrahím Ben Ahmed Ben El-Molla Jelebi*, circa annum 1020 (inc. 6. Mart. 1611) mortuo. — 3693. Tenwír el-halak, illustratio obscuritatis tenebrosae de quaestione, num propheta et angelus videri possint. Tractatus, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 3694. Tenwír el-hewálik, illustratio obscuritatum super opere *Mowatta* a *Málik* edito, de quo litera *Mím* videatur. — 3695. Tenwír el-siráj, illustratio lucernae. Commentarius operis *El-Feráïdh El-Sirájíyet*, de quo litera *Fá* videnda est. — 3696. Tenwír el-dhohá, illustratio temporis matutini provectioris. Commentarius Suratae nonagesimae tertiae *Wa el-dhohá* inscriptae, auctore Sheikh *Mohammed Ben Mahmúd Maghlewi Wefáyi*, anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuo. Profert ibi septem

سبعة ومقدّمة على احد عشر طبقة ٣٦٩٧ تنوير الظلم فى الجود والكرم لعلم الدين محمد ابن السخاوى ٣٦٩٨ تنوير الغبش فى فضل السودان والحبش لابى الفرج عبد الرحمن بن على ابن الجوزى البغدادى المتوفى سنة ٥٩٧ ٣٦٩٩ تنوير الغياهب باحكام ذوات الذوآئب لسليمان الفلكى رسالة اولها يا من ابرز من مبتدعاته الخ ذكر انّ ليلة الاربعآء اول ذى القعدة سنة اربع والف قد اتّفق فيها ظهور كوكب الذوّابة فى بط من الثور ولمّا كانت ليلة الاربعآء الخامس عشر منه ظهر نجم آخر مثل الاول وعلى شكله الا انّ ذوّابته اقصر وذلك فى جنوب القبلة ثمّ وثم فكثرت الاقوال وقال وانّما هى آثار دالّة على حروب بين الكفرة والسلطان محمد خان فكتب ٣٧٠٠ تنوير القلوب ٣٧٠١ تنوير فى الحديث للخلخالى ٣٧٠٢ تنوير فى مولد السراج المنير لابى الخطاب عمر بن الحسن المعروف بابن دحية الكلبى المتوفى سنة ٦٣٣ الّفه باربل سنة ٦٠٤ وهو متوجّه الى خراسان بالتماس الملك المعظم [الايوبى] وقد قرأ عليه بنفسه

adscensus et praefationem in undecim classes divisam. — 3697. Tenwír el-tzolm, illustratio obscuritatis de liberalitate et generositate, auctore *Ilm-ed-dín Mohammed Ben-elsekháwi*. — 3698. Tenwír el-ghabash, illustratio extremae noctis de praeferendis Nigritis et Habessinis, auctore *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi Baghdádi*, anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo. — 3699. Tenwír el-gheyáhib, illustratio tenebrarum per praedictiones cometarum, auctore *Soleimán Feleki*. Tractatus, qui ita incipit: O tu, qui prodire jussisti res tuas novas et raras etc. Ille nocte feriae quartae, quae prima fuerit mensis Dzu'lcá'det anni 1004 (inc. 27. Aug. 1495), cometam apparuisse dicit in gradu Tauri undecimo, et cum eadem feria quarta post quatuordecim dies eodem mense rediret, stellam aliam apparuisse in regione australi primae similem et forma parem, nisi quod ejus crinis brevior fuerit. Deinde eam celeriter abiisse, hominesque multum locutos esse. Auctor vero haec non nisi signa esse dicit bella indicantia inter infideles et Sultanum *Mohammed Khán*; se igitur scripsisse. — 3700. Tenwír el-colúb, illustratio cordium. — 3701. Tenwír fi el-hadíth, illustratio de re traditionaria, auctore *Khalkháli*. — 3702. Tenwír fi maulid el-siráj el-monír, illustratio de nativitate lucernae splendentis. *Abu'lkhattáb Omar Ben-elhasan Kelebi*, vulgo *Ibn Dihye* dictus et anno 633 (inc. 16. Sept. 1235) mortuus, hunc librum Arbelae anno 604 (inc. 28. Jul. 1207) scripsit, cum iter faceret in Chorasanam, jussu *El-Meliki El-Moatztzem* [*El-Eyyúbi*], qui ipse eo praeside legerat. Idem ei praeter summam,

واجازه بالف دينار غير ما اجرى عليه مدّة اقامته ٣٧٠٣ تنوير فى اسقاط التدبير للشيخ تاج الدين احمد بن محمد المعروف بابن عطآء الله الاسكندرانى المتوفى سنة ٧٠٩ اوله الحمد لله المنفرد بالحقّ والتدبير الخ ذكر انّه ألّفه بمكة ثمّ استدرك عليه بدمشق وزاد فيه فوآئد ولم يرتّب وانّما هو كلمات من حيث الورود قال اذا طالعه المريد الصادق عرف انّ المثلوث لا يصلح للحضرة القدسية ٣٧٠٤ تنوير المصابيح يأتى فى الميم ٣٧٠٥ تنوير المطالع يأتى فيه ايضا ٣٧٠٦ تنوير المقياس فى تفسير ابن عباس لابى طاهر محمد بن يعقوب الفيروزابادى الشافعى المتوفى سنة ٨١٧ وهو اربع مجلّدات ٣٧٠٧ تنوير فى شرح تلخيص الجامع الكبير سبق ذكره ٣٧٠٨ تنويع الاصول للمولى فضيل بن على الجمالى الحنفى المتوفى سنة ٩٩١ وهو متن مختصر اوله حامد الشارع شرع مشارع الشرع والدين الخ رتّب على مقصدين الاول فى الادلّة والثانى فى الاحكام وفرغ منه فى محرم سنة ٩٥٨ ثمّ شرحه

---

quam ei tempore commorationis assignaverat, mille nummos aureos dono dedit. — 3703. Tenwír fi iscát el-tedbír, illustratio de abolendo regimine. Sheikh *Táj-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Iskenderáni*, vulgo *Ibn Atáallah* dictus et anno 709 (inc. 11. Jun. 1309) mortuus, hunc tractatum, qui ita incipit: Laus Deo unico veritate et regimine etc., Mekkae composuit; tum Damasci eum complere studuit et adnotationibus utilibus auxit, neque tamen in ordinem digessit, cum non nisi verba essent tempore conscripta, quo se ei obtulerant. Quando eum, inquit, mysticus sincerus legerit, cognoscet, trinitatem majestati divinae non convenire. — 3704. Tenwír el-mesábíh, illustratio lucernarum. Videatur *Mesábíh* in litera *Mím*. — 3705. Tenwír el-metáli', illustratio ortuum (*Metáli'*), de quo opere eadem illa litera conferatur. — 3706. Tenwír el-micyás, illustratio gnomonis de commentario coranico *Ibn Abbási*. Quatuor volumina, auctore *Abu Táhir Mohammed Ben Yacúb Firúzábádi* Shafiita, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuo. — 3707. Tenwír, illustratio. Commentarius operis *Telkhís El-Jámi' El-Kebír*, de quo supra videatur. — 3708. Tenwí' el-osúl, distributio principiorum in diversas species, auctore Molla *Fodheil Ben Ali Jemáli* Hanefita, anno 991 (inc. 15. Jan. 1583) mortuo. Textus est brevis, qui ita incipit: Qui laudat eum, qui ingressum praescribit viarum legis et religionis etc., et in duo consilia (*Macsad*) divisus est, quorum prius de argumentis, posterius de statutis agit. Quem cum mense Moharrem anni 958 (inc. 20. Jan. 1551) absolvisset, eum commentatus

وسمّاه توسيع الوصول ٣٧٠٩ تنويق النطاقة فى علم الوراقة للشيخ عبد الرحمن بن احمد ابن مسكة السخاوى المتوفى قريبًا سنة ١٠٢٥ ٣٧١٠ تنويه فى فضل التنبيه مرّ ذكره ٣٧١١ التوابع والزوابع لابى عامر احمد بن عبد الملك القرطبى ٣٧١٢ التوابع واللوامع فى الاصول لابى المحاسن مسعود بن على البيهقى المتوفى سنة ٥٤٤ ٣٧١٣ التوابع فى الصرف للشيخ جمال الدين اسحق القرامانى المتوفى سنة ٩٣٠ وهو متن جامع مفيد اوله الحمد لله الذى كرم بنى آدم الخ وله عليه شرح مفيد ٣٧١٤ توالى التأنيس بمعالى ابن ادريس للحافظ شهاب الدين ابى الفضل احمد بن على ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ ٣٧١٥ توثيق عرى الايمان فى تفضيل حبيب الرحمن لشرف الدين ابى القاسم هبة الله بن عبد الرحيم المعروف بابن بارزى الحموى الشافعى المتوفى سنة ٧٣٨ وهو مجلّد اوله الحمد لله ذى العزّة والسلطان الخ لخّصه من الشفآء ورتّب على اربعة اركان آ فى فضائله صلعم ٢ فى اوصافه ٣ فى اغاثة من استغاث به

---

est, et commentarium *Tewsí' el-wosúl* inscripsit. — 3709. Tenwíc el-nitácat, castigatio orationis de arte libraria, auctore Sheikh *Abd-el-rahman Ben Ahmed Ben Misk Sekháwi*, circa annum 1025 (inc. 10. Jan. 1616) mortuo. — 3710. Tenwíh fi fadhl El-Tenbíh, praedicatio de praestantia operis *Tenbíh*, de quo supra videatur. — 3711. El-Tewábi' we El-Zewábi', genii et daemones, auctore *Abu Amir Ahmed Ben Abd-el-melik Cortubi*. — 3712. El-Tewábi' we El-Lewámi', sectatores et splendores de principiis, auctore *Abu'lmehásin Mes'úd Ben Ali Beihacki*, anno 544 (inc. 11. Mai. 1149) mortuo. — 3713. El-Tewábi' fi el-sarf, appositiva de variatione flexionum, auctore Sheikh *Jemál-ed-dín Is'hac Caramáni*, anno 930 (inc. 10. Nov. 1523) mortuo. Textus est universalis et ad discendum utilis, qui ita incipit: Laus Deo, qui filios Adami generose tractat etc. Idem libri commentarium composuit utilem. — 3714. Tewáli el-tanís, familiaritas continuata cum virtutibus *Ibn Idrísi* nobilibus contracta, auctore Háfitz *Sheháb-ed-dín Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. — 3715. Tewthíc orá el-ímán, munitio ansarum fidei de amico Dei misericordis praeferendo. Volumen, quod *Sheref-ed-dín Abu'lcásim Hibatallah Ben Abd-el-rehím Hamawi* Shafiita, vulgo *Ibn Bárizi* dictus et anno 738 (inc. 30. Jul. 1337) mortuus, potiorem partem ex *Shefá* extraxit, et in quatuor columina disposuit — de virtutibus *Mohammedis* — de ejus attributis — de ope, quam iis fert, qui ejus opem implorant —

٣٧١٦ التوجّه للربّ بدعوات الكرب لشمس الدين محمد بن عبد الرحمن السخاوى الشافعى المتوفى سنة ٩٠٢ ٣٧١٧ توجيه الاسمآء فى حذف التنوين من حديث انتما لمحمد بن على الجذامى المتوفى سنة ٧٢٣ ٣٧١٨ توجيه التنبيه سبق ذكره ٣٧١٩ توجيه العزم الى اختصاص الاسم بالجرّ والفعل بالجزم للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ٣٧٢٠ توجيه فى شرح المختار فى الفقه يأتى ٣٧٢١ التوجيه فى النحو لابن الخباز ٣٧٢٢ التورات كتاب من الكتب الالهيّة المنزلة انزله الله على كليمه موسى عليه السلام على لغة العبرى لكن اليهود قد بدّلوا بعده وحرّفوه لا سيما ما يبدّونه من المعربات فيها وهى ثلاث نسخ مختلفة اللفظ متقاربة المعنى الّا يسيرًا احدهما يسمّى توراة السبعين وهى التى اتّفق عليها اثنان وسبعون من احبارهم وذلك انّ بعض ملوك اليونان سئل من بعض ملوك اليهود ان يرسل اليه جمعًا من حفّاظ التوراة فارسل اليه اثنين وسبعين

---

de miraculis, quae ediderat. Incipit ita: Laus Deo praevalido et praepotenti etc. — 3716. El-Tewajjoh lil rabb, confugium supplicantis ad Deum per precationes sollicitas, auctore *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-rahman Sekháwi* Shafiita, anno 902 (inc. 9. Sept. 1496) mortuo. — 3717. Tewjíh el-asmá, conversio nominum de removenda nunatione ex traditione, quae incipit a verbo *antomá* „vos duo," auctore *Mohammed Ben Ali Jodzámi*, anno 723 (inc. 10. Jan. 1323) mortuo. — 3718. Tewjíh El-Tenbíh, contemplatio diversa et justificatio operis *Tenbíh*. Vide supra. — 3719. Tewjíh el-azm, directio animi ad usum peculiarem nominis in Genitivo et verbi cum *Jezm*, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 3720. Tewjíh, contemplatio diversa. Commentarius operis *Mokhtár* de jurisprudentia. Vide infra. — 3721. El-Tewjíh, contemplatio diversa, de grammatica, auctore *Ibn-elkhabbáz*. — 3722. El-Tewrát, Tora sive lex Mosaica. Unus librorum divinitus revelatorum, quem Deus interpreti suo Mosi in lingua hebraica manifestavit. Judaei autem eum interpolarunt post illius mortem et perverterunt, praesertim quae in interpretationibus arabicis in illo removerunt. Tres exstant recensiones verbis diversae, sensu vero paucis exceptis congruentes. Earum *prima* nominata est Tora (sive Pentateuchus) septuaginta virorum, in qua conficienda septuaginta duo doctores Judaici consenserunt. Unus enim regum Graecorum cum a rege aliquo Judaeorum petiisset, ut sibi plures eorum mitteret, qui legem Mosaicam memoria tenerent, septuaginta duos doctores ille adlegavit, quorum binis in secretum locum abditis librum et interpretationes conficiendas

حبرًا فاخلى كلّ اثنين منهم فى بيت ووكّل بهم كتابًا وتراجمة فكتبوا التوراة بلسان اليونان ثمّ قابل نسخهم الستة والثلثين فكانت مختلفة اللفظ متّحدة المعنى فعلم انّهم صدقوا ونصحوا وهذه النسخ ترجمت بعده بالسريانى ثمّ بالعربى والثانية نسخة اليهود من القرائين والربانيين والثالثة نسخة السامرة قال بعض العلمآء قد استوعبت مطالعة التوراة المعرّبة فلم اجد فيها غير التوحيد وليس فيها ابحاث صلوة ولا صوم ولا زكوة ولا حجّ الى بيت المقدس وليس فيها ذكر يوم الآخرة ولا ذكر العود الى الجنّة والنار اصلًا ولعلّ ذلك من تحريف اليهود ومن هنا قال من قال لا يجوز نقل شىء من التوراة والانجيل لمكان التحريف الذى فيه وصنّف بعض المتأخّرين فيه الاصل الاصيل فى تحريم النقل من التوراة والانجيل وقد قال عليه السلام اذا حدّثك اهل الكتاب فلا تصدقوهم ولا تكذبوهم وقولوا امنّا بالله وكتبه ورسله وذكر فى ارشاد القاصد انّ اليهود افترقوا فرقًا كثيرة ولكن المشهور من فرقهم ثلث الربانيون والقرأون والسامرون وهؤلآء مجمعون على نبوة موسى عليه السلام وهارون ويوشع وعلى التوراة واحكامها وان كانت مبدّلة مختلفة النسخ لكنّهم

---

demandat. Qui cum legem Mosaicam graece conscripsissent, ejus recensiones triginta sex comparavit, quae verbis quidem discrepantes, sensu autem eaedem inveniebantur. Apparuit igitur, eos religiose et sincere egisse. Hae recensiones postea in syriacam et inde in arabicam linguam translatae sunt. *Secunda* est recensio Judaica Caraitarum et Rabbánitarum, et *tertia* denique est recensio Samaritanorum. — Vir doctus aliquis: Totam, inquit, pertractavi legem Mosaicam arabice versam, et non nisi doctrinam de uno Deo ibi inveni; nullae autem ei quaestiones insunt de precibus, jejuniis, eleemosyna et peregrinatione Hierosolymitana, nec ullo verbo ibi dies extremus, nec reditus in paradisum et ignis commemorantur, id quod fortasse interpolationibus Judaeorum debetur. Hinc viri docti non licere statuerunt rem ullam ex Pentateucho et Evangelio repetere propter locos depravatos, qui ibi inveniantur. Posteriorum aliquis de hac re librum *El-Asl El-Asíl* scripsit, quo vetatur, ne quis ex Tora et Evangelio quidquam depromat, et propheta dixit: Quando Christiani et Judaei te alloquuntur, ne iis fidem habeatis neve eos mendacii arguatis, sed: Credimus, exclamate, in Deum, ejus libros et apostolos. In libro *Irshád el-cásid* narratur, Judaeos in multas sectas discessisse, quarum tres clariores Rabbanitae sint et Caraïtae et Samaritani, qui omnes in prophetia Mosis, Aaronis et Josuae agnoscenda et in Tora ejusque praeceptis observandis consentiant. Licet haec depravata sit ejusque

يستخرجون منها ستمأة وثلاث عشرة فريضة يتعبّدون بها الاوامر منها مأتتان وثمان واربعون عدد العظام فى بدن الانسان والنواهى ثلثمأة وستون وخمس عدد ايام السنة الشمسيّة وزادت النواهى على الاوامر لغلبة الهوى على الطبيعة البشريّة وينفرد الربانيون والقرأون عن السامرة بنبوات انبيآء غير الثلثة المذكورة وينقلون عنهم تسعة عشر كتابًا ويضيفونها الى خمسة اسفار التوراة ويعبّرون عن الاربعة وعشرين كتابًا بالنبوات وهى على مراتب الاولى التوراة وهى خمسة اسفار ا يذكر فيه بدأ الخليقة والتأريخ من آدم الى يوسف عليهما الصلوة والسلام ب فى استخدام المصريين لبنى اسرآئيل وظهور موسى وهلاك فرعون ونصب قبّة الزمان واحوال التيه وامامة هارون ونزول العشر كلمات وسماع القوم كلام الله ג يذكر فيه تعليم القرابين بالاجمال د يذكر فيه عدد القوم وتقسيم الارض عليهم بالقرعة واحوال الرسل التى بعثها موسى عليه السلام الى الشأم واخبار المنّ والسلوى والغمام ه اعادة احكام التوراة لتفصيل المجمل وذكر وفاة هارون ثمّ موسى وخلافة يوشع عليهم السلام الثانية اربعة اسفار

---

recensiones multum differant, tamen inde sexcenta tredecim statuta elicuerunt, quibus Dei servis ducenta quadraginta octo mandata ad numerum ossium corporis humani imponuntur et trecenta sexaginta quinque interdicta ad numerum dierum anni solaris. Interdicta igitur mandata numero superant propter vim praevalentem, quam cupiditates in naturam humanam exercent. Rabbanitae autem et Caraïtae a Samaritanis se agnoscendis ceteris prophetis praeter illos tres jam supra laudatos segregant, a quibus undeviginti libros assumunt, quos quinque libris Torae adjungunt. Ad significandos hos viginti quatuor libros voce *Nobowwát* (prophetiae) utuntur, quae ex ordine sunt, et quidem *primo* loco Tora e quinque tomis constans, in quorum primo initium rerum creatarum et historia ab Adamo ad Josephum narratur, in secundo servitium, quod Aegyptii Israelitis imposuerunt, porro adventus Mosis, interitus Pharaonis, erectio tabernaculi foederis, ea, quae in deserto acciderant, quod Israelitae peragrabant, sacerdotium Aaronis, revelatio decalogi et tempus, quo populus Deum loquentem audivit; in tertio ratio generatim describitur, qua sacrificia Deo offerenda sint, in quarto numeratio populi, divisio terrarum inter Hebraeos sortiendo, ea, quae ad legatos pertinent, quos Moses in Syriam misit, historia Mannae et coturnicum et columnae nubilae, in quinto praecepta Pentateuchi ad singulas summae partes persequendas repetuntur, et mors Aaronis et Mosis et successio Josuae commemoratur. — *Secunda* pars quatuor tomos

يدعى الاول ا ليوشع عليه السلام يذكر فيه ارتفاع المنّ واكلهم الغلال بعد تقريب القربان ومحاربة يوشع الكنعانيّين وفتحة البلاد وتقسيمها بالقرعة ٢ يعرف بسفر الحكام فيه اخبار قضاة بنى اسرآئيل فى البيت الاول ٣ لشموئيل عليه السلام فيه نبوته وملك طالوت وقتل داود جالوت ٤ يعرف بسفر الملوك فيه اخبار ملك داود وسليمان عليهما السلام وغيرهما وانقسام الملك بين الاسباط والملاحم والجلا الاول ومجئ بختنصر وخراب البيت المقدس الثالثة اربعة اسفار تدعى الاخيرة ا لشعيا عليه السلام يذكر فيه توبيخ الله تعالى لبنى اسرآئيل وانذاره بما يقع وبشرى الصابرين واشارة الى البيت الثانى والخلاص على يد كورش الملك ٢ لارميا عليه السلام يذكر فيه خراب البيت بالتصريح والهبوط الى مصر ٣ لحزقيال عليه السلام يذكر فيه حكم طبيعيّة وفلكيّة مرموزة وشكل البيت المقدس واخبار ياجوج وماجوج ٤ اثنا عشر سفرًا انذارات بجراد وزلازل وغيرها واشارة الى المنتظر والمحشر ونبوة يونس عليه السلام وغرقه وابتلاع الحوت له وتوبة قومه ومجيء عدو وصلاح حبقوق ونبوة زكريا عليه السلام وبشارة بورود

---

complectitur, quorum primus ad Josuam refertur. Ibi Mannam finem habuisse narratur Israelitasque oblatis sacrificiis fruges edisse, Josuam Kanaanitis bellum intulisse, terras expugnasse easque sorte divisisse. Secundus tomus nomine libri judicum inclaruit, ibique historia judicum Israelitarum templi primi tempore enarratur; tertius Samueli attribuitur, et ibi ejus prophetia, Saul rex, et quomodo Dawud Goliathum interfecerit, commemoratur. Quartus liber Regum inscriptus est, et in eo historia regum Dawud, Soleimán (Salomo) aliorumque narratur, et regni divisio inter tribus, pugnae acres, primum exilium, adventus Nebucadnezaris et excidium templi Hierosolymitani. — *Tertia* pars quatuor comprehendit tomos Posteriores vocatos, quorum primus Jesaiam auctorem habet. Commemorantur ibi convicia a Deo Israelitis facta, commonitiones, quibus Deus ea, quae acciderunt, minatus est, bona et laeta, quae constantibus annunciantur, indicium templi secundi et liberatio Judaeorum Cyri regis auxilio. Secundus nomen fert Jeremiae, ibique excidium templi disertis verbis et descensus in Aegyptum commemoratur. Tertius tomus Ezechiel inscriptus est. In eo praedictiones commemorantur in terra et coelo signis indicatae, templique Hierosolymitani novi imago et historia Gogi et Magogi describitur. Quartus denique duodecim libros continet, qui locustas, terrae motus et alias calamitates minantur, et indicia Messiae exspectati et loci, quo homines tempore judicii extremi congregati erunt, comprehendunt, deque prophetia Jonae, ejus demersione et devoratione per piscem, resipiscentia populi, adventu inimici, probitate Habacuci, prophetia Zakaríyae, et laeta adventus Eliae

لخصر عليه السلام واشارات الى اليوم العظيم الرابعة تدعى الكتب وهى احدى عشر سفرًا
آ تأريخ من آدم الى البيت الثانى ونسب الاسباط وقبآئل العالم ٢ مزامير داود عليه السلام
وعدّتها مأئة وخمسون مزمورا ما بين طلبات وادعية عن موسى عليه السلام وعن غيره
٣ قصّة ايوب عليه السلام وفيه مباحث كلاميّة ٤ امثال حكميّة عن سليمان عليه السلام
٥ اخبار الحكام قبل الملوك ٦ نشآئد عبرانيّة لسليمان عليه السلام مخاطبات بين النفس 5
والعقل ٧ يدعى جامع الحكمة لسليمان عليه السلام فيه الحثّ على طلب اللذات العقليّة
الباقية وتحقير الجسمية الفانية وتعظيم الله تعالى والتخويف منه ٨ تدعى النواح لارميا عليه
السلام فيه خمس مقالات على حروف المعجم ندب على البيت ٩ فيه ملك اردشير وعيد
الغور ١٠ لدانيال عليه السلام فيه تفسير منامات بختنصر وولده ورموز على ما يقع فى
الممالك وحال البعث والنشور ١١ لعزير عليه السلام فيه صفة عود القوم من أرض بابل الى 10
البيت الثانى وبنآئه وينفرد الربانيون بشروح لفرآئض التوراة وتعريفات عليها ينقلونها عن موسى

---

annunciatione loquuntur, et tandem magnum judicium indicant. — *Quarta* pars in universum libri appellantur et undecim tomos continent. Eorum primus historiam narrat ab Adamo ad templi secundi exstructionem, genealogias tribuum Israeliticarum et ceterorum mundi populorum. Secundus psalmos comprehendit Dawudis, quorum centum quinquaginta sunt, tam vota quam precationes auctoribus Mose aliisque continentes. Tertius historiam Eyyubi narrat, eique quaestiones metaphysicae insunt. 5 Quarto loco proverbia Salomonis sapientia sequuntur, quinto historiae judicum ante reges, sexto cantica Salomonis hebraica, quae colloquia continent inter animam et rationem. Septimus appellatur conquisitor sapientiae (Ecclesiastes) ab eodem Salomon conscriptus, in quo ad voluptates intellectuales sempiternas quaerendas et ad corporeas evanidas contemnendas, ad Deum prae omnibus honorandum et timorem ejus incutiendum excitatur. Octavus Threni Jeremiae appellantur, qui quinque sectiones secundum literas Alphabeti continent. Ibi templi excidium deploratur. In nono Artaxerxes rex et festum expiationis (*Ghaur*) commemoratur. Decimus Danielem auctorem habet. Ibi interpretatio legitur somniorum Nebucadnezaris ejusque filii et res indicantur, quae in 10 regnis acciderunt, et status resuscitationis et congregationis extremae. Undecimus Esdrae nomen fert, ibique historia reditus populi Judaici e regno Babylonico ad templum secundum ejusque exstructio narratur. — Rabbanitae autem se a ceteris segregant explicandis statutis Torae eorumque definitionibus, quas a Mose repetunt. Plures

عليه السلام وللتورات شروح وتفاسير منها شرح الشيخ الصاحب مهذب الدين يوسف بن
ابى سعيد السامرى المتوفى سنة اربع وعشرين وستمأنة ذكره صاحب عيون الانبآء وهو من
اطبّآء دمشق وقد استوزره الملك الامجد وشرح الشيخ صدقة بن منجا السامرى المتوفى
بحران سنة نيف وعشرين وستمأنة ٣٧٢٣ تورية الارواح ٣٧٢٤ تواريخ اللطيفة والآثار العجيبة
للشيخ عبد الرحمن بن محمد البسطامى الحنفى فرغ من تأليفه فى شعبان سنة ٨٣٥
٣٧٢٥ التوسّط والفتح بين الروضة والشرح يأتى فى الرآء ٣٧٢٦ التوسط بين الشافعى والمزنى
فيما اعترض به المزنى فى مختصره يأتى فى الميم ٣٧٢٧ التوسّط بين الاخفش والثعلب فى
التفسير لابن درستويه عبد الله بن جعفر النحوى المتوفى سنة [٣٤٧] ٣٧٢٨ التوسعة لابن
السكيت [النحوى] ٣٧٢٩ التوسّلات الكتابيّة والتوجّهات العطآئية للشيخ احمد البونى
٣٧٣٠ التوسّل الى الترسّل فارسى لمحمد بن المؤيد البغدادى ٣٧٣١ توشيح البيان

Pentateuchi commentarios et explicationes ediderunt, ut Sheikh princeps *Mohadzdzib-ed-dín Yusuf Ben Abi Said Sámiri*, anno 624 (inc. 22. Dec. 1226) mortuus, quem auctor libri *Oyún el-anbá* laudat. Fuit ex medicis Damascenis, eumque *El-Melik El-Amjad* Wezirum fecit — et Sheikh *Sadaca Ben Menja Sámiri*, Harranae anno 620 (inc. 4. Febr. 1223) et quod excurrit, mortuus. — 3723. Tewriyet el-arwáh, dissimulatio spirituum. — 3724. El-Tewárikh El-Letífet we El-Athár El-Ajíbet, historiae elegantes et monumenta mirabilia. Sheikh *Abd-el-rahman Ben Mohammed Bistámi* Hanefita hoc opus mense Sha'bán anni 835 (inc. 9. Sept. 1431) absolvit. — 3725. El-Tewassot we El-Fath, intercessio et dijudicatio inter opus *Raudhet* et commentarium. Conferatur litera *Rá*. — 3726. El-Tewassot bein El-Sháfii we El-Mozeni, intercessio inter *Sháfii* et *Mozeni* de iis, quibus *Mozeni* in suo Compendio *Sháfiío* repugnat. Videatur litera *Mím*. — 3727. El-Tewassot bein El-Akhfash we El-Tha'leb, intercessio inter *Akhfash* et *Tha'leb* de exegesi coranica, auctore *Ibn Dorostaweih Abdallah Ben Ja'far* Grammatico, anno [347 (inc. 25. Mart. 958)] mortuo. — 3728. El-Tewsiat, amplificatio, auctore *Ibn-elsikkít* [Grammatico]. — 3729. El-Tewassolát El-Kitábíyet we El-Tewajjohát El-Atáyiyet, confugia ad Deum literaria et supplicationes donativae, auctore Sheikh *Ahmed Buni*. — 3730. El-Tewassol ila el-tarassol, accessus ad artem epistolarum scribendarum, auctore *Mohammed Ben-elmowayyed Baghdádi*. Persice. — 3731. Tewshíh el-beyán,

للشيخ ابى محمد قاسم بن على الحريرى المتوفى سنة ٥١٦ ٣٧٣٢ توشيح التوضيح يعنى توضيح
الحاوى فى الفقه يأتى ٣٧٣٣ توشيح الدريدية يأتى فى المقصورة ٣٧٣٤ توشيح الديباج
وحلية الابتهاج فى طبقات المالكيه ٣٧٣٥ توشيح على الجامع الصحيح للبخارى يأتى
٣٧٣٦ توشيح على التوضيح مرّ فى شرح الالفيّة لابن مالك ٣٧٣٧ توشيح فى شرح الهداية
يأتى ٣٧٣٨ توشيح فى الفقه لتاج الدين عبد الوهاب بن على السبكى الشافعى المتوفى سنة ٧٧١ 5
٣٧٣٩ توشيح لخطاب بن يوسف ابن الانبارى القرطبى المتوفى تقريبًا سنة ٤٥٠. ٣٧٤٠ توضيح
الارشاد فى النحو سبق ذكره ٣٧٤١ توضيح الاعراب فى شرح قواعد الاعراب مرّ ذكره
٣٧٤٢ توضيح الحاوى يأتى فى الحاء ٣٧٤٣ توضيح المدرك فى تصحيح المستدرك يأتى
فى الميم ٣٧٤٤ توضيح المشتبه يأتى فى الميم ٣٧٤٥ توضيح مناهج الانوار وتنقيح

---

exornatio doctrinae expositionis, auctore Sheikh *Abu Mohammed Cásim Ben Ali Haríri*, anno 516 (inc. 12. Mart. 1122) mortuo. — 3732. Tewshíh El-Taudhíh, exornatio operis *Taudhíh el-háwi* de jure. Vide infra. — 3733. Tewshíh El-Doreidíyet, exornatio carminis *Doreidíyet*, de quo sub *Macsúret* videatur. — 3734. Tewshíh el-díbáj we Hilyet el-ibtihái, exornatio vestis sericae et cultus exsultationis, de Classibus Malekitarum. — 3735. Tewshíh ala El-Jámi' El-Sehíh, ornatus fasciae operi *El-Jámi' El-Sehíh* a *Bokhári* edito superinjectae. Vide infra. — 3736. Tewshíh ala El-Taudhíh, ornatus fasciae operi *Taudhíh* superinjectae. Vide supra in commentario ad *Alfíyam* ab *Ibn Málik* editam. — 5 3737. Tewshíh, exornatio. Commentarius operis *Hidáyet*, de quo infra videndum est. — 3738. Tewshíh fi el-fic'h, exornatio de jurisprudentia, auctore *Táj-ed-dín Abd-el-wehháb Ben Ali Sobki* Shafiita, anno 771 (inc. 5. Aug. 1369) mortuo. — 3739. Tewshíh, exornatio, auctore *Khattáb Ben Yusuf Ibn-elanbári Cortubi*, circa annum 450 (inc. 28. Febr. 1058) mortuo. — 3740. Taudhíh El-Irshád, illustratio operis *Irshád* de grammatica, cujus jam supra mentio facta est. — 3741. Taudhíh El-Iráb, illustratio operis *Iráb*. Commentarius regularum flexionis grammaticalis primariarum. Vide supra. — 3742. Taudhíh El-Háwi, illustratio operis *Háwi*, de quo in litera *Há* videatur. — 3743. Taudhíh el-modrek, illustratio intelligibilium, de recognoscendo opere *Mostadrek*, de quo litera *Mím* videatur. — 3744. Taudhíh El-Moshtebih, illustratio operis *Moshtebih*, de quo litera *Mím* videnda est. — 3745. Taudhíh menáhij el-anwár, illustratio viarum luminum

مباعج الاسرار لعبد الرحمن بن محمد بن على بن احمد وهو التأريخ المرموز الذى كتبه سنة ٨٣٩ ٣٧٤٦ توضيح فى شرح التنقيح سبق ذكره ٣٧٤٧ توضيح فى شرح المقامات يأتى فى الميم ٣٧٤٨ [توضيح لمبهمات الجامع الصحيح لحافظ العلّامة ابى ذر احمد بن ابرعيم بن محمد الحلبى المشهور بسبط ابن العجمى المتوفى سنة ٨٨٤] ٣٧٤٩ توضيح للاوهام الواقعة فى الصحيح [له ايضا] وهو شرح لجامع الصحيح للبخارى ٣٧٥٠ توضيح فى شرح مختصر ابن الحاجب يأتى فى الميم ٣٧٥١ توضيح فى شرح مقدّمة ابى الليث يأتى فى الميم ٣٧٥٢ توضيح فى شرح الفيّة المسمّى باوضح المسالك سبق ذكره ٣٧٥٣ [توضيح المشكل فى القرآن لابى عثمان سعيد بن محمد المعروف بابن الحداد القيروانى المتوفى شهيدًا سنة ٤٠٠] ٣٧٥٤ توطئة فى النحو للشيخ ابى على عمر بن محمد بن عمر الشلوبينى الازدى الاشبيلى النحوى المتوفى سنة [٦٤٥] مختصر اوله الحمد لله الذى تفضّل علينا الخ ذكر انّه رسمه توطئة

---

et recognitio pulchritudinum secretorum. Haec est illa historia aenigmatica, quam *Abd-el-rahman Ben Mohammed Ben Ali Ben Ahmed* anno 839 (inc. 27. Jul. 1435) scripsit. — 3746. Taudhíh, illustratio operis *Tenckíh*, de quo supra. — 3747. Taudhíh, illustratio. Commentarius operis *Macámát*, de quo litera *Mím* videatur. — 3748. [Taudhíh li mobhemát El-Jámi' El-Sehíh, illustratio locorum obscurorum in opere *El-Jámi' El-Sehíh*, auctore Háfitz doctissimo *Abu Dzarr Ahmed Ben Ibrahím Ben Mohammed Halebi*, vulgo *Sibt Ibn-elajemi* dicto et anno 884 (inc. 25. Mart. 1479) mortuo]. — 3749. Taudhíh, illustratio errorum in opere *Sehíh* obviorum, [eodem auctore]. Commentarius est libri *El-Jámi' El-Sehíh* a *Bokhári* editi. — 3750. Taudhíh, illustratio. Commentarius Compendii ab *Ibn-elhájib* editi et infra sub *Mokhteser* laudati. — 3751. Taudhíh, illustratio. Commentarius operis *Mocaddemet* ab *Abu'lleith* editi, de quo litera *Mím* videatur. — 3752. Taudhíh, illustratio. Commentarius grammaticae *Alfíya*, *Audhah el-mesálik* inscriptus, de quo jam supra mentio facta est. — 3753. [Taudhíh el-moshkil, illustratio locorum obscurorum in Corano, auctore *Abu Othmán Said Ben Mohammed Cairawáni*, vulgo *Ibn-elheddád* dicto, qui anno 400 (inc. 25. Aug. 1009) martyrium subiit]. — 3754. Tautiyet, complanatio. Compendium grammaticum, auctore Sheikh *Abu Ali Omar Ben Mohammed Ben Omar Shelaubíni Azdi Ishbíli* Grammatico, anno [645 (inc. 8. Mai. 1247)] mortuo. Incipit ita: Laus Deo, qui nobis benefecit etc., et monet auctor, se ei titulum plenum *Tautiyet cawánín el-mocaddemet* inscripsisse. —

قوانين المقدّمة ٣٧٥٥ توطئة فى النحو لابى العباس احمد بن عبد الجليل التدميرى المتوفى [بفاس] سنة [٥٥٥] ٣٧٥٦ توفير للحسين البلخى ٣٧٥٧ توفيق الامّة ٣٧٥٨ توفيق العناية فى شرح الوقاية يأتى ٣٧٥٩ توفيق فى وصل التعليق للحافظ شهاب الدين احمد بن على ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ ٣٧٦٠ توفيق الحكّام على غوامض الاحكام لشهاب الدين احمد بن العماد الاقفهسى المتوفى سنة ٨٠٨ ٣٧٦١ توقيف على مهمّات التعاريف للشيخ عبد الرؤف محمد المناوى المصرى المتوفى سنة ١٠٣١ تقريبًا ٣٧٦٢ التوقيف والتخويف لابى الحسين على بن الحسين الخليقى الشاعر المتوفى سنة ٣٧٦٣ تهافت الانجاد فى اول كتاب الجهاد من الهداية يأتى ٣٧٦٤ تهافت الفلاسفة للامام حجة الاسلام ابى حامد محمد ابن محمد الغزالى الطوسى المتوفى سنة ٥٠٥ مختصر اوله نسأل الله تعالى بجلاله الموفى على كل نهاية الخ قال رأيت طآئفة يعتقدون فى انفسهم التميّز عن الاتراب

3755. Tautiyet, complanatio. Opus grammaticum, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Abd-el-jelíl Tedmíri*, [Fessae] anno [555 (inc. 12. Jan. 1160)] mortuo. — 3756. Taufír, consummatio, auctore *Hosein Balkhi*. — 3757. Taufíc el-ommet, auxilium populo latum. — 3758. Taufíc el-ináyet, auxilium sollicitudinis. Commentarius operis *Wicáyet*, de quo infra. — 3759. Taufíc fi wasl el-ta'líc, auxilium de amore sibi conciliando, auctore Háfitz *Sheháb-ed-dín Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. — 3760. Tauckíf el-hokkám, institutio judicum de obscuris statutis, auctore *Sheháb-ed-dín Ahmed Ben-el-imád Acfahesi*, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuo. — 3761. Tauckíf ala mohimmát el-teáríf, institutio de difficultatibus definitionum, auctore Sheikh *Abd-el-rawúf Mohammed Monáwi Misri*, circa annum 1031 (inc. 6. Nov. 1622) mortuo. — 3762. El-Tauckíf we El-Takhwíf, institutio et metus injectus, auctore *Abu'lhosein Ali Ben-elhosein Halícki* Poëta, anno ... mortuo. — 3763. Teháfot el-amjád, ruina gloriosorum de initio capitis *Jihád* (i. e. bellum sacrum) in libro *Hidáyet*. Vide infra. — 3764. Teháfot el-felásifet, ruina philosophorum, auctore Imám *Hojjet-el-islám Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli Tusi*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Precamur Deum ob ejus majestatem super omnem finem eminentem etc. Auctor: Plures, inquit, vidi, qui in se ipsis distinctionem ab aequalibus et sui similibus propter majorem intelligentiam et

والنظير بمزيد الفطنة والذكآء قد رفضوا وظائف الاسلام من العبادات واستحقروا شعآئر الدين من وظآئف الصلوة والتوقى عن المخطورات واستهانوا بتعبّدات الشرع وحدوده ولم يقفوا عند توقيفاته وقيوده يتبعون فيها رعطا يصدّون عن سبيل الله ويبغونها عوجا وهم بالآخرة هم كافرون ولا مستند لكفرهم غير تقليد اذ جرى على غير دين الاسلام نشوُهم وولادهم وعليه درج ابآئهم واجدادهم ولا عن بحث نظرى بل تقليد صادر عن التعثّر باذيال الشبه الصارفة عن صوب الصواب والانخداع المزخرفة كلامع السراب وانّما مصدر كفرهم سماعهم اسامى قآئلة كسقراط وبقراط وافلاطون وارسطاطاليس وامثالهم واطناب طوآئف من متبعيهم فى وصف عقولهم وحسن اصولهم ودقّة علومهم الهندسيّة والمنطقيّة والطبيعيّة والآلهيّة واستبدادهم لفرط الذكآء باستخراج تلك الامور الخفية وحكايتهم عنهم انّهم مع رزانة عقولهم منكرون للشرآئع والنحل ومعتقدون انّها نواميس مؤلّفة وحيل مزخرفة فلمّا قرع ذلك سمعهم ووافق ما حكى

---

sagacitatem statuerunt, qui officia pietatis, quae Islám praecipit, respuerunt, praecepta precationis et cautionem rerum illicitarum, quae religionis instituta sanciunt, contemtui habuerunt, observationes cultus divini et poenas lege constitutas nihil curarunt, neque in ejus institutionibus et restrictionibus substiterunt, sed in his istos viros sunt secuti „qui avertunt (homines) a semita Dei, et quaerunt eam distorquere; et ipsi alteram vitam abnegantes;“ quorum abnegatio in nullo alio fundamento nititur, nisi in fide aliorum auctoritati tributa, cum in iis educandis et erudiendis nulla fidei Islamicae ratio haberetur, eorumque patres et avi eandem rationem amplexi essent ita, ut minime disquisitionem speculativam, sed auctoritatem temere sequerentur inde profectam, quod pedem in liciniis circumscriptionis sui ipsius et dubiorum offenderunt, quae a vero et recto inveniendo deflectunt, in laciniis dico tam fucatis et speciosis, ut splendor vaporis meridiano tempore in desertis apparentis. Fons autem, unde eorum impietas emanat, non nisi in eo quaerendus est, quod nominibus ingentibus aurem dant, ut Socrati, Hippocrati, Platoni, Aristoteli similibusque, quod aures dant praeconiis effusis, quibus plures asseclarum ingenia eorum, praestantiam principiorum, subtilitatem doctrinarum geometricarum, logicarum, physicarum et metaphysicarum efferunt, et hos solos ob ingenii, quo res illas occultas elicuerint, acumen mirificum illas doctrinas tenere gloriantur, quod aures dant narrationibus discipulorum, magistros cum mentis suae gravitate leges a Deo praescriptas et varias religiones repudiare et credere, has regulas esse conflatas et artificia fucata. Itaque cum ista dogmata eorum

من عقآئدهم طبعهم تحمّلوا باعتقاد الكفر انخراطًا فى سلكهم وترفّعًا عن مساعدة الجماهير واستنكافًا من القناعة بادیان الابآء ظنًا بانّ اظهار التكايس فى النزوع عن تقليد الحق بالشروع فى تقليد الباطل محالٌ وغفلة منهم عن انّ الانتقال الى تقليد عن تقليد خرق وخيال فاىّ رتبة فى عالم الله اخسّ من رتبة من يتحمّل بترك الحقّ المعتقد تقليدًا بالتسارع الى قبول الباطل تصديقًا فلمّا رأيت هذا العرق من الحماقة نابضا على هولآء الاغبيآء ابتدأت لتحرير هذا الكتاب ردًّا على الفلاسفة القدمآء مبينا تهافت عقيدتهم وتناقض كلمتهم فيما يتعلّق بالآلهيّات وكاشفًا عن غوآئل مذهبهم وعوراته التى هى على التحقيق مضاحك العقلآء اعنى بما اختصّوا به عن الجماهير من فنون العقآئد مع حكاية مذهبهم على وجهه ثمّ صدر الكتاب بمقدّمات اربع ذكر فى الاولى ان الخوض فى حكاية اختلاف الفلاسفة تطويل فانّ خطبهم طويل ونزاعهم كثير وانّه يقتصر على اظهار التناقض فى رأى مقدّمهم الذى هو المعلّم

---

aures ferirent, et quae de eorum fidei articulis narrabantur, indoli a natura iis insitae conjuncta essent, confessionem impietatis exornare affectarunt, ita ut in illorum vestigiis instarent, auxilium coryphaeorum maximorum superbe spernerent, et in majorum religionibus acquiescere recusarent, manifestationem aemulationis in relinquenda auctoritate vero temere tributa cum comprobatione auctoritatis falso adjunctae conjungi non posse opinantes, nihilque id curantes, quod transitus ab una auctoritate ad alteram res sit insolita et phantastica. Qui enim status in hoc Dei mundo statu ejus ignobilior esse potest, qui repudiationem veri, cui ex auctoritate aliorum temere fidem habuerit, eo fucare affectat, quod ad falsum amplectendum properet id verum existimans? Cum igitur hanc stultitiae arteriam istos socordes pulsare sentirem, hunc librum accurate conscribere incepi, ut philosophos veteres eo refutarem, quod ruinam eorum fidei et doctrinae repugnantiam in iis demonstrabam, quae res divinas spectant, et fraudulentas eorum disciplinae petitiones ejusque nuda latera detegebam, quae re accurate considerata intelligentibus risum concitant, dogmata dico varia, quibus se a doctoribus religionis catholicis distinguunt, ita ut simul eorum disciplinam, qualis re vera est, depingam. Libro ipsi quatuor praemisit praefationes, in quarum prima docet, in discrepantiam philosophorum altius penetrare nihil aliud esse nisi rem longam facere, eos enim caeco et lento gressu huc illuc titubare et multum contendere, seque acquiescere velle dicit in dissensione monstranda, qua eorum ducis opinio laboret, qui primus sit doctor et philosophus absolutus. Hic enim eorum cognitiones

الاول والفيلسوف المطلق فانّه رتّب علومهم وهذّبها وهو ارسطاطاليس وقد ردّ على كلّ من قبله
حتى على استاده افلاطون فلا اتقان لمذهبهم بل يحكمون بظنّ وتخمين ويستدلّون على
صدق علومهم الآليّية بظهور العلوم الحسابيّة والمنطقيّة متقنة البراهين ويستدرجون ضعفاء
العقول ولو كانت علومهم الآليّية متقنة البراهين لما اختلفوا فيها كما لم يختلفوا فى الحسابيّة
ثمّ المترجمون لكلام ارسطو لم ينفك كلامهم عن تحريف وتبديل واقومهم بالنقل من المتفلسفة
الاسلاميّة ابو نصر الفارابى وابن سينا وانّه يقتصر على ابطال ما اختروه وراوه الصحيح من مذهب
رؤسآئهم وعلى ردّ مذاهبهم بحسب نقل هذين الرجلين كيلا ينتشر الكلام وذكر فى الثانية انّ
الخلاف بينهم وبين غيرهم ثلاثة اقسام آ يرجع النزاع فيه الى لفظ مجرد كتسميتهم صانع
العالم جوهرا مع تفسيرهم الجوهر بانّه الموجود لا فى موضوع ولم يريدوا به الجوهر
المتحيّز قال ولسنا نخوض فى ابطال هذا لان معنى القيام بالنفس اذا صار متفقًا عليه
رجع الكلام فى التعبير باسم الجوهر عن هذا المعنى الى البحث عن اللغة وان

---

in ordinem digessit et recognovit. Aristoteles scilicet, quem dico, omnes, qui ei antecedebant, ipso Platone magistro non excepto, refutavit. Hinc factum est, ut eorum disciplina nullo certo fundamento nitatur, sed ex opinione et conjectura dijudicant, veritatem doctrinarum suarum ex doctrinis exploratis arithmeticis et logicis metiuntur, quarum argumenta comperta sunt, et mente captos gradatim in graviorem errorem inducunt. Quodsi eorum doctrinae metaphysicae certis argumentis niterentur, de iis non dissentirent, ut de arithmeticis non dissentiunt. Deinde doctrinae Aristoteli- licae interpretes in iis, quae dicunt, a depravationibus et permutationibus haud absunt, et inter philosophos islamicos in iis, quae assumta referunt, non nisi *Abu Nasr Fárábi* et *Ibn Sína* fidem maximam sibi conciliant. Porro se acquiescere velle dicit in iis perfringendis, quae uterque ex doctrina doctorum principum amplexus est et vera habet, et in horum disciplinis, ut eas duo viri tradunt, refellendis, ne oratio se diffundat. — In secunda praefatione discrepantiam inter istos philosophos et alios ad tres partes dicit revocandam esse. *Primum* enim controversia in hac re in sola dictione versatur, cum verbi caussa mundi opificem *Jauher* i. e. substantiam appellant, licet hanc vocem per id interpretentur, quod, quamquam non in certo loco, existat, nec hic substantiam circumscriptam intelligi volunt. Nolumus, inquit, in hujus rei refutationem altius penetrare. Quando enim tantum in eo consentitur, Deum per se subsistentem esse, oratio de eo, quod nomen *Jauher* de mundi opifice dictum sit, ad disquisitionem lexicographicam deflectit, num recte ita dici possit. Quodsi hic usus

سوغ اطلاقه رجع جواز اطلاقه فى الشرع الى المباحث الفقهيّة ٢ ما لا يصدم مذهبهم فيه اصلا من اصول الدين وليس من ضرورة تصديق الانبيآء والرسل منازعتهم فيه كقولهم انّ كسوف القمر عبارة عن انمحآء ضوء القمر بتوسّط الارض بينه وبين الشمس والارض كرة والسمآء محيط بها من الجوانب وان كسوف الشمس وقوف جرم القمر بين الناظر وبين الشمس عند اجتماعهما فى العقدتين على دقيقة واحدة قال وهذا المعنى ايضا لسنا نخوض فى ابطاله اذ لا يتعلّق به غرض ومن ظنّ انّ المناظرة فيه من الدين فقد جنى على الدين وضعف امره فانّ هذه الامور تقوم عليها براهين هندسيّة لا تبقى معها ريبة فمن يطلع عليها ويتحقّق ادلّتها حتى يخبر بسببها عن وقت الكسوفين وقدرهما ومدّة بقآئهما الى الانجلآء اذا قيل له انّ هذا على خلاف الشرع لم يسترب فيه وانّما يسترب فى الشرع وضرر الشرع ممّن ينصره لا بطريقه اكثر من ضرره ممّن يطعن فيه بطريقه وهو كما قيل عدو عاقل خير من صديق جاهل وليس فى الشرع ما يناقض ما قالوه ولو كان لكان تأويله اهون من

---

absolutus conceditur, exploratio, num hic usus absolutus in lege permissus sit, ad disquisitiones juris peritorum redit. — *Deinde* in quibus dictis eorum disciplina omnino nullum religionis principium tangit, eorumque contentio non necessario postulat, ut prophetis et legatis fides habeatur, ut cum dicunt, lunae defectionem dici de deleto lunae lumine eo, quod inter eam et solem terra intercedat, terramque globum esse, et coelum hunc circumcirca circumdare, cum in defectione solis corpus lunae inter contemplatorem et solem in illarum stellarum coitu in duobus extremis punctis segmenti eccentrici et eclipticae ad scripulum unum consistat. Nec in hanc, ait, caussam convincendam altius penetrabimus, cum, quod intenditur, inde non efficiatur, et qui disputationem de hac re ad religionem spectare opinatur, certe is nefas in religionem admittit, ejusque caussa infirma est. Has enim res argumenta geometrica tractant, quae nullam dubitationem admittunt. Quodsi quis ei, qui illas perspicit et earum probationes accurate cognoscit, ut earum ope homines certiores faciat de defectionum tempore, earum ambitu et spatio, quod manent, usque ad tempus, quo evanescunt, haec a lege islamica diversa esse dicit, nullum de his rebus admittit dubium, sed legem tantum ambiguam habet. Detrimentum autem, quod lex ex eo capit, qui non justa via eam defendit, majus eo est, quod ex illo capit, qui eam justa via detrectat, ut in proverbio legitur: Inimicus intelligens melior est amico stolido. Neque quidquam in lege invenitur, quod iis repugnet, quae statuunt, et si inveniretur, ejus interpretatio facilior esset, quam rerum argumentis firmissimis probatarum impugnatio; et quot res

مكابرة امور قطعيّة فكم من ظواهر اوّلت بالادلّة القطعيّة التى لا تنتهى فى الوضوح الى هذا الحدّ واعظم ما يفرح به الملحدة ان يصرح ناصر الشرع بانّ هذا وامثاله على خلاف الشرع فيسهل عليه طريق ابطال الشرع وهذا لانّ البحث فى العالم عن كونه حادثًا او قديمًا ثمّ اذا ثبت حدوثه فسوآء كان كرة او بسيطًا او مثمنًا وسوآء كانت السموات وما تحتها ثلثة عشر طبقة كما قالوه او اقلّ او اكثر فالمقصود كونه من فعل الله فقط كيف ما كان

٣ ما يتعلّق النزاع فيه باصل من اصول الدين كالقول فى حدوث العالم وصفات الصانع وبيان حشر الاجساد وقد انكروا جميع ذلك فينبغى ان يظهر فساد مذهبهم وذكر فى الثالثة انّ المقصود تنبيه من حسن اعتقاد فى الفلاسفة وظنّ انّ مسالكهم نقية عن التناقض ببيان وجوه تهافتهم فلذلك لا يدخل فى الاعتراض عليهم الّا دخول مطالب منكر لا دخول مدع مثبت فيكدّر عليهم ما اعتقدوه مقطوعا بالزامات مختلفة وربّما الزمهم بمذاهب الفرق وذكر

---

sensibiles argumentis firmissimis explicantur, quae ad hunc usque evidentiae gradum adduci non possunt. Gravissimum autem, quo impii laetantur, in eo constat, quod legis defensor disertis verbis haec et similia legi contraria esse concedit, ita ut via legem convellendi ei plana sit et aperta. Disquisitio enim in eo versatur, utrum mundus de novo creatus sit an aeternus. Quodsi ejus existentia de novo certa est, tum nihil interest, utrum rotunda sit, an plana, an octangula, et nihil interest, utrum coeli et quod inferius est, tredecim contignationes contineant, ut contendunt, an plures, an pauciores; nam sufficit, quod scire volumus, eam existere solo Deo agente, qualiacunque cetera sint, de quibus quaeri possit. — *Tertia* pars ea spectat, in quibus controversia ad quodpiam religionis principium pertinet, ut illud est, quod de existentia mundi de novo, de creatoris qualitatibus, de corporum congregatione extremi judicii die dicunt, quae omnia ab iis negata sunt. Decet igitur et par est, hujus disciplinae pravitatem demonstrare. — In praefatione tertia sibi propositum habere commemorat, ne quis philosophis bonam fidem habeat et eorum disciplinas a mutuis contentionibus immunes esse opinetur, monere eo, quod varias eorum ruinae rationes demonstret; quapropter se minime in refutationem eorum immittit, nisi eo modo, quo inquirens et infitians se immittit, non autem eo, quo ille facit, qui contendit et affirmat, ita ut ea, quae sine ulla dubitatione fide amplectuntur, disturbans in eos invehatur argumentis variis, quae silentium imperant, et saepe eos dogmatis aliarum sectarum devincit. — In quarta denique praefatione docet, maximum esse eorum artificium in hominibus paulatim decipiendis, quando contra ipsos dubium profertur,

فى الرابعة ان من عظم حيلهم فى الاستدراج اذا اورد عليهم اشكال قولهم انّ العلوم الآلهيّة غامضة خفية لا يتوصّل الى معرفة الجواب عن هذه الاشكالات الا بتقديم الرياضيات والمنطقيات فمن يقلّدهم ان خطر له اشكال يحسن الظنّ بهم ويقول انّما يعسر علىّ درك علومهم لانى لم احصل الرياضيّات ولم احكم المنطقيّات قال امّا الرياضيّات فلا تعلّق للآلهيّات بها وامّا الهندسيّات فلا يحتاج اليها فى الالهيّات نعم قولهم ان المنطقيّات لا بدّ من احكامها فهو صحيح ولكن المنطق ليس مخصوصًا بهم وانّما هو الاصل الذى نسمّيه فى فنّ الكلام كتاب النظر فغيّروا عبارته الى المنطق تهويلا وقد نسمّيه كتاب الجدل وقد نسميه مدارك العقول فاذا سمع المتكلّم اسم المنطق ظنّ انّه فنّ غريب لا يعرفه المتكلّمون ولا يطلع عليه الّا الفلاسفة ثمّ ذكر بعد المقدمات المسائل التى اظهر تناقض مذهبهم فيها وهى عشرون مسئلة آ فى ازليّة العالم ٢ فى ابديّة العالم ٣ فى بيان تلبيسهم فى قولهم انّ الله صانع العالم وانّ العالم صنعه ٤ فى تعجيزهم عن اثبات الصانع ٥ فى تعجيزهم عن اقامة الدليل على استحالة آلهين ٦ فى

---

ut dicant, doctrinas rerum divinarum sive metaphysicas difficiles esse et obscuras, nec quenquam ad scientiam, quomodo ad ejusmodi dubia respondendum sit, pervenire, nisi qui cognitiones mathematicas et logicas praemiserit. Si igitur ejus, qui horum philosophorum sententiam sequitur et bene de iis existimat, mentem dubium subit et dicit: Utique eorum doctrinas assequi mihi difficile est, quod disciplinas mathematicas non teneo et logicas ignoro, huic ita respondit: Primum nulla rebus divinis cum disciplinis mathematicis intercedit conjunctio, et minime in rebus divinis disciplinis geometricis opus est. Praeclare autem dicunt, doctrinarum logicarum praeceptis hominem carere non posse; quo nihil verius est, attamen non iis solis logica est propria, est enim doctrina fundamentalis, quam in sectione metaphysicae „caput speculationis“ inscripsimus, at hanc vocem ad terrorem injiciendum in logicam mutarunt. Interdum eam etiam caput topicae et interdum perceptiones animorum appellavimus; et quando metaphysicus nomen logicae audit, hanc disciplinam mirificam putat, quam metaphysici ignorent, et non nisi philosophi perspiciant. — Deinde his praefationibus quaestiones subjungit, in quibus mutuam disciplinae eorum controversiam demonstrat. Sunt autem quaestiones viginti: Prima de aeternitate mundi ab omni initio — secunda de existentia mundi perpetua tempore futuro — tertia de fallacia in eorum dicto conspicua, Deum esse mundi opificem, et mundum esse ejus opus — quarta de accusatione, eos accurate definire non posse, quid sit artifex — quinta de accusatione, eos nullum afferre posse argumentum de transitu numinum in alium statum — sexta de negatione

نفى الصفات ٧ فى قولهم انّ ذات الاول لا ينقسم بالجنس والفصل ٨ فى قولهم انّ الاول موجود بسيط بلا ماهية ٩ فى تحجيزهم عن بيان اثبات انّ الاول ليس بجسم ١٠ فى تحجيزهم عن اقامة الدليل على انّ للعالم صانعًا وعلّة ١١ فى تحجيزهم عن القول بانّ الاول يعلم غيرهُ ١٢ فى تحجيزهم عن القول بانّ الاول يعلم ذاته ١٣ فى ابطال قولهم ان الاول يعلم الجزئيّات ١٤ فى ابطال قولهم انّ السمآء حيوان متحرّك بالارادة ١٥ فى ما ذكروه من العرض المحرك للسمآء ١٦ فى قولهم انّ نفوس السموات تعلم جميع الجزئيات الحادثة فى هذا العالم ١٧ فى قولهم باستحالة خرق العادات ١٨ فى تحجيزهم عن اقامة البرهان العقلى على ان النفس الانسانى جوهر روحانى ١٩ فى قولهم باستحالة الفنآء على النفوس البشريّة ٢٠ فى ابطال انكارهم البعث وحشر الاجساد مع التلذّذ والتألّم بالجنة والنار بالآلام واللذات الجسمانيّة هذا ما ذكره من المسائل التى يناقض فيها كلامهم من جملة علومهم ففصّلها وابطل مذاهبهم فيها الى آخر الكتاب

---

qualitatum modificativarum — septima de philosophorum propositione, essentiam entis primi non dividi genere et specie — octava de eorum dicto, ens primum esse existens simplex sine substantiae qualitate — nona de accusatione, eos affirmare non posse, ens primum non esse corpus — decima de accusatione, eos argumentum stabilire non posse, mundo esse opificem et caussam — undecima de accusatione, eos probare non posse dictum, ens primum aliud praeter se nosse — duodecima de accusatione, eos dictum probare non posse, ens primum essentiam suam nosse — tertia decima de convellendo eorum dicto, ens primum particularia scire — quarta decima de convellendo eorum dicto, coelum esse animal se voluntate movens — quinta decima de eo, quod commemorant de anima coelum movente — sexta decima de eorum dicto, animas coelorum omnia specialia in hoc mundo de novo existentia scire — septima decima de eorum dicto, absurdum esse credere, res extraordinarias fieri posse — octava decima de accusatione, eos probationem evidentem rationalem afferre non posse, animam humanam esse substantiam spiritualem — undevicesima de eorum enunciato, absurde dici, animas humanas evanescere et perire posse — vicesima de convellenda eorum negatione, corpora die novissimo a mortuis excitari et congregari cum voluptatum et dolorum corporeorum sensu in paradiso et igne. — Hae sunt quaestiones ab eo commemoratae et ex summa disciplinarum philosophicarum desumtae, in quibus eorum doctrina discors est. In has per singulas partes inquisivit, philosophorumque varias de illis sententias usque ad finem libri diluit, et hoc est argumentum libri

وهذا معنى التهافت لخّصتها من اول كتابه لكونها مما يجب معرفته فقال فى آخر خاتمته
فان قال قائل فقد فصّلتم مذاهب هؤلآء افتقطعون القول بكفرهم قلنا بكفرهم لا بدّ منه فى
ثلاث مسآئل آ مسئلة قدم العالم وقولهم انّ الجواهر كلّها قديمة ٢ قولهم انّ الله لا
يحيط علمًا بالجزئيّات الحادثة من الاشخاص ٣ فى انكارهم بعث الاجساد وحشرها فهذه
لا يلائم الاسلام بوجه فاما ما عدا هذه الثلث من تصرّفهم فى الصفات والتوحيد فمذهبهم
قريب من مذهب المعتزلة فيهم فيها كاهل البدع انتهى ملخّصًا ثمّ انّ القاضى ابا الوليد
محمد بن احمد ابن رشد المالكى صنّف تهافتا من طرف الحكمآء ردًّا على تهافت الغزالى بقوله
قال ابو حامد واوله بعد حمد الله الواجب الخ ذكر فيه انّ ما ذكره بمعزل عن مرتبة اليقين
والبرهان وقال فى آخره لا شك انّ هذا الرجل اخطأ على الشريعة كما اخطأ على الحكمة
ولولا ضرورة طلب الحق مع اهله ما تكلمت فى ذلك انتهى ثمّ انّ السلطان محمد

Tehafot. Quaestiones autem ex operis initio summatim excerpsi, cum earum cognitio omnino necessaria sit. Ad finem conclusionis haec habet. Si quis dicit: Distincte quidem horum philosophorum disciplinas exposuistis, at clare etiam et manifesto eorum probastis impietatem? Utique, respondemus. Negari enim omnino non potest in tribus quaestionibus — de mundi aeternitate et eorum decreto, omnes substantias esse aeternas — de eorum decreto Deum minime specialia individuorum primum apparentia scire — de eorum negatione, corpora extremi judicii die resuscitari et congregari, quibuscum religio islamica nullo plane modo consentire potest. Quae autem praeter has tres quaestiones libero arbitrio de attributis et doctrina de uno Deo statuunt, in his eorum disciplina ad schismaticorum disciplinam prope accedit, qui in illis quaestionibus novarum in religione rerum studiosis similes sunt. Haec est summa eorum, quae ille dedit. — Postea Cádhi *Abu'lwelíd Mohammed Ben Ahmed Ibn Roshd* Malikita librum *Tehafot* ita incipientem: Post laudem Dei necessario existentis etc., a verae philosophiae studiosis excitatus ad *Tehafot Ghazálii* refutandum composuit verbis usus „dicit *Abu Hámid*," et quod hic commemoraverit, nullam statuit prodere notitiam dignitatis cognitionis certae et probationis evidentis, et in fine: Nullum, inquit, est dubium, quin iste vir contra legem peccaverit, ut contra veram philosophiam peccavit, et nisi necessarium esset, veritatem apud ejus studiosos quaerere, de hac re verba non fecissem. Haec ille. — Postea Sultan *Mohammed*

خان العثمانى الفاتح امر المولى مصطفى بن يوسف الشهير بخواجه زاده البرسوى المتوفى سنة ٨٩٣ والمولى علآء الدين على الطوسى المتوفى سنة ٨٨٧ ان يصنّفا كتابًا للمحاكمة بين تهافت الامام والحكمآء فكتب المولى خواجه زاده فى اربعة اشهر وكتب المولى الطوسى فى ستة اشهر وفضلوا كتاب المولى خواجه زاده على كتاب الطوسى واعطى السلطان محمد خان لكلّ منهما عشرة الاف درهم وزاد لخواجه زاده بغلة نفيسة وكان ذلك هو السبب فى ذهاب المولى الطوسى الى بلاد العجم وذكر انّ ابن المؤيّد لمّا وصل الى خدمة العلامة الدوانى قال له باىّ هدية جئت الينا قال بكتاب التهافت لخواجه زاده فطالعه مدّة وقال رضى الله عن صاحبه خلصنى عن المشقة حيث صنفه ولو صنّفته لبلغ هذه الغاية فحسب وعنك ايضا حيث اوصلت الينا ولو لم يصل الىّ لعزمت على الشروع وأوّل تهافت خواجه زاده توجّهنا الى جنابك الخ ذكر انّهم اخطأوا فى علومهم الطبيعيّة يسيرًا والالهيّة كثيرًا فاراد ان يحكم ما اورده الامام من قواعدهم الطبيعيّة والالهيّة مع بعض آخر ممّا لم يورده

Khán Othmáni Expugnator Mollam *Mustafa Ben Yusuf Borsewi*, vulgo *Khojazádeh* dictum et anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuum, et Mollam *Alá-ed-dín Ali Tusi*, anno 887 (inc. 20. Febr. 1482) mortuum, ad dijudicandam controversiam inter *Teháfot* Imami et philosophos islamicos componere jussit. Molla *Khojazádeh* imperatum intra quatuor menses fecit, Molla *Tusi* intra sex, et nihilo secius librum Mollae *Khojazádeh Tusi*i libro praetulerunt. Sultan *Mohammed Khán* utrique decem millia Dirhemorum solvi jussit, praeterea autem Mollae *Khojazádeh* vestem pretiosam dedit, quod Mollam *Tusi* commovit, ut in Persiam migraret. Narrant etiam, cum *Ibn-elmowayyed* doctissimi *Dewáni* ministerium subiret, illum ab hoc interrogatum: Quod donum nobis affers? Librum *Teháfot* a *Khojazádeh* conscriptum, respondisse. Quem cum ille per temporis spatium examinasset: Faveat Deus, inquit, ejus auctori. Cum illum componeret, me afflictione liberavit, et si ego eum composuissem, eundem gradum assecutus esset, et macte hac gloria. Faveat tibi quoque, quod nobis eum attulisti; qui si mihi non allatus esset, certe eandem rem aggredi mihi proposuissem. Incipit *Teháfot* Mollae *Khojazádeh* ita: Convertimus nos ad tuam majestatem etc., et commemorat auctor, eos in doctrinis suis physicis paululum peccasse, in metaphysicis autem multum. Ea igitur philosophorum dogmata fundamentalia physica et metaphysica ab Imamo prolata simul cum nonnullis aliis dijudicare voluit, quae ille non attulerit, nec

بادلّتها المعوّل عليها عندهم على وجهها ثمّ ابطلها وهى مشتملة على اثنتين وعشرين فصلًا فزاد فصلين على مباحث الاصل واول تهافت الطوسى سبحانك اللهم منفردًا بالازليّة والقدم الخ فهو مرتّب على عشرين مبحثا مقتصرًا على الاصل وسمّاه الذخيرة وعليه تعليقة للمولى شمس الدين احمد بن سليمان ابن كمال پاشا المتوفى سنة ٩٤٠. ٣٧٦٥ تهافت معين الدين

٣٧٦٦ تهافت حكيم شاه محمد القزوينى ٣٧٦٧ تهدّى الى معين التعدّى لتقى الدين على ابن عبد الكافى السبكى المتوفى سنة ٧٥٦ ٣٧٦٨ تهديم الاركان من ليس فى الامكان ابدع ممّا كان لبرهان الدين ابرهيم بن عمر البقاعى المتوفى سنة ٨٨٥ رسالة اولها الحمد لله الحميد المجيد الخ ردّ فيه بعض الفلاسفة القائلين بالوحدة المطلقة واعترض على الغزالى فى احيائه وفرغ من تأليفه سنة ٨٨٣ ٣٧٦٩ تهذيب الآثار لابى جعفر محمد بن جرير الطبرى المتوفى سنة ٣١٠ وهو كتاب تفرّد فى بابه بلا مشارك ٣٧٧٠ تهذيب الاخلاق وتطهير الاعراق للشيخ

---

non cum argumentis, in quibus potissimum fiduciam posuerint, et ita quidem, ut in eorum libris leguntur. Deinde convellit ea. Complectuntur autem viginti duas sectiones, quibus duas addidit super quaestionibus archetypi. *Tehafot Tusi*i ita incipit: Laus tua, o Deus, qui unicus es aeternitate ab omni initio ad omne tempus futurum etc. Hic librum in viginti disquisitiones distribuit in archetypo acquiescens, librumque *Dzakhiret* inscripsit. Appendicem in eum composuit Molla *Shems-ed-din Ahmed Ben Soleimán Ibn Kemálpásha*, qui anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) defunctus est. — 3765. Tehafot Moín-ed-dín, ruina, auctore *Moín-ed-dín*. — 3766. Tehafot Hekím Sháh, ruina, auctore *Hekím Sháh Mohammed Cazwíni*. — 3767. Tehaddi, directio ad signa verborum transitivorum, auctore *Tacki-ed-dín Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 3768. Tehdím el-arkán, destructio columnarum propositionis: Quod existere potest, mirabilius esse nequit eo, quod vere existit, auctore *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Omar Becái*, anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuo. Tractatus, qui ita incipit: Laus Deo laudando et praedicando etc. Auctor hic nonnullos philosophos refutat unitatem in Deo absolutam statuentes, et *Ghazálí*um in *Ihyá el-olúm* impugnat. Ejus compositionem anno 883 (inc. 4. Apr. 1478) absolvit. — 3769. Tehdzíb el-athár, correctio monumentorum, auctore *Abu Ja'far Mohammed Ben Jerír Taberi*, anno 310 (inc. 1. Mai. 922) mortuo. Hic liber sui generis unicus est, qui parem non habet. — 3770. Tehdzíb el-akhlác, correctio morum et emendatio inclinationum innatarum, auctore Sheikh

ابى على احمد بن محمد المعروف بابن مسكويه [المتوفى سنة ٤٢١] ويشتمل على ست مقالات اوله اللهم انا نتوجّه اليك الخ وهو كتاب مفيد فى علم الاخلاق ٣٧٧١ تهذيب الاخلاق بذكر مسآئل الخلاف والاتفاق لمحمد بن محمد الاسدى القدسى المتوفى سنة ٨٠٨ ٣٧٧٢ تهذيب الاسرار فى طبقات الاخيار للشيخ ابى سعيد عبد الملك بن ابى عثمان النيسابورى الواعظ [المعروف بالخركوشى المتوفى سنة ٤٠٧] ٣٧٧٣ تهذيب الاسمآء واللغات للامام محيى الدين يحيى بن شرف النووى المتوفى سنة ٦٧٦ وهو كتاب مفيد مشهور فى مجلّد اوله الحمد لله خالق المصنوعات الخ جمع فيه الالفاظ الموجودة فى مختصر المزنى والمهذب والوسيط والتنبيه والوجيز والروضة وقال انّ هذه الستة تجمع ما يحتاج اليه من اللغات وضمّ الى ما فيها جملا ممّا يحتاج اليه ممّا ليس فيها من اسمآء الرجال والملآئكة والجنّ لبعمّ الانتفاع ورتّب على قسمين الاول فى الاسمآء والثانى فى اللغات ثمّ انّ الشيخ اكمل الدين محمد بن محمود الحنفى المتوفى سنة ٧٨٦ غيّر ترتيبه على اسلوب آخر وكذا فعل الشيخ محيى الدين عبد القادر بن محمد

Abu Ali Ahmed Ben Mohammed, vulgo *Ibn Miskaweih* dicto [et anno 421 (inc. 9. Jan. 1030) mortuo]. Hic liber ad morum doctrinam discendam utilis complectitur dissertationes sex, et incipit ita: O Deus, nos ad te convertimus etc. — 3771. Tehdzíb el-akhlác, correctio morum per commemorationem quaestionum dissensionis et consensionis, auctore *Mohammed Ben Mohammed Asedi Codsi*, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuo. — 3772. Tehdzíb el-asrár, correctio arcanorum de classibus bonorum (Suforum), auctore Sheikh *Abu Said Abd-el-melik Ben Abi Othmán Nisábúri* El-Wáitz (Concionatore), [vulgo *Kharkúshi* dicto et anno 407 (inc. 10. Jun. 1016) mortuo]. — 3773. Tehdzíb el-asmá we el-loghát, correctio nominum et vocabulorum, auctore Imám *Mohyi-ed-dín Yahya Ben Sheref Newewi*, anno 676 (inc. 4. Jun. 1277) mortuo. Hoc volumen, quod ita incipit: Laus Deo rerum factarum creatori etc., ad studium utile est et celebratum, et auctor hic vocabula collegit, quae in compendio *Mozenii*, in *Mohadzdzib*, *Wesít*, *Tenbíh*, *Wejíz* et *Raudhet* inveniuntur, et hi sex libri, inquit, tantum locutionum continent, quantum earum opus est, et iis, quae ibi leguntur, supplementa necessaria nominum virorum, angelorum et daemonum addidit, quae ibi non inveniuntur, ut utilitas latissima inde capiatur. Librum in duas partes disposuit, quarum prior de nominibus, posterior de locutionibus agit. Serius Sheikh *Akmal-ed-dín Mohammed Ben Mahmúd* Hanefita, anno 786 (inc. 24. Febr. 1384) mortuus, ejus ordinem secundum aliam rationem mutavit, idemque fecit Sheikh *Mohyi-ed-dín Abd-el-cádir Ben Mohammed*

ابن القرشى الحنفى المتوفى سنة ٧٧٥ ولخّصه الشيخ عبد الرحمن بن محمد البسطامى وسمّاه بالفوآئد السنيّة وللشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ مختصر ذلك الكتاب ايضا ٣٧٧٤ تهذيب الاقوال والاعمال لابن العراق ٣٧٧٥ تهذيب البلاغة لابى على احمد بن نصر الكاتب الحلبى المتوفى سنة ٣٥٢ ٣٧٧٦ تهذيب التهذيب يأتى فى الكاف ٣٧٧٧ تهذيب الداعى فى اصلاح الرعية والراعى لابى الحسن شيث بن ابرهيم العبادى المتوفى سنة ٥٥٩ صنّفه للسلطان صلاح الدين يوسف الايوبى ٣٧٧٨ تهذيب الدلآئل وعيون المسآئل للامام فخر الدين عمر بن محمد الرازى الشافعى المتوفى سنة ٦٠٦ ٣٧٧٩ تهذيب الشمآئل للشيخ محمد بن حمزة المعروف بملا عرب الواعظ الانطاكى ثم الرومى ٣٧٨٠ تهذيب الطبع فى نوادر اللغة لابى محمد قاسم بن محمد الاصفهانى ٣٧٨١ تهذيب طريق الوصول الى علم الاصول للشيخ جمال الدين يوسف بن مطهر المتوفى سنة اوله الحمد لله رافع درجات العارفين الخ ذكر فيه انه حرّر طرق الاحكام على الاجمال اجابة لالتماس ولده محمد ورتّب على

Ben-elcoreshi Hanefita, anno 775 (inc. 23. Jun. 1373) mortuus. Potiora ejus Sheikh *Abd-el-rahman Ben Mohammed Bistámi* edidit, epitomenque *El-Feváïd El-Seníyet* inscripsit, et Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, pariter hujus libri epitomen edidit. — 3774. Tehdzíb el-acwál we el-amál, correctio dictorum et factorum, auctore *Ibn-elirác*. — 3775. Tehdzíb el-belághet, correctio eloquentiae, auctore *Abu Ali Ahmed Ben Nasr Halebi* Kátib (Scriba), anno 352 (inc. 30. Jan. 963) mortuo. — 3776. Tehdzíb El-Tehdzíb, correctio correctionis. Vide infra in litera *Káf*. — 3777. Tehdzíb el-dái', correctio vocantis de temperandis subditis et principe. *Abu'lhasan Sheith Ben Ibrahím Ibádi*, anno 559 (inc. 30. Nov. 1163) mortuus, hunc librum Sultano *Saláh-ed-dín Yusuf Eyyúbi* composuit. — 3778. Tehdzíb el-deláïl, correctio argumentorum et fontes quaestionum, auctore Imám *Fakhr-ed-dín Omar Ben Mohammed Rázi* Shafiita, anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuo. — 3779. Tehdzíb el-shemáïl, correctio indolis, auctore Sheikh *Mohammed Ben Hamza* El-Wáitz (Concionatore), primum Antiochiae et deinde Rumeliae inquilino, vulgo *Molla Arab* dicto. — 3780. Tehdzíb el-tab', correctio naturae de raris vocibus, auctore *Abu Mohammed Cásim Ben Mohammed Isfahání*. — 3781. Tehdzíb taríc el-wosúl, correctio rationis ad doctrinam principiorum perveniendi, auctore Sheikh *Jemál-ed-dín Yusuf Ben Motahher*, anno ... mortuo. Se hic summatim rationes statutorum sanciendorum conscripsisse commemorat desiderio patris *Mohammed* morem gesturum, et librum,

مقاصد والعلّامة شمس الدين محمد الحفرى المتوفى سنة ٨١٠ تقريبًا شرحه سمّاه منية اللبيب

٣٧٨٢ تهذيب الكمال فى اسمآء الرجال يأتى فى الكاف مع متعلّقاته ٣٧٨٣ تهذيب اللغة لابى منصور محمد بن احمد بن طلحة الازهرى اللغوى المتوفى سنة ٣٧٠ اوله الحمد لله ذى الحول والقدرة الخ ابتدأ فيه بحرف العين وهو كتاب كبير من الكتب المختارة فى اللغة وترتيبه على هذا ع ح ه خ غ ق ك ج ش ص س ز ط د ت ظ ذ ث ر ل ن ف ب م و ا ى وذلك باعتبار المخارج ومختصره لعبد الكريم بن عطآء الله الاسكندرى المتوفى سنة ٦١٣

٣٧٨٤ تهذيب المدوّنة فى الفروع يأتى فى الميم ٣٧٨٥ تهذيب المطالب لعبد الحقّ الصقلى المالكى ٣٧٨٦ تهذيب المنطق والكلام للعلّامة سعد الدين مسعود بن عمر التفتازانى المتوفى سنة ٧٩٢ وهو متن متين ألّفه سنة ٧٨٩ اوله الحمد لله الذى هدانا سوآء الطريق الخ وقال هذه غاية تهذيب الكلام فى تحرير المنطق والكلام

---

qui ita incipit: Laus Deo gradus spiritualium augenti etc., in consilia (*Mecásid*) distribuit. Vir doctissimus *Shems-ed-dín Mohammed Haferi*, qui circiter annum 810 (inc. 8. Jun. 1407) mortuus est, commentarium ejus edidit *Munyet el-lebíb* inscriptum. — 3782. Tehdzíb el-kemál, correctio operis *Kemál* de nominibus Traditionariorum. Videatur de eo litera *Káf*, ubi et scripta ad illud spectantia commemorabuntur. — 3783. Tehdzíb el-loghat, correctio sermonis, auctore *Abu Mansúr Mohammed Ben Ahmed Ben Telha Azheri* Lexicologo, anno 370 (inc. 17. Jul. 980) mortuo. Initium libri est hoc: Laus Deo pollenti potentique etc., et incipit auctor a litera *Aïn*. Magnum est opus et inter lexicologica probatissimum, quod hunc literarum ordinem secundum pronunciationis instrumenta sequitur: *Aïn*, *Há*, *He*, *Khá*, *Ghaïn*, *Cáf*, *Káf*, *Jím*, *Shín*, *Dhád*, *Sád*, *Sín*, *Zá*, *Tá*, *Dál*, *Te*, *Tzá*, *Dzál*, *Thá*, *Rá*, *Lám*, *Nún*, *Fá*, *Bá*, *Mím*, *Wáf*, *Elif*, *Yá*. Ejus epitomen *Abd-el-kerím Ben Atáallah Iskenderi* anno 612 (inc. 2. Mai. 1215) mortuus edidit. — 3784. Tehdzíb El-Modewwenet, correctio critica operis *Modewwenet* de partibus juris specialibus. Videatur in litera *Mím*. — 3785. Tehdzíb el-metálib, correctio critica quaestionum, auctore *Abd-el-hacc Sickilli* Malikita. — 3786. Tehdzíb el-mentic we el-kelám, correctio critica logicae et metaphysicae, auctore doctissimo *Sa'd-ed-dín Mes'úd Ben Omar Teftázáni*, anno 792 (inc. 20. Dec. 1389) mortuo. Textus est aptus, qui ita incipit: Laus Deo, qui nos viam planam ducit etc. Eum anno 789 (inc. 22. Jan. 1387) composuit, et: Nihil, inquit, correctius dici potest ad logicam et metaphysicam accurate conscribendam, quam quod hic dedimus. Librum in duas partes divisit, quarum prior

جعله على قسمين الاول فى المنطق والثانى فى الكلام واختصر المقاصد فى كلامه ولمّا كان منطقه احسن ما صنّف فى فنّه اشتهر وانتشر فى الآفاق فاكبّ عليه المحقّقون بالدرس والقرأة فصنّفوا له شروحًا منها شرح الفاضل العلّامة جلال الدين محمد بن اسعد الصديقى الدوانى المتوفى سنة ٩٠٧ وهو شرح بالقول مفيد مشهور لكنّه لم يتمّ اوله تهذيب المنطق والكلام توشيحه بذكر المفضل المنعام الخ ذكر انّه لم يلتفت الى ما اشتهر ولم يحدّ على ما ذكر بل انى بتحقيقات خلا عنها الزبر المتداولة واشار الى تدقيقات لم تحوها الصحف المتطاولة مع انّه املاها بالاستعجال على طريق الارتجال وعليه حواشى منها حاشية الفاضل الشهير بمير الى الفتح السعيدى المتوفى سنة ٩٥٠ تقريبًا كتبها مع تكملة شرح الجلال ووعد فى آخره بشرح كلامه واعتذر بعدم وصوله اليه وحاشية مير فخر الدين محمد بن الحسين الاسترابادى الحسينى السماكى اولها امّا بعد حمد الله مفيد الصور الخ وحاشية الى الحسن بن

---

de logica, posterior de metaphysica agit, et sermone est usus brevi in iis, quae dicere vult, exprimendis. Cujus tractatus de logica cum optimus esset liber de hac materia conscriptus, innotuit et per terras late est diffusus; quo factum est, ut viri subtili eruditione ornati in eo docendo et legendo operam ponerent ejusque commentarios scriberent, ut bene meritus et doctissimus *Jelál-ed-dín Mohammed Ben As'ad Sadicki Dewáni*, anno 907 (inc. 17. Jul. 1501) mortuus, cujus commentarius fructuosus et satis notus ea tantum textus verba continet, quae explicantur, nec ad finem perductus est. Incipit ita: Correctio logicae et metaphysicae critica in eo cernitur, quod librum celebratione Dei beneficentia et liberalitate spectatissimi tanquam fascia ornamus etc., et auctor se nota non respexisse nec in iis acquievisse dicit, quae commemorata sint, sed cognitiones tetigisse accuratas, quae in scriptis tritissimis non inveniantur, et quaestiones subtiles indicasse, quas folia amplissima non contineant, quanquam raptim ex tempore eas dictaverit. Plures ad hunc commentarium glossas ediderunt, ut bene meritus *Saídi*, vulgo *Mír Abu'lfat'h* dictus et circa annum 950 (inc. 6. Apr. 1543) mortuus, qui eas ita scripsit, ut simul complementum commentarii *Jelál-ed-díni* continerent, et ad finem commentarium partis libri de metaphysica promittit se excusans, quod hic tractatus sibi nondum in manus venerit — *Mír Fakhr-ed-dín Mohammed Ben-elhosein Asterábádi Hoseini Simáki*, cujus glossae ita incipiunt: Praemissis praemittendis. Laudatus sit Deus, qui formas dat etc. — *Abu'lhasan Ben*

احمد الابيوردى الشهير بدانشمند وحاشية مصلح الدين محمد بن صلاح اللارى المتوفى سنة ٩٧٩ تقريبًا وله شرح على الاصل وحاشية الفاضل حسين الحسينى الخلخالى المتوفى فى حدود سنة ١٠٣٠ [قلت وذكر تأريخ وفاته فى خلاصة الاثر فى سنة اربع عشرة بعد الالف انتهى] اوله نحمدك يا من نوّر قلوب العارفين الخ ذكر فيه انّه الّفه لولده برهان الدين محمد وتمّ تدوينه فى جمادى الآخرة سنة ١٠٠٦ ومن شروح التهذيب شرح المحقّق شيخ الاسلام احمد بن محمد الشهير بحفيد سعد الدين المتوفى سنة ٩٠٦ تقريبًا وهو شرح ممزوج اوله احسن ما ترشح به صدور المنطق والكلام الخ وشرح نجم الدين بن شهاب المدعو بعبد الله وهو شرح بالقول وشرح مرشد بن امام الشيرازى اوله تهذيب المنطق بتهذيب الكلام فى توحيد ولى الحمد والانعام الخ ذكر فى عنوانه السلطان بايزيد بن محمد خان [الفاتح] وشرح عبد الله بن فضل الله الحبيصى وهو شرح ممزوج اوله انّ احقّ ما يتزيّن بنشره منطق القاضى الخ الّفه بعد المطالعة فى شرح الشمسيّة وسمّاه التذهيب وذكر فى خطبته عبد اللطيف خان

Ahmed Abiwerdi, vulgo *Dánishmend* dictus — *Moslih-ed-dín Mohammed Ben Saláh Lári*, circa annum 979 (inc. 26. Mai. 1571) mortuus, qui et commentarium ad archetypum scripsit — bene meritus *Hosein Hoseini Khalkháli*, circa annum 1030 (inc. 16. Nov. 1620) mortuus. — [Auctor libri *Khiláset el-athar* eum anno 1014 (inc. 9. Mai. 1605) mortuum esse dicit]. Hae glossae ita incipiunt: Te laudamus, qui corda spiritualium illuminasti etc., et auctor se eas filio *Borhán-ed-dín Mohammed* composuisse dicit, conscriptionemque Jomádi secundo anni 1006 (inc. 4. Aug. 1597) absolvit. Porro commentarios ad *Tehdzíb* publicarunt subtilissimus Sheikh-elislám *Ahmed Ben Mohammed*, vulgo *Hafíd Sa'd-ed-dín* dictus et circa annum 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuus, cujus commentarius textum admixtum habet, et ita incipit: Optimum, quo pectora logicae et metaphysicae sudant etc. — *Nejm-ed-dín Ben Shehán*, *Abdallah* vocatus, cujus commentarius ea tantum textus verba continet, quae explicantur — *Murshid* filius Imámi *Shirázi*, cujus commentarius ita incipit: Correctio logicae critica per castigatum sermonem de doctrina unius Dei laude et beneficentia egregia conspicui etc. In libri fronte nomen Sultani *Bayezíd Ben Mohammed Khán* [Expugnatoris] posuit — *Abdallah Ben Fadhlallah Khabísi*, cujus commentarius textum admixtum habet et ita incipit: Verissimum, cujus divulgatione judicis sermo ornatur etc. Lecto commentario operis logici *Shemsiyet* illum composuit et *Tedzhíb* inscripsit. In ejus praefatione sollemni *Abd-el-latíf Khán*

اوله انّ احقّ ما يتزيّن بنشره منطق القاضى والحاضر الخ ذكر انّ التهذيب مشتمل على اكثر مسآئل الرسالة الشمسيّة والمحصّلون عن فهم مسآئله الصعبة فى الاضطراب لغاية ايجاز الفاظه فشرحه شرحًا وسيطًا وشرح زين الدين عبد الرحمن بن ابى بكر المعروف بابن العينى المتوفى سنة ٨٩٣ اوله الحمد لله الذى حصر النوع الانسانى الخ وهو شرح ممزوج ذكر فيه انّه لم ير فى بلاده شرح هذا المتن وسمّاه جهد المقل وشرح المولى محيى الدين محمد بن سليمان الكافيجى وهو شرح مبسوط يقال اقول وشرح الشيخ محمد بن ابرهيم ابن ابى الصفآء تلميذ ابن الهمّام وشرح هبة الله الحسينى الشهير بشاه مير وهو شرح ممزوج مختصر اوله غاية تهذيب الكلام فتح المنطق بحمد المنعام الخ وعلى شرح الجلال رسالة لمولانا احمد القزوينى كتبها بدمشق فى رجب سنة ٩٥٢ ومنها شرح مظفر الدين على بن محمد الشيرازى المتوفى سنة ٩٢٢ ٣٧٨٧ تهذيب فى اسمآء الذئب للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ وهو جزء اورده فى ديوان الحيوان ٣٧٨٨ تهذيب فى التفسير

---

laudat et incipit ita: Verissimum, cujus divulgatione judicis et assessoris sermo ornatur etc. *Tehdzíb* plurimas quaestiones tractatus *Shemsíyet* continere dicit, eosque, qui ejus quaestionum difficilium sensum intelligere studeant, huc illuc ferri ob nimiam verborum brevitatem. Hinc factum est, ut commentarium amplum componeret — *Zein-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr*, vulgo *Ibn-elaini* dictus et anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuus, cujus commentarius *Jahd el-macl* inscriptus ita incipit: Laus Deo, qui genus humanum numero comprehendit etc. Textum admixtum habet, et auctor ibi narrat, se in patria nullum illius textus commentarium vidisse — Molla *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Soleimán Kafíji*, cujus commentarius latus et copiosus est, et vocibus *cála* (dixit) et *acúl* (dico) auctoris et interpretis verba distinguit — Sheikh *Mohammed Ben Ibrahím Ibn Abi'lsefá Ibn-elhemmámi* filius — *Hibatallah Hoseini* vulgo *Sháh Mír* dictus, cujus commentarius textum admixtum habet et brevis est. Incipit ita: Castigatissima oratio est ea loquela, quae a laude Dei beneficentissimi incipit etc. — Ad commentarium *Jelál-ed-dín*i Molla noster *Ahmed Cazwíni* tractatum Damasci mense Rejeb anni 952 (inc. 15. Mart. 1545) composuit. Denique *Motzaffer-ed-dín Ali Ben Mohammed Shirázi*, anno 922 (inc. 5. Febr. 1516) mortuus, commentarium ejus edidit. — 3787. Tehdzíb fi asmá el-dzíb, correctio critica de nominibus lupi, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Fasciculus, quem ille operi *Díván el-heiván* inseruit. — 3788. Tehdzíb fi el-tefsír, correctio critica de exegesi coranica,

لابى سعد محسن بن كرامة الجشمى البيهقى وهو مجلّدات فسّره بالقول ذكر القرآة اولًا ثمّ اللغة ثمّ الاعراب ثمّ المعنى ثمّ الاحكام رأيت نسخة منها مكتوبة مؤرخة سنة ٦٥٢

٣٧٨٩ تهذيب فى الفروع للامام محيى السنة حسين بن مسعود البغوى الشافعى المتوفى سنة ٥١٦ وهو تأليف محرّر مهذّب مجرّد عن الادلّة غالبًا لخّصه من تعليقة شيخه القاضى حسين وزاد فيه ونقص ثمّ لخّصه الشيخ الامام حسين المروزى اليهروى الشافعى المتوفى سنة وسمّاه لباب التهذيب اوله لحمد لله المتعال فى كبريآئه الخ قال هذا لباب التهذيب مع اشتماله على مزيد التنقيح والترتيب واختصره ايضا الشهاب احمد بن محمد بن منير الاسكندرى المتوفى سنة ٦٨٣

٣٧٩٠ تهذيب فى الفروع لابى على [حسن بن محمد] الزجاجى [الطبرى] الشافعى وهو مختصر مشتمل على فروع زائدة على المفتاح ولهذا يلقّب بزوايد المفتاح ٣٧٩١ تهذيب لذعن اللبيب فى الفروع مختصر على مذهب ابى حنيفة اوله لحمد لله المحيط بنا افضاله الخ وهو كتاب

---

auctore *Abu Sa'd Mohsin Ben Keráma Joshemi Beihacki.* Plura sunt volumina, quibus ea tantum Corani verba admiscuit, quae interpretatur. Primum lectionem affert, deinde explicationem verbi lexicographicam, tum flexionem finalem, denique sensum, postremo statuta inde derivata. Exemplum vidi, anno 652 (inc. 21. Febr. 1254), ut in fine additum legitur, scriptum. — 3789. Tehdzíb fi el-forú', correctio critica de partibus juris specialibus, auctore Imám *Mohyi-el-sunnet Hosein Ben Mes'úd Beghewi* Shafiita, anno 516 (inc. 12. Mart. 1122) mortuo. Opus castigatum accurateque scriptum et plerumque argumentis nudatum, quod potiorem partem ex adnotatione Sheikhi sui Cádhi *Hosein* ita excerpsit, ut hic augeret, illic amputaret. Postea Sheikh et Imám *Hosein Merwezi Herewi* Shafiita, anno ... mortuus, epitomen ejus titulo *Lobáb El-Tehdzíb* insignitam edidit, quae ita incipit: Laus Deo majestate sua excelso etc. Auctor: Haec est, inquit, medulla operis *Tehdzíb*, attamen ea simul additamenta continet operum *Tenckíh* et *Tertíb*. Potiora hujus epitomae iterum *Sheháb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Ben Monír Iskenderi*, anno 683 (inc. 20. Mart. 1284) mortuus, separatim edidit. — 3790. Tehdzíb fi el-forú', correctio critica de partibus juris specialibus, auctore *Abu Ali* [*Hasan Ben Mohammed*] *Zejjáji* [*Taberi*] Shafiita. Compendium est partes juris speciales continens, quae additamenta ad opus *Mifláh* sunt, quapropter opus honorifice *Zewáid El-Mifláh* cognominatur. — 3791. Tehdzíb li dzihn el-lebíb, correctio mentis cordati critica. Compendium de partibus juris specialibus secundum disciplinam *Abu Hanífae*, quod ita incipit: Laus Deo nos beneficiis suis amplectenti etc. Hic liber honorifice *Khiyaret el-*

يلقب بخيرة الفقهآء ٣٧٩٢ تهذيب الواقعات فى الفروع الحنفيّة للشيخ احمد القلانسى ٣٧٩٣ تهذيب فى غريب الحديث لابى الحسن عبد الواحد بن اسمعيل الشافعى ٣٧٩٤ تهذيب فى النحو لابى البقآء عبد الله بن حسين العكبرى المتوفى سنة ٦١٦ ٣٧٩٥ تهذيب فى الجدل للكعبى وعليه ردّ لابى منصور محمد بن محمد الماتريدى الحنفى المتوفى سنة ٣٣٣ ٣٧٩٦ تهذيب فى شرح الجامع الصغير فى الفروع يأتى ٣٧٩٧ تهذيب للشيخ نصر بن ابرهيم بن نصر المقدسى الشافعى ٣٧٩٨ تهنئة اهل الاسلام بتجديد بيت الله الحرام للشيخ ابرهيم [بن محمد بن عيسى المصرى] الميمونى الشافعى المصرى [المتوفى سنة ١٠٧٩] مجلّد اوله الحمد لله الذى حكم بالتغيّر على كلّ مخلوق الخ ذكر انّه ألّفها لما عمد السيل فى شعبان سنة ١٠٣٩ عقود البيت الحرام ففسخها ثمّ جدّدها السلطان فانزعج الناس بتلك المصيبة فانضمّ اليه ما روى عن علىّ رضى الله عنه انّه قال قال رسول الله صلعم قال الله تعالى اذا اردت ان اخرب الدنيا بدأت

---

focahá appellatur. — 3792. Tehdzíb el-wáckiát, correctio casuum accidentium critica, de partibus juris Hanefitici specialibus, auctore Sheikh *Ahmed Calánisi*. — 3793. Tehdzíb fi gharíb el-hadíth, correctio critica de verbis in traditionibus raro obviis, auctore *Abu'lmohsin Abd-el-wáhid Ben Ismail* Shafiita. — 3794. Tehdzíb fi el-nahw, correctio critica de grammatica, auctore *Abu'lbecá Abdallah Ben Hosein Okberi*, anno 616 (inc. 19. Mart. 1219) mortuo. — 3795. Tehdzíb fi el-jadl, correctio critica de topica, auctore *Ka'bi*. Refutationem hujus tractatus *Abu Mansúr Mohammed Ben Mohammed Materídi* Hanefita, anno 333 (inc. 24. Aug. 944) mortuus, edidit. — 3796. Tehdzíb, correctio critica. Commentarius operis *El-Jámi' El-Saghír* de partibus juris specialibus, de quo infra videatur. — 3797. Tehdzíb, correctio critica, auctore Sheikh *Nasr Ben Ibrahím Ben Nasr Mocaddesi* Shafiita. — 3798. Tehniyet ahl el-islám, gratulatio populo islamico de templi Mekkani renovatione facta, auctore Sheikh *Ibrahím* [*Ben Mohammed Ben Isa Misri*] *Meimúni Misri* Shafiita, [anno 1079 (inc. 1. Jun. 1668) mortuo]. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo, qui mutationem in omnem rem creatam statuit etc. Auctor se id composuisse dicit, cum torrens mense Shabán anni 1039 (inc. 11. Aug. 1629) templi Mekkani fornices everteret et destrueret, et Sultan eos postea restaurari juberet. Homines hoc infortunio in terrorem conjecti vehementius etiam percellebantur, cum teste *Alí* prophetam dixisse audirent: Dicit Deus: Quando mundum devastare voluero, a meo

ببينى فخربته ثمّ اخرب الدنيا على اثره فزاد قلقهم واضطرابهم فالّفه ببيانًا لما خفى عليهم ونصحًا ليهم ورتّب على ثلثة مباحث ا فى الجواب عن اسئلة وهى هل حفظ محلّ البيت من دخول الطوفان ٢ فى انّ محلّ البيت هل خلق قبل السمآء والارض اولًا ٣ فى فضل الحجر الاسود ٣٧٩٩ التيجان لابن هشام صاحب السير ٣٨٠٠ تيسير التحرير سبق ذكره ٣٨٠١ تيسير الحاوى فى الفروع يأتى فى الحآء المهملة ٣٨٠٢ تيسير عصمة الانسان من لحن اللسان يأتى فى العين ٣٨٠٣ تيسير العرف فى علم الحرف لتاج الدين على بن محمد المعروف بابن الدريهم الموصلى المتوفى سنة ٧٦٣ ٣٨٠٤ تيسير فاتحة الاتاب من تفسير فاتحة الكتاب لمجد الدين ابى طاهر محمد بن يعقوب الفيروزابادى المتوفى سنة ٨١٧ اوله الحمد لله الذى جعل الحمد مفتتح كلامة الخ ٣٨٠٥ تيسير الكواكب السمآئيّة لسعد الدولة الشريفة السليمانيّة فى فنّ الميقات تركى لمصطفى بن على المعروف بالموقت بالجامع السليمى كتبه سنة ٩٤٥

templo vastationem incipiam, et post illud mundum e vestigio devastabo. Hinc eorum trepidatio et perturbatio augebatur. Scripsit igitur hunc librum, ut, quae iis occulta essent, declararet eosque moneret, et in tres disquisitiones disposuit, quarum prima responsum quaestionis continet, num locus, ubi templum exstructum est, ab irruente diluvio sit custoditus — secunda, num locus templi ante coelum et terram primum creatus sit. — Tertia de lapidis nigri praestantia agit. — 3799. El-Tíján, coronae, auctore *Ibn Hishám* eodem, qui opus *Siyer* edidit. — 3800. Teisír el-tehrir, levamentum operis *Tehrír*, de quo supra videatur. — 3801. Teisír El-Háwi, levamentum operis *Háwi* de partibus juris specialibus, de quo litera *Há* conferatur. — 3802. Teisír ismet el-insán, liber, quo homo facilius contra barbariem linguae defenditur. Commentarius libri *Ismet el-insán*, de quo litera *Aïn* videatur. — 3803. Teisír el-irf, levamentum cognitionis de doctrina virtutis magicae literarum, auctore *Táj-ed-dín Ali Ben Mohammed Mausili*, vulgo *Ibn-eldoreihim* dicto et anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuo. — 3804. Teisír fátihet el-anáb, levamentum musci ex commentario in primam Corani Suratam prospirantis, auctore *Majd-ed-dín Abu Táhir Mohammed Ben Yacúb Firuzábádi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuo. Incipit ita: Laus Deo, qui laudem initium orationis fecit etc. — 3805. Teisír el-kewákib el-semáíyet, stellae coelestes prosperitatem dynastiae generosae *Soleimáni* secundantes. Liber de ratione temporum, quem *Mustafa Ben Ali*, vulgo astronomus templi cathedralis *Selími* dictus, anno 945 (inc. 30. Mai. 1538)

اوله الحمد لله الذى جعل فى السمآء بروجًا الخ ذكر فيه غرر الشهور العربى والرومى والسنة الشمسيّة والقمريّة واوقات تحاويل الشمس فى البروج مجدولا الى سنة الف ٣٨٠٦ تيسير المطالب فى تسيير الكواكب لابى منصور يوسف بن عمر من بنى رسول ملوك اليمن مجلّد اوله الحمد لله المحمود بكلّ لسان الخ رتّب على خمسة ابواب وثمانية فصول ٣٨٠٧ تيسير المطالب لكلّ طالب فى الاسمآء والحروف للشيخ ابى عبد الله محمد بن يعقوب الكوفى التونسى وهو مختصر اوله خير ما صدرت به الصحف الالهيّات الخ رتّب على الحروف المعجمة وذكر الاسمآء وخواصّها ٣٨٠٨ تيسير الوصول الى جامع الاصول يأتى فى الجيم ٣٨٠٩ تيسير الوقوف على غوامض احكام الوقوف مجلّد لبعض متأخّرى الشافعية اوله الحمد لله الذى اعزّ من وقف على قدم عبوديّته الخ وهو كتاب مفيد جامع لمسآئل الوقوف ذكر انّه جمعها من زهآء مأئة مؤلّف ورتّب على مقدّمة وسبعة كتب ٣٨١٠ [تيسير فى علم التفسير منظوم للشيخ عبد العزيز بن احمد الديرينى المتوفى سنة ٦٩٤ وهو ارجوزة تزيد على ثلاثة الاف

---

scripsit. Incipit ita: Laus Deo, qui in coelo zodiaci signa posuit etc. Auctor initia mensium arabicorum et graecorum, anni solaris et lunaris, et tempora conversionum solis in zodiaci signis in tabulas digesta usque ad annum millesimum pertractat. — 3806. Teisír el-metálib, levamentum quaestionum de theoria stellarum, auctore *Abu Mansúr Yusuf Ben Omar* ex dynastia *Resúl*idarum Yemanae regum. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo, qui omnibus linguis laudatur etc., et in quinque capita et octo sectiones dispositum est. — 3807. Teisír el-metálib, adjumentum quaestionum cuique studioso allatum de virtutibus nominum et literarum magicis, auctore Sheikh *Abu Abdallah Mohammed Ben Yacúb Kufi Taunesi.* Compendium, quod ita incipit: Optimum, a quo paginae theologicae exordiuntur etc., et ad ordinem literarum alphabeti arabici dispositum est. Nomina quoque eorumque virtutes proprias auctor commemorat. — 3808. Teisír el-wosúl, liber, quo facilius ad intelligentiam operis *Jámi' el-osúl* pervenitur. Vide infra in litera *Jím.* — 3809. Teisír el-wocúf, liber, quo facilius statuta legatorum difficilia intelliguntur. Volumen a Shafiita serioris temporis compositum, quod ita incipit: Laus Deo, qui eum honoratum reddit, qui ejus servitutis meritum cognoscit etc. Liber est fructuosus et quaestiones legata spectantes tractat. Auctor se illas ex centum scriptis collegisse dicit, et opus in praefationem et septem libros digessit. — 3810. [Teisír fi ilm el-tefsír, adjumentum de doctrina exegesis coranicae, auctore Sheikh *Abd-el-aziz Ben Ahmed Deiríni*, anno 694 (inc. 21. Nov. 1294) mortuo. Carmen est metro Rejez compositum, quod plus tria millia

ومأتى بيت] ٣٨١١ تيسير فى التفسير لنجم الدين ابى حفص عمر بن محمد النسفى الحنفى المتوفى [بسمرقند] سنة ٥٣٧ اوله الحمد لله الذى انزل القرآن شفآء الخ ذكر فى الخطبة مأئة اسم من اسمآء القرآن ثمّ عرف التفسير والتأويل ثمّ شرع المقصود وفسّر الآيات بالقول وبسط فى معناها كلّ البسط وهو من الكتب المبسوطة فى هذا الفنّ ٣٨١٢ تيسير فى التفسير للامام ابى القاسم عبد الكريم بن هوازن القشيرى الشافعى المتوفى سنة ٤٦٥ وهو من اجود التفاسير ٣٨١٣ تيسير فى علم التفسير لمحيى الدين محمد بن سليمان الكافيجى الحنفى رسالة صغيرة فرغ من تأليفها فى رمضان سنة ٨٥٦ قيل كان يفتخر به ظنًّا منه انّه لم يسبق اليه ولعله لم ير كتاب البرهان للزركشى ولو رآه لاستحيى منه اوله الحمد لله الذى انزل القران رحمة للآنام الخ رتّب على بابين وخاتمة وذكر فيه الامير تمربغا الظاهرى ٣٨١٤ تيسير فى القرآات السبع للامام ابى عمرو عثمان بن سعيد بن عثمان الدانى المتوفى سنة ٤٤٤

---

ducentos versus continet]. — 3811. Teisír fi el-tefsír, adjumentum de exegesi coranica, auctore *Nejm-ed-dín Abu Hafs Omar Ben Mohammed Nesefi* Hanefita, [Samarcandae] anno 537 (inc. 27. Jul. 1142) mortuo. Incipit ita: Laus Deo, qui Coranum medicinae loco revelavit etc. In praefatione auctor centum Corani nomina commemorat, quomodo interpretatio Corani historico-philologica (*Tefsír*) ab allegorica (*Tawíl*) distinguenda sit, definit, tum consilium manifestum reddit, et versus ita explicat, ut ea tantum textus verba addat, quae interpretatur. Latissimus est in eorum sensu exponendo, et liber in amplissimis de hac materia est numerandus. — 3812. Teisír fi el-tefsír, adjumentum de exegesi coranica, auctore Imám *Abu'lcásim Abd-el-kerím Ben Hewázin Cosheiri* Hanefita, anno 465 (inc. 17. Sept. 1072) mortuo. In probatissimorum numerum referendus est hic Corani commentarius. — 3813. Teisír fi ilm el-tefsír, adjumentum de doctrina exegesis coranicae. Tractatus parvus, cujus compositionem *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Soleimán Káfíji* Hanefita mense Ramadhán anni 856 (inc. 23. Jan. 1452) absolvit. Multum gloriatus esse dicitur hoc libro opinione ductus, nullum alium librum suum aequare. Fortasse opus *Borhán* a *Zerkeshi* editum non vidit; quod si videret, certe erubesceret. Incipit ille ita: Laus Deo, qui Coranum misericordia hominum permotus revelavit etc. Auctor eum in duo capita et conclusionem digessit, et Emirum *Timurbugha Tzáhiri* laudat. — 3814. Teisír fi el-ckiraát el-seb', adjumentum, de septem Corani recensionibus, auctore Imám *Abu Amru Othmán Ben Said Ben Othmán Dáni*, anno 444 (inc.

اوله الحمد لله المنفرد بالدوام الخ وهو مختصر مشتمل على مذاهب القرّاء السبعة بالامصار وما اشتهر وانتشر من الروايات والطرق عند التالين وصحّ وثبت عند الائمّة المتقدّمين فذكر عن كلّ واحد من القرّاء روايتين وعليه شرح لابى محمد عبد الواحد بن محمد الباقلى المتوفى سنة ٧٥٠ وشرح آخر بالقول لعمر بن قاسم الانصارى المشهور بالمنشار اوله الحمد لله ميسّر كلّ عسير الخ سمّاه البدر المنير ثمّ انّ الامام شمس الدين محمد بن محمد الجزرى الشافعى المتوفى سنة ٨٣٣ اضاف اليه القرآآت الثلث فى كتاب وسمّاه تخبير التيسير اوله الحمد لله على تخبير التيسير الخ ذكر انّه صنّفه بعد ما فرغ من نظم الطيّبة وقال لمّا كان التيسير من اصحّ كتب القرآآت وكان من اعظم اسباب شهرته دون باقى المختصرات نظم الشاطبى فى قصيدته انتهى ٣٨١٥ تيسير فى القرآآت ايضا لابى العباس احمد بن عمار المهدوى [المتوفى بعد سنة ثلثين واربعمأئة] ذكره الجعبرى وقال له التيسير الكبرى والصغرى ٣٨١٦ تيسير فى المداواة والتدبير

3. Mai. 1052) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo perseverantia sua unico etc., et scholas septem Corani lectorum in urbibus primariis comprehendit et traditiones et auctoritates, quae apud legentes obtinuerunt, ideoque inclaruerunt et pervulgatae sunt, et quae apud majorum Imamos vera et probata habita sunt. Ex singulorum lectorum auctoritate duas commemorat lectiones traditas. Commentarios autem libri scripserunt *Abu Mohammed Abd-el-wáhid Ben Mohammed Báhili*, anno 750 (inc. 22. Mart. 1349) mortuus, et *Omar Ben Cásim Ansári*, vulgo *Minshár* dictus, cujus commentarius *El-Bedr El-Monír* inscriptus ita incipit: Laus Deo, qui omne difficile facile reddit etc., et ea tantum textus verba adjecta habet, quae explicantur. Postea Imám *Shems-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Jezeri* Shafiita, anno 833 (inc. 30. Sept. 1429) mortuus, libro trium lectorum recensiones addidit in opere *Takhbír El-Teisír* inscripto, quod ita incipit: Laus Deo pro indicio adjumenti (*Teisír*) etc. Auctor absoluto carmine *Teyyibet el-asharet* se hoc composuisse commemorat, et: Cum *Teisír*, inquit, in probatissimis libris de crisi coranica ponatur, et in gravissimis celebritatis caussis praeter ceteras epitomas inde excerptas illa sit numeranda, quod *Shátibi* in sua Casída librum metrice exaraverit, et quae sunt reliqua. — 3815. Teisír fi el-ckiraát, adjumentum de iisdem Corani recensionibus, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Ammár Mehdewi*, [post annum 430 (inc. 3. Oct. 1038) mortuo]. Laudat opus *Ja'beri*, et auctori duas *Teisíri* editiones majorem et minorem tribuit. — 3816. Teisír fi el-modáwát we el-tedbír, adjumentum de medela et regimine,

للوزير ابى مروان عبد الملك بن زهر الطبيب المشهور المتوفى سنة وهو مجلّد اوله الحمد لله الذى كل ما يقع الحواس عليه تشهد له بالوحدانيّة الخ ذكر انّه مأمور فى تأليفه وذكر فيه المعالجات فقط ثمّ ذيّله بكتاب سمّاه الجامع

٣٨١٧ تيسير فى اللغة لمحمد بن حسن بن مقسم المتوفى سنة ٣٥٣ ٣٨١٨ تيسير فى الخلاف للقاضى ابى سعد عبد الله بن محمد بن ابى عصرون الشافعى المتوفى سنة ٥٨٥ ٣٨١٩ تيسير فى الطبّ تركى لعبد القاهر ابن الشيخ عبد القهار بن يوسف ابن احمد بن عبد الرحمن المالكى وهو مختصر على عشر مقالات ألّفه للسلطان محمد الفاتح اوله الحمد لله الذى ألّف اختلاف الاسطقسات بحكمته الخ

٣٨٢٠ تيمور نامه لجماعة من المؤرّخين والشعرآء نظمًا ونثرًا سبق ذكرها فى التأريخ وقد اشتهر به نظم الهاتفى [المتوفى سنة]

---

auctore Wezír *Abu Merwán Abd-el-melik Ben Zoher* Medico illustri, anno ... mortuo. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo, cui quotiescunque sensus se ad eum applicant, unitatem testificantur etc. Se librum dicit jussum composuisse, in eoque curationes tantum commemorat. Postea appendicem ejus edidit *Jámi'* appellatam. — 3817. Teisír fi el-loghat, adjumentum de lexicologia, auctore *Mohammed Ben Hasan Ben Mocsim*, anno 353 (inc. 19. Jan. 964) mortuo. — 3818. Teisír fi el-khiláf, adjumentum de theologia controversa, auctore Cádhi *Abu Sa'd Abdallah Ben Mohammed Ben Abi Osrún* Shafiita, anno 585 (inc. 19. Febr. 1189) mortuo. — 3819. Teisír fi el-tibb, adjumentum de medicina. Compendium in decem dissertationes digestum, quod *Abd-el-cáhir Ibn Sheikh Abd-el-cahhár Ben Yusuf Ben Ahmed Ben Abd-el-rahman* Malikita Sultano *Mohammed* Expugnatori turcice composuit. Incipit ita: Laus Deo, qui sapientia sua elementorum varietatem composuit etc. — 3820. Timúr-námeh, historia *Timúri*, quam plures historici et poetae, quorum opera jam supra sub *Taríkh* laudata sunt, ligata et soluta oratione conscripserunt. Inter ea carmen *Hátifii* [anno ... mortui] prae ceteris inclaruit.

باب الثآء المثلثة

٣٨٢١ ثبات عند الممات للشيخ ابى الفرج عبد الرحمن ابن على الجوزى المتوفى سنة ٥٩٧ مختصر اوله الحمد لله الذى احسن الى من وهب له الخ رتّبه على خمسة ابواب ٣٨٢٢ ثبوت فى ضبط الفاظ القنوت رسالة لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى ٣٨٢٣ الثغر الباسم فى صناعة الكاتب والكاتم لمحمد بن الحسن بن على السخاوى الشافعى اوله الحمد لله الذى احسن فانشأ الخ قسم على ثمانية اقسام وفرغ فى شعبان سنة ٨٤٦ ثمّ لخّصه وسمّاه العرف الباسم وهذا الاول والاقسام المذكورة للعرف دون الثغر ٣٨٢٤ ثغور الباسمة فى مناقب سيدة الفاطمة لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١

LIBRI QUORUM TITULI A LITERA THÁ INCIPIUNT.

3821. Thebát inda el-memát, constantia in morte, auctore Sheikh *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ibn Ali Jauzi*, anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui ei bene facit, cui dat etc., et in quinque capita dispositum est. — 3822. Thobút fi dhabt alfátz el-conút, institutio certa de orthographia verborum, quae cultum divinum indicant. Tractatus, auctore *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*. — 3823. El-Thaghr El-Básim, os subridens de arte scribae et celantis, auctore *Mohammed Ben-elhasan Ben Ali Sekháwi* Shafiita. Opus, quod ita incipit: Laus Deo, qui bene facit et creat etc. In octo partes id divisit, et mense Shabán anni 846 (inc. 12. Mai. 1442) absolvit. Serius meliora ejus excerpsit et epitomen *El-Arf El-Básim* inscripsit. Haec autem prior est scriptio et partes commemoratae ad *Arf* spectant et minime ad opus *Thaghr*. — 3824. El-Thoghúr El-Básimet, ora subridentia de praecipuis dominae *Fátima* virtutibus, auctore *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. —

وهو من اجلّ نوع واضخمه من انواع علم اسمآء الرجال فانّه المرقات الى معرفة صحّة الحديث وسقمه والى الاحتياط فى امور الدين وتمييز مواقع الغلط والخطأ فى هذا الاصل الاعظم الذى عليه مبنى الاسلام واساس الشريعة وللحفاظ فيه تصانيف كثيرة منها ما افرد من الثقات ككتاب الثقات للامام الحافظ ابى حاتم محمد بن حبان البستى المتوفى سنة ٣٥٤ وكتاب الثقات ممّن لم يقع فى الكتب الستة للشيخ زين الدين قاسم ابن قطلوبغا الحنفى المتوفى سنة ٨٧٩ وهو كبير فى اربع مجلّدات وكتاب الثقات لخليل بن شاهين وكتاب الثقات للعجلى ومنها ما افرد فى الضعفآء ككتاب الضعفآء للبخارى وكتاب الضعفآء للنسآئى والضعفآء لمحمد بن عمرو العقلى [المتوفى سنة ٣٢٢] ومنها ما جمع بينهما كتأريخ البخارى وتأريخ ابن ابى خيثمة قال ابن الصلاح وما اغرز فوآئده وكتاب الجرح والتعديل لابن ابى خاتم

3825. Ilm el-thicát we el-dhoafá min rowát el-hadíth. Notitia traditionariorum, qui fide digni et qui sublestae fidei sunt.

Haec est inter species doctrinae nominum traditionariorum illustrissima et nobilissima. Est enim scala ad cognitionem, utrum traditio sana sit an aegrota, ad circumspectionem in rebus religionis, ad distinctionem locorum, ubi in hoc maximo principio, quod firmum est Islami praesidium et legis fundamentum, erratum et peccatum sit. Viri traditionum gnari multa opera de hac doctrina composuerunt, quorum alia solos traditionarios fide dignos complectuntur, ut liber ab Imám Háfitz *Abu Hátim Mohammed Ben Hibbán Bosti* compositus, qui anno 354 (inc. 7. Jan. 965) obiit, et liber ab Sheikh *Zein-ed-dín Cásim Ibn Cotlubugha* Hanefita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuo, scriptus, qui eos tantum traditionarios fide dignos continet, qui in sex canonicis traditionum corporibus non inveniuntur. Magnus hic liber est e quatuor voluminibus constans. Eandem rem opera ab *Khalíl Ben Shahín* et *Ajeli* edita tractant. Alia de solis traditionariis sublestae fidei agunt, ut opera *Kitáb el-dhoafá* inscripta *Bokhárii*, *Nesáyii* et *Mohammedis Ben Amru Acli*, [anno 322 (inc. 22. Dec. 933) mortui]. Alia, quae et hos et illos continent, sunt v. c. *Tarikh Bokhárii* et *Tarikh Ibn Abi Kheithamae*, cujus opus copiosissimas continere et utiles institutiones *Ibn-elsaláh* dicit, et opus *Jarh we Ta'dil* ab *Ibn Abi Khátim* editum.

٣٨٢٦ الثقفيّات طآئفة من اجزآء الحديث للحافظ ابى عبد الله القاسم بن الفضل الثقفى الاصفهانى [المتوفى سنة ٤٨٩] ٣٨٢٧ ثلاثيّات البخارى وهو الامام ابو عبد الله محمد بن اسمعيل الجعفى الحافظ المتوفى بخرتنك سنة ٢٥٦ والمراد ما اتّصل الى رسول الله صلعم فى الحديث بثلاثة رواة وتنحصر الثلاثيات فى صحيح البخارى فى اثنين وعشرين حديثا الغالب عن مكى بن ابرهيم وهو ممّن حدثه عن التابعين وهم فى الطبقة الاولى من شيوخه مثل محمد بن عبد الله الانصارى وابى عاصم النبيل وابى نعيم وخلّاد بن يحيى وعلى بن عباس وعليه شرح لطيف لمحمد شاه بن حاج حسن المتوفى سنة ٩٣٩ ٣٨٢٨ ثلاثيّات الدارمى هو الامام الحافظ ابو محمد عبد الله بن عبد الرحمن السمرقندى المتوفى سنة [٢٥٥] وهى خمسة عشر حديثا وقعت فى مسنده بسنده ٣٨٢٩ ثلاثيّات الشيخ ابى اسحق ابرهيم بن محمد بن محمود الناجى [بالنون والجيم القبيبانى الشافعى المتوفى سنة ٩٠٠] رواية عن ابن الحجر ٣٨٣٠ ثلاثيّات عبد بن حميد [الكشى المتوفى سنة ٢٤٩] ٣٨٣١ ثلب الوزيرين لابى حيان على

3826. Thacafíyát i. e. corpus plurium de re traditionaria fasciculorum ab Háfitz *Abu Abdallah Cásim Ben-elfadhl Thacafi Isfaháni*, [anno 489 (inc. 31. Dec. 1095) mortuo], editum. — 3827. Theláthíyát, traditiones ternariae i. e. quae per tres relatorum seriem ad legatum divinum referuntur, auctore Imám *Abu Abdallah Mohammed Ben Ismaíl Jo'fi* Háfitz, vulgo *Bokhári* dicto et *Khartenki* anno 256 (inc. 9. Dec. 869) mortuo. Ejusmodi traditiones in opere *Bokhárico Sehíh* viginti duae tantum inveniuntur, plerumque testimonio *Mekkíi Ben Ibrahím* allatae, qui eas ex auctoritate asseclarum sociorum prophetae retulit. Hi autem, ut *Mohammed Ben Abdallah Ansári*, *Abu Asim Nebíl*, *Abu Naím*, *Khallád Ben Yahya*, *Ali Ben Abbás*, in classe prima sunt rei traditionariae doctorum. Commentarium hujus libri elegantem *Mohammed Sháh Ben Hájj Hasan*, anno 939 (inc. 3. Aug. 1532) mortuus, composuit. — 3828. Theláthíyát El-Dárimi, traditiones ternariae, auctore Imám Háfitz *Abu Mohammed Abdallah Ben Abd-el-rahman Samarcandi*, vulgo *Dárimi* dicto et anno [255 (inc. 20. Dec. 868)] mortuo. Quindecim sunt quaestiones, quae in ejus *Mosnad* simul cum auctoritate ab eo allata inveniuntur. — 3829. Theláthíyát, traditiones ternariae, auctore Sheikh *Abu Is'hac Ibrahím Ben Mohammed Ben Mahmúd Náji* [*Cabíbáni* Shafiita, anno 900 (inc. 2. Oct. 1494) mortuo]. Eas ita collegit, ut *Ibn Hajri* auctoritatem sequeretur. — 3830. Theláthíyát, traditiones ternariae, auctore *Abd Ben Hamíd* [*Keshshi*, anno 249 (inc. 24. Febr. 863) mortuo]. — 3831. Thelb el-wezírein, reprehensio duorum Wezirorum. Volumen, quod *Abu Hayyán Ali*

ابن محمد التوحيدى مجلّد املى فى ذمّهما لنقص خطّ ما له منهما احدهما
ابن العميد ٣٨٣٢ ثلج الفؤاد فى احاديث ليس السواد رسالة لجلال الدين عبد الرحمن بن
ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ٣٨٣٣ ثلج الفؤاد فى فقد الاولاد ٣٨٣٤ ثلجيّة رسالة
على اسلوب القلميّة لملا مصطفى الطوسيوى ٣٨٣٥ ثمار الانس فى تشبيهات الفرس لابى سعد
نصر بن يعقوب الدينورى ٣٨٣٦ ثمار الصناعة لحسين بن موسى [ابن هبة الله] المعروف
بالجليس الدينورى النحوى ٣٨٣٧ ثمار العدد لابى القاسم اصبغ بن محمد المعروف بابى
السمح المهندس الغرناطى المتوفى سنة ٤٢٦ ٣٨٣٨ ثمار القلوب فى المضاف والمنسوب للشيخ ابى
منصور عبد الملك بن محمد الثعالبى المتوفى سنة ٤٣٠ اوله امّا بعد حمد الله الذى اقلّ
نعمه يستغرق اكثر الشكر الخ ذكر انّه الّفه للامير ابى الفضل عبيد الله بن احمد الميكالى وبنى
على ذكر اشياء مضافة ومنسوبة الى اشياء مختلفة يتمثّل بها ويكثر فى النثر والنظم استعمالها
كقولهم غراب نوح ونار ابرهيم وذئب يوسف وعصى موسى وخاتم سليمان خرّجها فى احد

Ben Mohammed Tauhídi ad illos vituperandos dictavit ob imperfectam scripturam, cujus exemplum ab eis editum in manibus habebat. Eorum unus fuit *Ibn-elamíd*. — 3832. Thelj el-fowád, refrigeratio cordis. Tractatus de traditionibus, quae de vestium nigrarum usu agunt, auctore *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 3833. Thelj el-fowád, nix cordis, de liberorum orbatione. — 3834. Theljíyet, nivosa. Dissertatio ad modum *Calamíyet*, auctore Molla *Mustafa Tusiyewi*. — 3835. Thimár el-ons, fructus societatis humanae de assimilationibus Persarum, auctore *Abu Sa'd Nasr Ben Yacúb Dineweri*. — 3836. Thimár el-sináat, fructus artis, auctore *Hosein Ben Musa* [*Ben Hibatallah*] *Dineweri* Grammatico, vulgo *Jelís* dicto. — 3837. Thimár el-adad, fructus numeri, auctore *Abu'lcásim Asba' Ben Mohammed Gharnáti* Geometra, vulgo *Abu'lsamh* dicto et anno 426 (inc. 16. Nov. 1436) mortuo. — 3838. Thimár el-colúb, fructus cordium de adnexo et relato, auctore Sheikh *Abu Mansúr Abd-el-melik Ben Mohammed Theálibi*, anno 430 (inc. 3. Oct. 1038) mortuo. Incipit opus ita: Laus sit Deo, cujus minimum beneficium maximam gratiam demergit etc., et monet auctor, se opus Emiro *Abu'lfadhl Obeidallah Ben Ahmed Mikáli* composuisse, ejusque fundamentum mentionem esse voluit rerum annexarum et ad res diversas relatarum, quae parabolice ponuntur et quarum usus in oratione soluta et ligata multus est, ut v. c. dicunt: Corvus Noahi, ignis Abrahami, lupus Josephi, baculus Mosis, annulus Salomonis. Eas in sexaginta

وستين بابًا ومختصره المسمى بنفحة المجلوب من ثمار القلوب لبعض الادبآء اوله احمد الله حمدًا لا ينقضى على سالف الايام امده الخ ذكر فيه انّه اردفه بما وقع عليه من ثمره من اخر الباب الثامن والثلثين من اشعار المفلقين وبلاغة الكتاب وجنى المحبوب المنتخب من ثمار القلوب

٣٨٣٩ الثمانون فى الحديث لابى بكر محمد بن الحسين الآجرى [المتوفى سنة ٣٦٠] ذكره ابن حجر

٣٨٤٠ ثمانيّات النجيب هو ابو الفرج عبد اللطيف بن عبد المنعم بن على بن نصر الحرانى الحنبلى المتوفى سنة ٦٨١] وهى كالثلثيات فى السند ثمانية رواة فى عدّة اجزآء خرجها ابو العباس ابن الظاهرى والسيد الشريف الحافظ عزّ الدين احمد بن محمد الحسينى ٣٨٤١ ثمانيّات يوسف ابن محمد العبادى المتوفى سنة ٧٧١ ٣٨٤٢ ثمرات الاوراق فى المحاضرات للشيخ تقى الدين ابى بكر بن على المعروف بابن حجة الحموى المتوفى سنة ٨٣٧ اوله حمدًا لله الذى فكهنا بثمار اوراق العلمآء الخ وهو كتاب مشتمل على زبدة ما يحتاج اليه فى المجالس والمحافل من النوادر

---

uno capite elicuit, et libri epitome *Nafhat el-mejlúb min thimár el-colúb* inscripta, quam philologus aliquis edidit, incipit ita: Celebro Deum laude, cujus terminus remotissimo praecedente tempore non finitur etc. Se huic compendio eos fructus subjunxisse dicit, qui sibi in fine capitis tricesimi octavi ex poetarum mirificorum carminibus, ex eloquentia libri perfecta et opere *Jená el-mahbúb*, quod selecta ex *Thimár el-colúb* contineat, ad manus venerint. — 3839. El-Themánún, octoginta traditiones, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben-elhosein Ajorri*, [anno 360 (inc. 5. Nov. 970)] mortuo. Laudat opus *Ibn Hajr*. — 3840. Themániyát, traditiones octonariae i. e. eae traditiones, quae, ut ternariae, per octo traditorum seriem ad legati divini auctoritatem revocantur, auctore *Abu'lfaraj Abd-el-letíf Ben Abd-el-mon'im Ben Ali Ben Nasr Harráni* [Hanbalita], vulgo *Nejíb* dicto [et anno 681 (inc. 11. Apr. 1282) mortuo]. Leguntur in pluribus fasciculis, easque *Abu'labbás Ben-eltzáhiri* et Seyyid Sherif Háfitz *Izz-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Hoseini* elicuerunt. — 3841. Themániyát, octonariae, auctore *Yusuf Ben Mohammed Ibádi*, anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) mortuo. — 3842. Themarát el-ewrác, fructus foliorum, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Abu Bekr Ben Ali Hamawi*, vulgo *Ibn Hojjet* dicto et anno 837 (inc. 18. Aug. 1433) mortuo. Opus anthologicum, quod ita incipit: Laudem Deo, qui nos foliorum virorum doctorum fructibus exhilarat etc., et facetias raras et narratiunculas continet, quibus in consessibus et coetibus opus

والحكايات ٣٨٤٣ ثمرات البستان وزهرات الاغصان للشيخ برهان الدين ابرهيم بن يوسف [ابن عبد الرحمن] الحلبى المعروف بابن الحنبلى المتوفى سنة ٩٥٩ ٣٨٤٤ ثمرات الفؤاد فى المبدأ والمعاد تركى على خمسة ابواب وخاتمة لعبد الله افندى الكاتب الفقه فى ذى الحجة سنة ١٠٣٣ ذكر فى الاول خلافة آدم وفى الثانى طلب المحبّ الاصلى فى فصول ثلثة وفى الثالث اقسام اهل السلوك وفى الرابع الترهيب عن الدنيا والترغيب الى المرشد وفى الخامس سلسلة المشايخ وفى الخاتمة الروح الحيوانى والانسانى ٣٨٤٥ الثمر الجنى فى الادب السنى لشمس الدين محمد بن عبد الرحمن ابن الصائغ [الزمردى] الحنبلى المتوفى سنة ٧٧٦ ٣٨٤٦ ثمرة الاشجار فارسى منظوم لجمال الدين روزبهان من اعيان دولة السلطان يعقوب اوله

تا بحمد تو نعره زد بلبل

همه كوشيم چون درخت كل

---

est. — 3843. Themarát el-bostán, horti fructus et ramorum flores, auctore Sheikh *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Yusuf* [*Ben Abd-el-rahman*] *Halebi*, vulgo *Ibn Hanbali* dicto et anno 959 (inc. 29. Dec. 1552) mortuo. — 3844. Themarát el-fowád, fructus cordis de hac prima et de altera vita. Opus turcicum in quinque capita et conclusionem digestum, quod *Abdallah Efendi* Scriba mense Dzi'lhijjet anni 1033 (inc. 15. Oct. 1623) composuit. Primo capite agit de Khalifatu Adami — secundo de quaerendo amore originali in tribus sectionibus — tertio de hominum generibus vitam spiritualem agentium — quarto de iis, quae a rebus humanis absterrent et ad vitam rectam incitant — quinto de doctorum mysticorum catena — et in conclusione de spiritu animali et humano. — 3845. El-Themer El-Jeni, fructus modo decerptus de elegantia morum pretiosa, auctore *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-rahman Ibn-elsáïgh* [*Zomorrodi*] Hanbalita, anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) mortuo. — 3846. Themeret el-ashjár, fructus arborum. Poëma persicum a *Jemál-ed-dín Ruzbehán*, qui inter principes erat aulae Sultani *Yacúb*, compositum, quod ita incipit:

Quamdiu in laudem Tuam vocem vibrat luscinia,
Omnes audimus sicuti rosae frutex.

٣٨٤٧ ثمرة الحقيقة ومرشد المسالك الى اوضح الطريقة للشيخ شهاب الدين ابى العباس احمد بن عمر الزيلعى العقيلى ثمّ الهاشمى اوله الحمد لله المنعوت بوصف القدم الخ ٣٨٤٨ الثمرة فى احكام النجوم لبطلميوس القلوذى الحكيم الفلكى واسمها بالرومية انطرومطا اى مأئة كلمة وهى تمام الكتب الاربعة التى الّفها لسورس تلميذه يعنى ثمرة تلك الكتب ولها شروح منها شرح ابى يوسف الاقليدسى وشرح ابى محمد الشيبانى وشرح ابى سعيد الثمالى وشرح ابن الطيب الجاثليقى السرخسى وشرح بعض المنجّمين اوله احمد الله حمدًا لا يبلغ الافكار حدّه الخ ذكر انّه اخذه من الامير ابى شجاع رستم بن المرزبان سنة ٤٨٥ وجمع فيه بين هذه الشروح المذكورة ومنها شرح العلامة نصير الدين محمد بن محمد الطوسى المتوفى سنة ٦٧٢ وهو شرح مفيد بالفارسيّة الّفه لصاحب ديوان محمد بن شمس الدين ٣٨٤٩ ثواب الاعمال لابن حبان ولابى العباس الناطقى ٣٨٥٠ ثواب القرآن للامام الحافظ ابى بكر بن ابى شيبة

3847. Themeret el-hackícat, fructus veritatis et justa viarum directio ad semitam maxime perspicuam, auctore Sheikh *Shehâb-ed-dín Abu'labbás Ahmed Ben Omar Zeilaï* primum *Ocailida*, tum *Háshimida*. Incipit opus ita: Laus Deo qualitate aeternitatis descripto etc. — 3848. El-Themeret fi ahkám el-nojúm, fructus de astronomia judiciaria, auctore *Ptolemaeo Claudio* Philosopho et Astronomo. Hoc opus graece Andromeda i. e. centum sententiae sive centiloquium inscriptum est, et completam quatuor librorum summam, quos Syro discipulo composuit, sive horum quatuor librorum fructum continet. Plures ejus commentarios scripserunt, ut *Abu Yusuf Uclídisi*, *Abu Mohammed Sheibáni*, *Abu Saíd Thomáli*, *Ibn-elteyyib Jathelicki Serakhsi*, et astronomus aliquis, cujus commentarius ita incipit: Laudo Deum laude, cujus finem cogitationes non assequuntur etc. Hic se librum ab Emír *Abu'lshojá' Rustem Ben-elmerzobán* anno 485 (inc. 12. Febr. 1092) accepisse dicit, et in unum opus commentarios laudatos confudit — porro doctissimus *Nasír-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Tusi*, anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuus, qui commentarium fructuosum *Mohammedi Ben Shems-ed-dín* tribunalis praesidi persice composuit. — 3849. Thewáb el-amál, remuneratio operum, auctoribus *Ibn Hibbán* et *Abu'labbás Náticki*. — 3850. Thewáb El-Cor'an, merita Corani, auctore Imám Háfitz *Abu Bekr Ben Abi Sheiba*. —

٣٨٥١ ثواب المصاب بالولد للحافظ ابى القاسم على ابن عساكر الدمشقى المتوفى سنة [٥٧١]

٣٨٥٢ ثواقب الاخبار للشيخ الامام ركن الدين على بن عثمان الاوشى الحنفى ٣٨٥٣ ثواقب الانظار فى اوائل منار الانوار يأتى

3851. Thewáb el-mosáb, remuneratio male afflicti per filium, auctore Háfitz *Abu'lcásim Ali Ibn Asákir Dimeshcki*, anno [571 (inc. 22. Jul. 1175)] mortuo. — 3852. Thewáckib el-akhbár, historiae sublimes, auctore Sheikh et Imám *Rokn-ed-dín Ali Ben Othmán Ushi* Hanefita. — 3853. Thewáckib el-antzár, inquisitiones penetrabiles. Commentarius initii operis *Menár el-anwár*, de quo infra videatur.

باب الجيم

٣٨٥٤ جابر نامه تركى منظوم لمحمود بن عثمان الشهير بلامعى البرسوى المتوفى سنة ٩٣٨

٣٨٥٥ جالب السرور وسالب الغرور فى المحاضرات لمحيى الدين محمد القراباغى المتوفى سنة ٩٤٢ مختصر على ثلثة وعشرين مقالة ذكر فيه ان تأليف بعض المولى يعنى الروض لابن الخطيب قاسم كثير الشرا واراد ان يرتّب الترتيب اللآئف وضمّ اليه نبذا من اللطآئف الاديبيّة من التفاسير وشروح المفتاح وما رآه فى ظهر الكتب من الاشعار والهزل وما اخذه من افواه الرجال وكذلك اشتهر بروضة القراباغى الّفه وهو مدرّس بمدرسة ازنيق ثمّ اختصره محمود بن محمد وسمّاه لطآئف الاشارات اوله حمدًا اولا وآخرا للاول والآخر الخ وترتيبه على ترتيب الاصل لكنّه لم يصرّح به مصنّفه ٣٨٥٦ جام وجم فارسى منظوم للشيخ اوحدى الاصفهانى

LIBRI QUORUM TITULI A LITERA JÍM INCIPIUNT.

3854. Jábir-námeh, *Jábiri* liber. Poema turcicum, auctore *Mahmúd Ben Othmán Borsewi*, vulgo *Lámii* dicto et anno 938 (inc. 15. Aug. 1531) mortuo. — 3855. Jálib el-sorúr, opus anthologicum, quo laetitia excitatur et vanitas tollitur. Compendium in viginti tres dissertationes digestum, quod *Mohyi-ed-dín Mohammed Carábághi*, anno 942 (inc. 2. Jul. 1535) mortuus, composuit, cum professor esset ad collegium Nicaeae. Narrat ibi, cujusdam Mollae librum (vult anthologiam *Raudh el-akhbár* ab *Ibn-elkhatíb Cásim* editam) multum emi. Itaque illum ratione convenienti disponere voluit, eique aliquot adjecit facetias philologicas ex interpretationibus coranicis, commentariis operis *Miftáh*, et quae in parte scriptorum poeticorum et jocosorum aversa vidit, et ex ipsis viris doctis audivit. Opus ita comparatum titulo *Raudhet El-Carábághi* inclaruit. Serius a *Mahmúd Ben Mohammed* in epitomen coactum est *Letáif el-ishárát* inscriptam, quae ita incipit: Laus prima et ultima primo et ultimo etc. Ejus ordo idem est, qui archetypi, etsi auctor id disertis verbis non dicit. — 3856. Jám we Jem, poculum *Jemshídi*. Poema persicum, quod Sheikh

المتوفى سنة ٧٣٨ وهو نظير الحديقة مشتمل على لطآئف شعريّة ومعارف صوفية ووزنه على مزاحفات بحر الخفيف فرغ منه سنة ٧٣٣ اوله

قل هو الله لامرء قد قال
من له الحمد دآئمًا متوال

٣٨٥٧ [جام جيهان نما لمير غياث الدين منصور بن مير صدر الدين فى فنون الحكمة فارسى] ٣٨٥٨ جام كيتى نما مختصر فارسى فى خلاصة الحكمة للقاضى مير حسين الميبدى ٣٨٥٩ جامع الآثار فى مولد المختار للحافظ شمس الدين محمد بن ناصر الدين الدمشقى المتوفى سنة [٧٤٢] وهو ثلاث مجلّدات ٣٨٦٠ جامع الاحكام فى معرفة الحلال والحرام للشيخ محيى الدين محمد بن على الحاتمى الطآئى الشهير بابن عربى المتوفى سنة ٦٣٨ وهو على ابواب كلّها فى احاديث المسندة ٣٨٦١ جامع احكام القرآن والمبيّن لما تضمّن من السنة

Auhadi Isfahâni, anno 738 (inc. 30. Jul. 1337) mortuus, anno 733 (inc. 22. Sept. 1332) absolvit. Simile est operi *Hadícat*, et facetias poeticas et cognitiones theosophicas continet. Mensura carminis imperfecta est metri *Khafíf*, ejusque initium hoc est:

Dic, hic est Deus, certe ille, quem se esse dixit,
Cui laus debetur perpetua sine ulla intermissione.

3857. [Jámi jihán numá, speculum mundum repraesentans. Opus persicum de doctrinis philosophicis, auctore *Mír Ghiyáth-ed-dín Mansúr Ben Mír Sadr-ed-dín*]. — 3858. Jámi kiti numá, speculum totum mundum repraesentans. Compendium persicum de selectis philosophiae partibus, auctore Cádhi *Mír Hosein Míbedi*. — 3859. Jámi' el-athár, corpus monumentorum de prophetae electi natalibus. Tria volumina, auctore Háfitz *Shems-ed-dín Mohammed Ben Násir-ed-dín Dimeshcki*, anno [742 (inc. 17. Jun. 1341)] mortuo. — 3860. Jámi' el-ahkám, corpus statutorum de rerum licitarum et illicitarum cognitione, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali Hátimi Táyi*, vulgo *Ibn Arabi* dicto et anno 638 inc. 23. Jul. 1240) mortuo. Opus in capita dispositum est, quae omnia de traditionibus ad prophetam auctorem relatis agunt. — 3861. Jámi' ahkám El-Cor'an, corpus statutorum coranicorum, et interpres legis divinae et versuum verum a falso distinguentium, quos

وآى الفرقان للشيخ الامام ابى عبد الله محمد بن احمد بن ابى بكر بن فرح الانصارى الخزرجى القرطبى المالكى المتوفى سنة ٦٧١ وهو كتاب كبير مشهور بتفسير القرطبى فى مجلّدات اوله الحمد لله المبتدى بحمد نفسه قبل ان يحمده حامد الخ ومختصره لسراج الدين عمر بن على ابن الملقن الشافعى المتوفى سنة ٨٠٤ وقد التبس الاصل على المولى ابى الخير صاحب موضوعات العلوم فنسبه الى محمد بن عمر بن يوسف الانصارى المتوفى سنة ٦٣١ ٣٨٩٢ جامع الادعية من الحصنة النبويّة لعبد الجليل بن محمود الصافى وهو كتاب فارسى على مقدّمة وسبعة عشر بابًا وخاتمة المقدّمة فى فضل الدعآء وآدابه واوقاته ومكان الاجابة والاسم الاعظم والخاتمة فى فضآئل القرآن واوقات القراة والصلوة على النبى صلعم ٣٨٩٣ جامع الادوية والاغدية المفردة وهو المشهور بمفردات ابن بيطار يأتى فى الميم ٣٨٩٤ جامع الاذكار لابن المنذر ٣٨٩٥ جامع الاسرار وتراكيب الانوار فى الاكسير لمؤيد الدين حسين بن على الاصفهانى

---

ille comprehendit, auctore Sheikh et Imám *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Ben Abi Bekr Ben Farah Ansári Khazreji Cortubi* Malikita, anno 671 (inc. 29. Jul. 1272) mortuo. Liber magnus est plurium voluminum, qui titulo *Tefsír El-Cortubi* inclaruit, et ita incipit: Laus Deo, qui a laude sui ipsius incipit, antequam eum laudator laudet etc. Ejus epitomen edidit *Siráj-ed-dín Omar Ben Ali Ibn-elmolckin* Shafiita, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus. Molla *Abu'lkheir* vero, libri *Maudhuát el-olúm* auctor, haud certam archetypi habuit notitiam, quapropter illud *Mohammedi Ben Omar Ben Yusuf Ansári* tribuit, qui anno 631 (inc. 7. Oct. 1233) decessit. — 3862. Jámi' el-ad'iyet, corpus precationum a propheta celsissimo profectarum, auctore *Abd-el-jelíl Ben Mahmúd Sáfi*. Opus persicum est in praefationem, septendecim capita et conclusionem digestum. Praefatio de praestantia precationis, de legibus in ea facienda et temporibus, quibus precandum sit, observandis, de loco, ubi auditur et de nomine Dei maximo agit, et conclusio de Corani virtutibus, de temporibus, quibus legendus sit et de precatione bonorum super prophetam. — 3863. Jámi' el-adwiyet we el-aghdiyet el-mufridet, corpus remediorum et ciborum simplicium. De hoc libro, qui titulo *Mufridát Ibn Beitár* inclaruit, vide infra in litera *Mím*. — 3864. Jámi' el-adzkár, corpus meditationum piarum, auctore *Ibn-elmondzir*. — 3865. Jámi' el-asrár, corpus arcanorum et compositiones luminum de pulvere philosophico, auctore Wezír *Mowayyed-ed-dín Hosein Ben Ali*

المعروف بالطغرائى الوزير المتوفى سنة ٥١٥ وهو مختصر اوله الحمد لله ذى الآلآء الخ ردّ فيه على منكر الصنعة واثبتها ٣٨٦٦ جامع الاسرار فى التفسير للشيخ عبد المحسن بن سليمان الكورانى المدرس بروضة الرسول صلعم فى هذا القرن اوله الحمد لله الذى كان ولم يكن معه شىء من الاكوان الخ ذكر فيه انّه صنّفه تفسيرًا جامعًا للظهر والبطن اجابة لسؤال بعض اخوانه فكتب الى سورة الاعراف واعداه الى السلطان مراد الرابع ٣٨٦٧ جامع الاسرار فى شرح المنار يأتى فى الميم ٣٨٦٨ الجامع الاصغر فى الفروع للشيخ الامام الزاهد محمد بن الوليد السمرقندى الحنفى ٣٨٦٩ جامع الاصول لاحاديث الرسول لابن السعادات مبارك بن محمد المعروف بابن اثير الجزرى الشافعى المتوفى سنة ٦٠٦ اوله الحمد لله الذى اوضح لمعالم الاسلام سبيلا الخ ذكر انّ مبنى هذا الكتاب على ثلثة اركان آ فى المبادى ٢ فى المقاصد ٣ فى الخواتيم واورد فى الاول مقدّمة واربعة فصول وذكر فى المقدّمة انّ علوم الشريعة تنقسم الى فرض ونفل والفرض الى فرض عين وفرض كفاية وانّ من اصول فروض الكفايات علم احاديث

Isfaháni, vulgo *Toghráyi* dicto et anno 515 (inc. 22. Mart. 1121) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo beneficiorum largitori etc. Auctor eos refutat, qui artem alchymicam negant, et eam argumentis confirmare studet. — 3866. Jámi' el-asrár, corpus arcanorum, auctore Sheikh *Abd-el-mohsin Ben Soleimán Kuráni*, hujus temporis ad sepulcrum Mohammedis professore. Commentarius Corani, qui ita incipit: Laus Deo, qui exstitit, nullis essentiis simul cum eo existentibus etc. Auctor se hunc commentarium, qui sensum exteriorem et interiorem comprehendat, ab amico quodam rogatum composuisse narrat. Quem cum usque ad Suratam septimam *(Aráf)* scripsisset, eum Sultano *Murád IV.* obtulit. — 3867. Jámi' el-asrár, corpus arcanorum. Commentarius operis *Menár*, de quo litera *Mím* conferatur. — 3868. El-Jámi' El-Asghar, corpus minus de partibus juris specialibus, auctore Sheikh et Imám asceta *Mohammed Ben-elwelíd Samarcandi* Hanefita. — 3869. Jámi' el-osúl, corpus principia traditionum legati divini continens, auctore *Ibn-elseádát Mobárek Ben Mohammed Jezeri* Shafiita, vulgo *Ibn Athír* dicto et anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuo. Incipit opus ita: Laus Deo, qui vestigiis *Islámi* viam illustravit etc., et auctor hujus libri constructionem tribus commemorat fulcimentis niti — de principiis — de consiliis — de clausulis. Primo fulcimento praefationem tribuit et quatuor sectiones, et in praefatione doctrinas legis dividi dicit in officium a Deo imperatum et officium traditione sancitum, illud autem in officia personalia omnibus servanda et in officia sufficientiae, quae cunctis quidem Mohammedanis imposita sint, at ab aliis pro aliis

الرسول صلعم وآثار اصحابه التى هى ثانى ادلّة الاحكام وله اصول واحكام وقواعد واصطلاحات ذكرها العلمآء يحتاج طالبها الى معرفتها كالعلم بالرجال واسمايهم وانسابهم واعمارهم ووقت وفاتهم والعلم بصفات الرواة وشرآئطهم التى يجوز معها قبول روايتهم والعلم بمستند الرواة وكيفيّة اخذهم الحديث وتقسيم طرقه والعلم بلفظ الرواة وايرادهم ما سمعوه وذكر مراتبه والعلم بجواز نقل الحديث بالمعنى ورواية بعضه والزيادة فيه والاضافة اليه ما ليس منه والعلم بالمسند وشرآئطه والعالى منه والنازل والعلم بالمرسل وانقسامه الى المنقطع والموقوف والمعضل والعلم بالجرح والتعديل وبيان طبقات المجروحين والعلم باقسام الصحيح والكذب والغريب والحسن والعلم باخبار التواتر والاحاد والناسخ والمنسوخ وغير ذلك فمن اتقنها اتى دار هذا العلم من بابها وذكر فى الفصل الاول انتشار علم الحديث ومبدأ جمعه وتأليفه وفى الفصل الثانى

---

praestari possint; ad principia sufficientiae officiorum pertinere doctrinam traditionum prophetae et dictorum et factorum ejus sociorum, quae secundaria statutorum argumenta comprehendant. Illa autem, ait, principia continet, statuta, regulas primarias et voces technicas a viris doctis laudatas, quarum cognitione studioso opus est. Ejusmodi sunt scientia traditionariorum eorumque nominum, genealogiarum, vitarum, temporis mortis, scientia qualitatum eorum, qui referunt, et conditionum, quibus eorum relationem admittere licet, scientia auctoritatis, qua relatores nituntur, et rationis, qua traditiones audiverint, divisionis viarum, quibus relatae sint, cognitio significationis, quae voci *rowát* i. e. relatores, tribuenda sit, et modi, quo audita protulerint, et horum classium, scientia conditionum, quibus traditionem ad sensum tantum et per partes et ita allegare licet, ut eam augeant adque eam referant, quae minime ad eam referenda sint, scientia traditionum ad prophetam auctorem uno tenore adscendentium earumque conditionum, et quae inter illas ad ipsum prophetam parva traditionariorum serie absolute adscendant, et quae interrupte quidem, at auctoritate virorum certissimorum confirmatae descendant, scientia traditionum ab iis, qui cum prophetae sociis vixerunt, horum auctoritate non interposita, prophetae attributarum, et harum divisiones in eas, quae interrupta serie relatae sunt, quarum relatio in prophetae sociis substitit, et quae ita referuntur, ut duo aut plura seriei continuae membra exciderint, scientia, quatenus traditionarii reprobandi sint et ut probi fidem habeant, expositio classium reprobatorum, scientia generum traditionum, quatenus sint certae et incertae fidei, et serie continua servata ab aequalibus tantum sociorum prophetae sive ab horum sodalibus traditae, et probabiles, et scientia traditionum ex auctoritate plurium fide dignorum continua serie et unius tantum relatarum, et abrogantium et obrogatarum, et quae sunt ceterae doctrinae,

اختلاف اغراض الناس ومقاصدهم فى تصنيف الحديث وفى الفصل الثالث اقتدآء المتأخّرين بالسالفين وسبب اختصار كتبهم وتأليفها وفى الفصل الرابع خلاصة الغرض من جميع هذا الكتاب قال لمّا وقفت على الكتب ورأيت كتاب رزين هو اكبرها واعمّها حيث حوى الكتب الستة التى هى امّ كتب الحديث واشهرها فاحببت ان اشتغل بهذا الكتاب الجامع فلمّا تتبعته وجدته قد اودع احاديث فى ابواب غير تلك الابواب اولى وكرّر فيه احاديث كثيرة وترك اكثر منها فجمعت بين كتابه وبين ما لم يذكره من الاصول الستة ورأيت فى كتابه احاديث كثيرة لم اجدها فى الاصول لاختلاف النسخ والطرق وانّه قد اعتمد فى ترتيب كتابه على ابواب البخارى فتأجّجتنى نفسى ان اهذّب كتابه وارتب ابوابه واضيف اليه ما اسقطه من الاصول واتبعته شرح ما فى الاحاديث من الغريب والاعراب والمعنى فشرعت فحذفت الاسانيد ولم اثبت الّا اسم الصحابى الذى روى الحديث ان كان خبرا او اسم من يرويه عن

---

quas qui firmiter tenet, scientiae traditionariae cognitionem justa et idonea ratione sibi comparat. — In prima sectione modum narrat, quo doctrina traditionaria propagata et initium traditiones colligendi et scripto mandandi sit factum, in secunda varietatem consiliorum et propositorum describit, quae homines in traditionibus scripto mandandis secuti sunt, in tertia, qua ratione seriores sint imitati priores, et caussa affertur brevitatis librorum eorumque compositionis, et in quarta consilii hujus totius libri summa. Cum, inquit, libros perlegissem et *Rezíni* opus vidissem, quod maximum hujus generis est et prae ceteris universale, quatenus sex libros canonicos comprehendit, qui fundamentum sunt operum de re traditionaria scriptorum, ideoque omnium primum innotuit, omne studium quum maxime ad hunc librum amplissimum conferre volui. Quem cum pertractassem, eum traditiones protulisse in capitibus, quae frustra in aliis capitibus magis convenientibus quaeruntur, ibique multas traditiones identidem repetiisse et magnum earum numerum omisisse intellexi. Itaque ejus librum cum iis, quae ex sex libris canonicis non commemoravit, in unum confudi, et in illo multas traditiones vidi, quas ob exemplorum et auctoritatum varietatem in illis operibus primariis non inveni, eumque in disponendo libro capita a *Bokhári* descripta secutum esse cognovi, animus me impulit, ut librum recognoscerem, ejus capita disponerem, quae ex illis sex operibus omiserat, ei adderem, et dictionum in traditionibus rarius obviarum, doctrinae de flexionibus finalibus et sensus explicationem subjungerem. Rem igitur aggressus sum ita, ut auctoritates tollerem, et solum socii prophetae nomen,

الصحابى ان كان اثرا وافردت بابًا فى آخر الكتاب يتضمّن اسمآء المذكورين فى جميع الكتاب
على الحروف واما متون الحديث فلم اثبت منها الّا ما كان حديثا او اثرا وما كان من
اقوال التابعين والائمّة فلم اذكره الّا نادرًا وذكر رَزين فى كتابه فقه مالك ورجحنا اختيار
الابواب على المسانيد وبنيت الابواب على المعانى فكلّ حديث انفرد بمعنى اثبته فى بابه فان
اشتمل على اكثر اوردته فى آخر الكتاب فى كتاب سمّيته كتاب اللواحق ثمّ انى عمدت الى كلّ
كتاب من الكتب المسمّاة فى جميع هذا الكتاب وفصّلته الى ابواب وفصول لاختلاف معنى
الاحاديث ولمّا كثر عدد الكتب جعلتها مرتبة على الحروف فاودعت كتاب الايمان وكتاب
الايلآء فى الالف ثمّ عمدت الى آخر كل حرف فذكرت فيه فصلًا يستدلّ به على مواضع الابواب
من الكتاب ورأيت ان اثبت اسمآء رواة كلّ حديث او اثر على هامش الكتاب حذآء اول
الحديث ورقمت على اسم كلّ راو علامة من اخرج ذلك الحديث من اصحاب الكتب الستة
واما الغريب فذكرته فى اخر كلّ حرف على ترتيب الكتب وذكرت الكلمات التى فى المتون

---

qui traditionem retulit, si ab alio quodam praeter prophetam profecta est, vel ejus nomen consignarem, qui eam ex socii testimonio retulit, si ad solam sociorum eorumque, qui hos secuti sunt, auctoritatem referenda est. Ad finem libri singulare caput addidi, quod nomina eorum, qui in toto libro laudati sunt, ordine alphabetico comprehendit. Quod autem traditionum verba attinet, nulla consignavi praeter ea, quae ad prophetam ipsum aut ejus socios et horum sodales referri poterant. Dicta eorum, qui socios secuti sunt, et Imamorum raro tantum attuli, quamquam *Rezín* in libro jus *Máliki* commemorat. Praetulimus autem divisionem per capita divisioni per auctoritates, et capita sensibus accommodavi, ita ut quamvis traditionem, quae unum tantum sensum admittit, capiti suo attribuerem. Quodsi plures comprehendit sensus, eam ad sectionem in libri fine rejeci *Kitáb el-lewáhic* inscriptam. Tum singulos libros in toto hoc libro laudatos cepi, eosque ob varium traditionum sensum in capita et sectiones digessi. Cum autem librorum numerus nimius esset, eos alphabetice disposui, ita ut caput fidei (*Imán*) et jurisjurandi *Ilá* appellati in litera *Elif* consignarem. Deinde cujusvis literae finem cepi ibique partem notavi, quae locos capitum in libro indicaret. Nomina autem relatorum singularum traditionum sive prophetae sive sociis tributarum ad libri marginem e regione initii traditionis notare constitui, et supra singulorum relatorum nomen signum scripsi ejus, qui ex sex librorum auctoribus hanc traditionem elicuit. Rariora verba ad singularum literarum finem secundum librorum ordinem commemoravi,

المحتاجة الى الشرح بصورتها على هامش الكتاب وشرحها حذاها انتهى ملخّصًا ولهذا الكتاب العظيم مختصرات منها مختصر الى جعفر محمد المروزى الاسترابادى وهو على النسق الذى وضع الكتاب عليه اتمّه فى ذى القعدة سنة ٦٨٢ وهو ابن تسع وستين سنة ومختصر شرف الدين هبة الله بن عبد الرحيم بن البارزى المحموى الشافعى المتوفى سنة ٧٣٨ جرّده عن ما زاده على الاصول من شرح الغريب والاعراب والتكرار وسمّاه تجريد الاصول اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ ذكر فيه ان المتقدّمين لمّا اشتغلوا بتصحيح الحديث وهو الاهمّ لم يأت تأليفهم على اكمل الاوضاع فجآء الخلف الصالح فاظهروا تلك الفضيلة امّا بابداع ترتيب او بزيادة تهذيب منهم الشيخ ابن الاثير نظر فى كتاب رزين واختار له وصفًا اجاد فيه لكن كان قصور همم الناس داعيا الى الاعراض فجرّده ومختصر الشيخ صلاح الدين خليل بن كيكلدى العلآئى الدمشقى ثمّ القدسى المتوفى سنة ٧٦١ واشتهر بتهذيب الاصول ومختصر الشيخ عبد الرحمن بن على الشهير بابن الربيع الشيبانى اليمنى المتوفى سنة ٩٥٠ تقريبًا وهو احسن

---

et textus verba, quibus explicatione opus est, forma propria ad marginem libri rejeci, eorumque explicationem e regione posui. — Haec summatim. — Plures libri magni epitomas ediderunt, ut *Abu Ja'far Mohammed Merwezi Asterábádi*, cujus opus eundem ordinem sequitur, ad quem archetypum comparatum est. Illud sexaginta novem annos natus mense Dzu'lca'det anni 682 (inc. 1. Apr. 1283) absolvit — porro *Sheref-ed-dín Hibatallah Ben Abd-el-rehím Ben-elbárizi Hamawi* Shafiita, anno 738 (inc. 30. Jul. 1337) mortuus, qui epitomen omnibus iis nudavit, quae ibi sex illis libris ad explicandas voces inusitatas et flexiones earum finales addiderat vel identidem repetierat, eamque *Tejríd el-osúl* inscripsit. Incipit ita: Laus Deo mundorum domino etc., et monet auctor, priores cum in emendandis traditionibus occupati essent, id quod omnium maximi fuisset momenti, eorum opera minime ad descriptionem perfectissimam esse composita, et successores probos venisse, qui hujus praestantiae documenta ediderint sive dispositione omnino nova sive correctione majori, ut Sheikhum *Ibn-elathír*, qui librum *Rezíni* inspexerit eique descriptionem propriam egregio modo dederit. Attamen mentis hominum hebetudinem ad abstinendum excitasse ob eamque rem se librum amputasse — deinde Sheikh *Saláh-ed-dín Khalíl Ben Keikledi Alâyi*, primum Damasci et serius Hierosolymorum inquilinus, anno 761 (inc. 23. Nov. 1359) mortuus, cujus epitome titulo *Tehdzíb el-osúl* inclaruit — Sheikh *Abd-el-rahman Ben Alí Sheibáni Yemeni*, vulgo *Ibn-elrebí'* dictus et circa annum 950 (inc. 6. Apr. 1543) mortuus,

المختصرات سمّاه تيسير الوصول الى جامع الاصول اوله الحمد لله الذى يسّر الوصول الخ وللشيخ مجد الدين ابى طاهر محمد بن يعقوب الفيروزابادى المتوفى سنة ٨١٧ زوائد عليه سمّاه تسهيل طريق الوصول الى الاحاديث الزّائدة على جامع الاصول الّفه للناصر بن الاشرف صاحب اليمن وفى غريبه كتاب لمحبّ الدين احمد بن عبد الله الطبرى المتوفى سنة ٦٩٤ ومختصر الشيخ احمد ابن رزق الله الانصارى الحنفى ٣٨٧٠. جامع الاصول رسالة فى الحديث للشيخ صدر الدين محمد بن اسحق القونوى المتوفى سنة [٦٧٣] ٣٨٧١ جامع الاصول فى الجبر والمقابلة من الكتب المبسوطة فيه لابن المحلّى الموصلى ٣٨٧٢ الجامع الاعظم فى التأريخ فارسى ٣٨٧٣ جامع الافتراق والاتفاق لصناعة الترياق ٣٨٧٤ الجامع الاكبر والبحر الازخر فى القرآآت للشيخ الامام ابى القاسم عيسى بن عبد العزيز اللخمى الاسكندرى المقرى المتوفى سنة ٦٢٩ وهو اكثر جمعها من المتقدّمين وكتابه هذا يحتوى على سبعة آلاف رواية وطريق جمع وجوه القرآآت بالاسانيد وقرئ عليه فى رجب سنة اربع عشر بداره بثغر

---

cujus epitome *Teisír el-wosúl ila Jámi' el-osúl* inscripta omnium probatissima est, et ita incipit: Laus Deo, qui aditum expeditum reddit etc. Ad eam Sheikh *Majd-ed-dín Abu Táhir Mohammed Ben Yacúb Fírúzábádi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuus, additamenta *Tes'híl taríc el-wosúl ila el-ahádíth el-záïdet ala Jámi el-osúl* inscripta in commodum *Násiri Ben-elashref* Yemanae principis composuit. De verbis ejus rarioribus *Mohibb-ed-dín Ahmed Ben Abdallah Taberi*, anno 694 (inc. 21. Nov. 1294) mortuus, librum edidit. Denique Sheikh *Ahmed Ben Rizc-allah Ansári* Hanefita compendium archetypi publicavit. — 3870. Jámi' el-osúl, corpus principiorum. Tractatus de re traditionaria, auctore Sheikh *Sadr-ed-dín Mohammed Ben Is'hac Cunewi*, anno [672 (inc. 18. Jul. 1273)] mortuo. — 3871. Jámi' el-osúl, corpus principiorum de reductione per aequationem, auctore *Ibn-elmahalli Mausili*. Liber ad hujus generis amplissimos pertinet. — 3872. El-Jámi' El-Atzam, corpus maximum. Opus historicum persice scriptum. — 3873. Jámi' el-iftirác we el-ittifác, corpus dissensionis et consensionis de theriacarum componendarum arte. — 3874. El-Jámi' El-Akbar we El-Bahr El-Azkhar, corpus maximum et mare valde exundans de Corani lectionibus, auctore Sheikh et Imám *Abu'lcásim Isa Ben Abd-el-azíz Lakhmi Iskenderi* Corani lectore, anno 629 (inc. 29. Oct. 1231) mortuo. Hic liber copiosior est iis, quos veteres collegerunt. Comprehendit autem septem relationum et viarum milia; varias enim ille collegit lectiones cum auctoritatibus, de eoque scholas habuit domo sua in Alexandriae ditione mense Rejeb

الاسكندريّة ٣٨٧٥ جامع الالحان فارسى لخواجه عبد القادر عينى الحافظ المراغى
٣٨٧٦ جامع الانوار فى التفسير للشيخ تاج الدين ابرعيم بن حمزة الادرنوى المتوفى فى حدود
سنة ٩٧٠ وكان واعظًا بجامع نقطه‌جى ٣٨٧٧ جامع الانوار فى الحديث لمحمد الغزنوى
٣٨٧٨ جامع الاوزان الخمسة التى ذكرها الخليل لابى العلآء احمد بن عبد الله المعرى المتوفى
5 سنة ٤٤٩ وهو فى ستين كراسة ٣٨٧٩ جامع الاوفى فى القرآئض لابى المظفّر السمعورردى
٣٨٨٠ جامع الآيات تركى من متعلّقات المثنوى يأتى ٣٨٨١ جامع البحور لمصطفى بن احمد
الشهير بعالى ٣٨٨٢ جامع البرهان ٣٨٨٣ جامع البيان فى القرآآت السبع لابى عمر عثمان
ابن سعيد الدانى المتوفى سنة ٤٤٤ وهو احسن مصنّفاته يشتمل على نيف وخمسمأئة رواية
وطريق قيل انه جمع فيه كلّ ما يعلمه فى هذا العلم ٣٨٨٤ جامع التأريخ للقاضى
10 عياض بن موسى اليحصبى المتوفى سنة ٥٤٤ ٣٨٨٥ جامع التأويل لمحكم

---

anni 614 (inc. 10. Apr. 1217). — 5875. Jámi' el-alhán, corpus modulationum. Opus persicum, auctore Khoja *Abd-elcádir Aini Merághi* El-Háfitz. — 3876. Jámi' el-anwár, corpus luminum de exegesi coranica, quod Sheikh *Táj-ed-dín Ibrahím Ben Hamza Edrenewi* Concionator ad templum primarium Adrianopolitanum *Noctaji*, circa annum 970 (inc. 31. Aug. 1562) mortuus, edidit. — 3877. Jámi' el-anwár, corpus luminum de re traditionaria, auctore *Mohammed Ghaznewi*. — 3878. Jámi' el-ewzán el-khamset, corpus quinque mensurarum metricarum, quas *Khalíl* commemorat, auctore *Abu'lalá Ahmed Ben Abdallah Maarri*, anno 449 5
(inc. 10. Mart. 1057) mortuo. Sexaginta continet fasciculos decem foliorum. — 3879. El-Jámi' El-Aufa, corpus completissimum de jure hereditario, auctore *Abu'lmotzaffer Soharawerdi*. — 3880. Jámi' el-ayát, corpus versuum. Adnotatio est turcice scripta ad carmen *Methnewi*, de quo infra videatur. — 3881. Jámi' el-bohúr, corpus marium, auctore *Mustafa Ben Ahmed*, vulgo *Ali* dicto. — 3882. Jámi' el-borhán, corpus demonstrationis. — 3883. Jámi' el-beyán, corpus expositionis de septem Corani recensionibus, auctore *Abu Omar Othmán Ibn Saíd Dáni*, anno 444 (inc. 3. Mai. 1052) mortuo. Ejus operum pulcherrimum est, quod quingentas et quod accedit relationes et auctoritates continet. Omnia ibi collegisse dicitur, quae de hac doctrina ipsi nota erant. — 3884. Jámi' el-taríkh, corpus historicum, auctore Cádhi *Iyádh Ben Musa Yahsebi*, anno 544 (inc. 11. Mai. 1149) 10
mortuo. — 3885. Jámi' el-tawíl, corpus allegoricam continens expositionem revelati

التنزيل فى التفسير لمحمد بن بحر [ابى مسلم المعتزلى] الاصفهانى المتوفى سنة ٣٢٢ وهو تفسير كبير فى اربعة عشر مجلّدًا على مذهب المعتزلة ٣٨٨٩ جامع التحصيل فى احكام المراسيل للشيخ صلاح الدين ابى سعيد خليل بن كيكلدى العلآئى الحافظ المتوفى سنة ٧٦١ مجلّد صغير الحجم اوله الحمد لله القديم الذى لم يزل الخ رتّب على ستة ابواب ا فى تحقيق المرسل ٢ فى مذاهب العلمآء فيه ٣ فى الاحتجاج به ٤ فى فروع كثيرة ٥ فى مراسيل الخفية ٦ فى معجم الرواة المحكوم على روايتهم بالارسال ذكر انّه لخّصه من تهذيب الكمال ومختصره وفرغ فى شوال سنة ٧٤٩ ٣٨٨٧ جامع الترغيب ٣٨٨٨ جامع التفاسير ٣٨٨٩ جامع التواريخ تركى للامير محمد الزعيم من اعيان دولة السلطان مراد الثالث وكان من كتّاب الديوان فرغ عن تسويده فى [شهر] رمضان سنة ٩٨٢ ذكر فيه الانبيآء ثمّ الملوك وذكر خمسة وعشرين دولة واهداه الى الوزير محمد پاشا ٣٨٩٠ جامع التواريخ لابى الفضل البيهقى ٣٨٩١ جامع

Corani. Commentarius magnus in Coranum ad disciplinam schismaticorum ab [*Abu Moslim*] *Mohammed Ben Bahr Isfaháni* haeretico, qui anno 322 (inc. 22. Dec. 953) obiit, scriptus et quatuordecim volumina continens. — 3886. Jámi' el-tahsíl, corpus acquisitionis de iis, quae de traditionibus *Merásil* dictis statuuntur, auctore Sheikh Háfitz *Saláh-ed-dín Abu Saíd Khalíl Ben Keikledi Aláyi*, anno 761 (inc. 23. Nov. 1359) mortuo. Volumen parvi ambitus, quod ita incipit: Laus Deo aeterno, qui non desinit etc., et in sex capita dispositum est — de eo, quod proprie sub traditione *Mursel* dicta intelligendum sit — de variis virorum doctorum in ea re opinionibus — de ejus in argumentando usu — de multis hujus generis speciebus — de traditionibus *Merásil Khafíyet* (i. e. eae traditiones, quas aequalis relatoris affert, se hunc vidisse ignorans) dictis — de ordine alphabetico traditionariorum, quorum relationem vitio *Irsál* dicto laborare accusant. Monet etiam, hoc opus se potiorem partem ex *Tehdzíb el-kemál* ejusque epitome excerpsisse. Ad finem pervenit mense Shewwál anni 746 (inc. 4. Mai. 1345). — 3887. Jámi' el-targhíb, corpus eorum, quae ad bene agendum incitant. — 3888. Jámi' el-tefásír, corpus commentariorum coranicorum. — 3889. Jámi' el-tewáríkh, historia universalis turcice scripta, auctore Emír *Mohammed Zaím* ex viris ad aulam Sultani *Murád III.* spectatissimis. Fuit ex scribis senatus et operis primis literis consignandi mense Ramadhán anni 982 (inc. 23. Apr. 1574) finem fecit. Commemorat ibi prophetas, tum reges et viginti quinque dynastias, librumque Wezíro *Mohammed Pasha* obtulit. — 3890. Jámi' el-tewáríkh, historia universalis, auctore *Abu'lfadhl Beihacki*. — 3891. Jámi'

التواريخ فارسى لخواجه رشيد الدين فضل الله الوزير [المقتول فى سنة ٧١٨] وهو تأريخ كبير فى دولة جنكيز واولاده ذكر فيه انّه لمّا شرع التبييض مات السلطان غازان فى شوال سنة ٧٠٤ وجلس مكانه ولده خدابنده محمد فامره باتمامه وادخال اسمه فى العنوان وامر ايضا بالحاق احوال الاقاليم واعلها وطبقات الاصناف بان يجعل جامعًا لتفاصيل ما فى كتب التواريخ وامر من تحت حكمه من اصحاب تواريخ الاديان والفرق بالامداد اليه من كتبهم وامر ايضا بان يجعله مذيلا بكتاب صور الاقاليم ومسالك الممالك فاجاب وكتب احوال الدولة الجنكيزيّة وامّة الترك مفصّلًا فى مجلّد وذكر خلاصة الوفيات فى مجلّد آخر واورد صور الاقاليم فى مجلّد آخر على ان يكون ذيلًا له ونقل اخبار كلّ فرقة على ما وجد فى كتبهم بلا تغيير ورتّب على ثلثة مجلّد ا فيما كتبه باسم غازان وهو على بابين الاول فى ظهور الاتراك وبلادهم والثانى فى المغول ٢ فيما كتبه باسم اولجايتوا محمد [خان] وهو على بابين ايضا الاول فى احواله والثانى فى قسمين الاول فى تواريخ الانبيآء والخلفآء وطبقات الملوك والاصناف من لدن

---

el-tewárikh, historia universalis a Khoja *Reshíd-ed-dín Fadhlallah* Wezír, [anno 718 (inc. 5. Mart. 1318) occiso], persice scripta. Magna est historia de dynastia *Jinkíz Khán*i ejusque filiis, quam cum nitidius exscribere incepisset, Sultanum *Gházán* mense Shewwál anni 704 (inc. 4. Aug. 1304) mortuum, post eumque *Khodábende Mohammed* filium patris sedem occupasse narrat, qui sibi librum finire et nomen praefationi intexere climataque, horum incolas et variorum generum classes describere mandaverit, ut, quae in libris dissecta et separata legerentur, omnia comprehenderet. Eundem auctores etiam historiarum religionum et sectarum suo imperio subditos ei libros auxilio ferre, et id quoque jussisse, ut operi appendicis loco climatum figuras et regnorum vias adjiceret. — *Reshíd-ed-dín* morem gessit, et statum dynastiae *Jinkízkhán*icae et populi Turcarum in volumine speciatim descripsit. Ex viris defunctis spectatissimos cum delectu volumine alio laudat, itemque climatum figuras separatim in volumine describit, ea conditione, ut appendix sit operis historici. Singularum sectarum historiam sine ulla tradidit mutatione, qualem in illorum libris invenit, et totum in tria volumina disposuit — de iis, quae nomine *Ghazán*i scripsit in duobus capitibus, quorum prius Turcarum adventum et terras, posterius Mogholos tractat — de iis, quae nomine *Oljáyetú Mohammed* [*Khán*i] scripsit. Haec quoque in duo capita disposita sunt, quorum alterum de illius statu agit, alterum in duas partes digestum est. In prima parte historias prophetarum, Khalifarum, principum classes et hominum species ab

آدم الى سنة ٧٠٠ وتأريخ كلّ قوم من اهل ختاى وماچين وكشمير وهند وبنى اسرائيل والملاحدة والافرنج ٣ فى صور الاقاليم انتهى ٣٨٩٣ جامع الجلى والخفى فى اصول الدين والردّ على الملحدين للشيخ ابى اسحق ابرهيم بن محمد الاسفرآئنى الشافعى الشهير بالاستاد المتوفى [بنيسابور] سنة ٤١٨ ٣٨٩٣ جامع الجوامع ومودع البدآئع لابى الفرج محمد بن عبد الرحمن الدارمى وهو كتاب مبسوط مشتمل على غرآئب ٣٨٩٤ جامع الجوامع لابن الغفرنس ٣٨٩٥ جامع الحاوى لما تفرّق من الفتاوى على مذهب الشافعى لبعض المتأخّرين ٣٨٩٦ جامع الحديث ٣٨٩٧ جامع الحريز الحاوى لعلوم كتاب الله العزيز لبديع الدين احمد بن ابى بكر بن عبد الوهاب القزوينى وكان موجودًا بسيواس سنة ٦٢٥ ٣٨٩٨ جامع لطآئف ٣٨٩٩ جامع الحكايات ولامع الروايات لجمال الدين محمد العوفى وهو فارسى جمعه للوزير نظام الملك شمس الدين ثمّ نقله الفاضل احمد بن محمد المعروف بابن عربشاه [الحنفى] المتوفى سنة ٨٥٤ الى التركيّة بامر السلطان مراد خان الثانى حين كان معلّمًا له ونقله

Adamo inde usque ad annum 700 (inc. 16. Sept. 1300) enarrat, tum historia sequitur singularum gentium e populo *Khatáico*, Sinensi, Kashmirico, Indico, Israelitarum, haereticorum et Francorum — denique de climatum figuris. — Haec ille. — 3892. Jámi' el-jelí we el-khafí, corpus apertorum et secretorum de principiis religionis et haereticorum refutatione, auctore Sheikh *Abu Is'hac Ibrahím Ben Mohammed Isferáïni* Shafiita, vulgo *Ostád* dicto et [Nisaburae] anno 418 (inc. 11. Febr. 1027) mortuo. — 3893. Jámi' el-jewámi', corpus sententiarum brevium et ingeniosarum et thesaurus facetiarum, auctore *Abu'lfaraj Mohammed Ben Abd-el-rahman Dárimi.* Liber amplus est et res singulares complectitur. — 3894. Jámi' el-jewámi', corpus sententiarum ingeniosarum, auctore *Ibn-elghafernes.* — 3895. Jámi' el-háwi, corpus ea decreta juridica ad sententiam *Shafiíti*cam comprehendens, quae dispersa sunt, auctore aliquo seriore. — 3896. Jámi' el-hadíth, corpus traditionum. — 3897. El-Jámi' El-Harír, corpus pretiosum, doctrinas libri divini sublimis continens, auctore *Bedí'-ed-dín Ahmed Ben Abi Bekr Ben Abd-el-wehháb Cazwíni. Siwási* exstabat anno 625 (inc. 12. Dec. 1227). — 3898. Jámi' el-hacáïc, corpus veritatum. — 3899. Jámi' el-hikáyát, corpus narrationum et splendor traditionum, quod *Jemál-ed-dín Mohammed Aufi* Weziro *Nitzám-el-mulk Shems-ed-dín* persice collegit, et id postea bene meritus *Ahmed Ben Mohammed* [Hanefita], vulgo *Ibn Arabsháh* dictus et anno 854 (inc. 14. Febr. 1450) mortuus, jussu Sultani *Murád Khán II.*, cum ejus magister esset, in linguam turcicam transtulit. Idem fecerunt

ايضا مولانا نجاتى الشاعر المتوفى سنة ٩١٤ لشهزاده سلطان محمد خان والمولى صالح بن جلال المتوفى سنة ٩٧٣ بامر السلطان بايزيد بن سليمان خان ومنتخبه لمحمد بن اسعد بن عبد الله التسترى الحنفى وهو على اربعة اقسام كل قسم خمسة وعشرون بابًا ..٣٩ جامع الحكم والعلامة ٣٩.١ جامع الخيرات ٣٩.٢ جامع الدرر ٣٩.٣ جامع الدعآء للحافظ ابى منصور ٣٩.٤ جامع الدقآئق فى كشف الحقآئق فى المنطق للعلّامة نجم الدين ابى الحسن على بن عمر الكاتبى المتوفى سنة ٦٥٠ تقريبًا اوله حمدًا لله على توالى نعمه الخ وهو كتاب عظيم حاوٍ لاصوله وفروعه بحيث لا يشذّ عنه شيء وعليه شرح مسمّى بالكشف ٣٩.٥ جامع الرشيدى وهو عبارة عن مؤلّفات الخواجه رشيد الدين فضل الله الوزير وهى رسآئل من كلّ فنّ ومنها تأريخه المارّ ذكره وقد يطلق هذا على تأريخه فقط لكن الاصل كونه مجموع مؤلّفاته وقد رأيته فى مجلّد عظيم وعليه تقريظات فى نحو عشرة اجزآء استكتب نسخا واوقعها فى مدرسة

Molla noster *Nejáti* Poeta, anno 914 (inc. 2. Mai. 1508) mortuus, in commodum Sultani *Shahzádeh Mohammed Khán*, et Molla *Sálih Ben Jelál*, anno 973 (inc. 29. Jul. 1565) mortuus, jussu Sultani *Bayezíd Ben Soleimán Khán*. Potiora ejus *Mohammed Ben Asad Ben Abdallah Tusteri* Hanefita in epitome cum delectu edidit, quam in quatuor partes divisit, quibus singulis viginti quinque capita dedit. — 3900. Jámi' el-hokm we el-alámet, corpus judicii et indicii. — 3901. Jámi' el-kheirát, corpus bonorum. — 3902. Jámi' el-dorer, corpus margaritarum. — 3903. Jámi' el-doá, corpus precum, auctore Háfitz *Abu Mansúr*. — 3904. Jámi' el-decáïc, corpus subtilitatum de develando vero. Opus logicum, auctore doctissimo *Nejm-ed-dín Abu'lhasan Ali Ben Omar Kátibi*, circa annum 650 (inc. 14. Mart. 1252) mortuo. Hic liber magnus, qui ita incipit: Laudem Deo pro continua beneficiorum serie etc., illius doctrinae principia et partes speciales comprehendit, ita ut nihil ab eo alienum remaneat. Commentarium quoque ejus habemus *Keshf* inscriptum. — 3905. Jámi' El-Reshídi, corpus *Reshídii*, qui titulus operibus est Khojae *Reshíd-ed-dín Fadhlallah* Wezír. Tractatus sunt omnium scientiae generum. Historia quoque antea laudata huc pertinet, et interdum inscriptio illa in universum ejus historiam tantum indicat, attamen primum et proprie corpus significat ejus operum. Vidi librum magno volumine comprehensum. Encomia ejus scripserunt in decem fere fasciculis, illumque pluribus exemplis describendum curavit, inque collegio urbis Tebrís

ببلدة تبريز وعيّن لحافظه وناسخه وظآئف كما ذكره فى اوله ٣٩٠٦ جامع السير تركى لمحمد طاهر الصديقى السهروردى من اعيان القرن العاشر الّفه لبعض ولاة بغداد ورتّب على مقدّمة وستة ذخآئر وخاتمة ٣٩٠٧ جامع الشروح للمنظومة النسفيّة يأتى ٣٩٠٨ جامع الصحيح المشهور بصحيح البخارى للامام الحافظ ابى عبد الله محمد بن اسمعيل الجعفى البخارى المتوفى بخرتنك سنة ٢٥٦ وهو اول الكتب الستة فى الحديث وافضلها على المذهب المختار قال الامام النووى فى شرح مسلم اتّفق العلمآء على ان اصحّ الكتب بعد القرآن الصحيحان صحيح البخارى وصحيح مسلم وتلقّيهما الامّة بالقبول وكتاب البخارى اصحّهما صحيحًا واكثرهما فوآئد وقد صحّ انّ مسلمًا كان ممن يستفيد منه ويعترف بانّه ليس له نظير فى علم الحديث وهذا الترجيح هو المختار الذى قاله الجمهور ثمّ انّ شرطهما ان يخرجا الحديث المتّفق على ثقة نقلته الى الصحابى المشهور من غير اختلاف بين الثقات ويكون اسناده متّصلًا غير مقطوع وان كان للصحابى راويان فصاعدًا فحسن وان لم يكن له الّا راو واحد اذا صحّ الطريق الى

---

deposuit, et, qui eum vel memoriae mandavit vel descripsit, ut ipse in initio dicit, ei stipendia assignavit. — 3906. Jámi' el-siyer, corpus biographicum, quod *Mohammed Táhir Sadícki Soharawerdi*, vir seculi decimi spectatissimus, praefecto alicui Baghdádi turcice composuit, et in praefationem, sex thesauros et conclusionem digessit. — 3907. Jámi' el-shorúh, corpus commentariorum ad carmen *Nesefíyet*, de quo infra videatur. — 3908. Jámi' el-sahíh, corpus traditionum probarum nomine *Sahíh Bokhárí* celebratum, auctore Imám Háfitz *Abu Abdallah Mohammed Ben Ismaíl Jo'fi Bokhári*, *Khartenk*i anno 256 (inc. 9. Sept. 869) mortuo. Hic princeps est et praestantissimus sex de re traditionaria librorum nobilissimorum secundum opinionem omnibus probatam. Imám *Newewi* in commentario ad opus *Moslim*i: Viri docti, inquit, post Coranum libros verissimos utrumque *Sahíh* esse consentiunt, *Sahíh* scilicet *Bokhárí* et *Moslim*i, quos fideles cum assensu exceperunt, et *Bokhárí* liber sinceritate probatissima et utilitatis amplitudine *Moslim*i opus superat; et cognitum est etiam, *Moslim* inter eos fuisse, qui ex illo utilitatem perceperint, interque omnes constat, librum illum in scientia traditionaria nullum sibi similem habere, et summus hic principatus ei ex omnium sententia statuitur. Uterque autem scripsit hac conditione, ut traditiones eliceret et viri fide digni, qui eas nullo virorum fide dignorum repugnante ad socium notum referret, auctoritate comprobatas, et quarum auctoritas ad ipsum prophetam sine ulla intermissione rediret. Quodsi prophetae socius duos et plures habet relatores, eo melius, sin unum tantum, ad quem tamen via integra est, ejusmodi quoque traditiones

ذلك الراوى اخرجاه والجمهور على تقديم صحيح البخارى وما نقل عن بعض المغاربة من تفضيل صحيح مسلم محمول على ما يرجع الى حسن السياق وجودة الوضع والترتيب واما رجحانه من حيث الاتصال فلاشتراطه ان يكون الراوى قد ثبت له لقآء من روى عنه ولو مرّة واكتفى مسلم بمطلق المعاصرة واما رجحانه من حيث العدالة والضبط فلان الرجال الذين تكلم فيهم من رجال مسلم اكثر عددًا من رجال البخارى مع انّ البخارى لم يكثر من اخراج حديثهم واما رجحانه من حيث عدم الشذوذ والاعلال فما انتقد على البخارى من الاحاديث اقلّ عددًا ممّا انتقد على مسلم واما التى انتقدت عليهما فاكثرها لا يقدح فى اصل موضوع الصحيح فان جميعها وارد من جهة اخرى وقد علم انّ الاجماع واقع على تلقّى كتابيهما بالقبول والتسليم الّا ما انتقد عليهما والجواب عن ذلك على الاجماع انّه لا ريب فى تقديم الشيخين على أئمّة عصرهما ومن بعده فى معرفة الصحيح والعلل وقد روى الفربرى عن البخارى انّه قل ما

---

elicuerunt. Omnes *Bokhárii* librum *Sahíh* praeferunt, et quod ex auctoritate cujusdam Mauritani tradunt, *Sahíh Moslimi* praeferendum esse, id ad cursus orationis elegantiam et institutionis dispositionisque probitatem potest referri. Principatus autem, qui *Bokhário* ratione servatae ad prophetam usque continuae traditorum seriei habita tribuitur, ex conditione pendet, quam sibi imposuit, ut relator eum, ex cujus auctoritate referebat, certe, etiamsi semel tantum, vidisset. *Moslim* contra satis habuit, si modo cum illo in universum uno eodemque tempore vixerat. Quatenus deinde ob justam auctorum fidem et religionem in traditione bene animo tenenda priores ei deferuntur, id fit, quod traditionarii a *Moslimo* laudati, de quibus disputatur, numero traditionarios *Bokhárii* superant, praeterquam quod hic eorum traditiones haud saepe elicit Principatus denique, qui ei tribuitur, quatenus controversia caret cum auctore praevalente et vel levi vitio vituperationi obnoxio, traditiones, quae invito *Bokhári* tanquam sequiores secernuntur, pauciores numero sunt iis, quae invito *Moslimo* evitantur, et quae contra utriusque fidem secernuntur, harum plurimae in archetypo *Sahíh* primum descripto non dant vituperandi locum, omnes enim ab alia parte traditae sunt: omnes autem in utriusque libro cum laude excipiendo et confidenter admittendo consentire constat, illis exceptis, quae fide utriusque spreta rejiciuntur. Ad quod summatim hoc respondendum est, utrumque Sheikh sine ulla dubitatione Imamis sui et posterioris temporis in traditionum verarum et vitiosarum cognitione praeferendum esse. Et *Firabri* ipsum *Bokhári* dixisse ex ejus auctoritate narravit: Nullam ad

ادخلت فى الصحيح حديثًا الا بعد ان استخرت الله تعالى وثبت صحّته وكان مسلم يقول عرضت كتابى على ابى زرعة فكلّما اشار الىّ انّ له علّة تركته فاذا علم هذا و[قد] تقرّر انّهما لا يخرجان من الحديث الّا ما لا علّة له او له علّة الا انّها غير مؤثرة وعلى تقدير توجيه كلام من انتقد عليهما يكون كلامه معارضًا لتصحيحهما ولا ريب فى تقديمها فى ذلك على غيرهما فيندفع الاعتراض من حيث الجملة والتفصيل فى محلّه ثمّ اعلم انّه قد التزم مع صحة الاحاديث استنباط الفوائد الفقهيّة والنكت الحكميّة فاستخرج بفهمه الثاقب من المتون معانى كثيرة فرّقها فى ابوابه بحسب المناسبة واعتنى فيها بايات الاحكام وسلك فى الاشارات الى تفسيرها السبل الوسيعة ومن ثمّ اخلا كثيرًا من الابواب ذكر اسناد الحديث واقتصر على قوله فلان من النبى صلعم وقد يذكر المتن بغير اسناد وقد يورده متعلّقًا لقصد الاحتجاج لما ترجم له واشار للحديث لكونه معلومًا او سبق قريبًا ويقع فى كثير من ابوابه احاديث كثيرة وفى بعضها حديث واحد وفى بعضها آية من القرآن فقط وفى بعضها لا شىء فيه ذكر

Sahíh admisi traditionem, nisi postquam a Deo veniam petii, ejusque veritas stabilita est. *Moslim*: Librum meum, ajebat, *Alío Abu Zar'a* obtuli, et quotiescunque ille mihi ibi vitium indicavit, traditionem reliqui. Cum igitur hoc notum sit et confirmatum, illos nullam elicuisse traditionem, cui ullum vitium inesset, aut si quid vitii ei inesset, hoc nihil valeret. Et si variam eorum orationis interpretationem admittimus, qui contemta utriusque fide traditiones rejiciunt, oratio tamen eorum certae adversatur opinioni, eos vitiorum esse expertes, nec dubium est, quin in hac re omnibus aliis praeferendi sint. His argumentis igitur omnis oppositio ratione summae habita repellitur, de singulis autem partibus suo loco videbimus. Deinde scias, *Bokhárí*um praeter traditionum veritatem legem sibi scripsisse, ut fructuosas adnotationes juridicas et acute dicta philosophica cogitatione eliceret, et certe ingenii perspicacitate ex textus verbis sententias multas expromsit, quas in libri capita ex similitudinis lege distribuit, et simul in iis versus Corani statuta continentes curae habuit, adque horum explicationem indicandam vias iniit latissimas; quo factum est, ut in multis capitibus traditionum auctoritates omitteret et satis haberet dicere: Quidam auctore propheta haec tradit. Interdum textum sine ulla auctoritate habet, et interdum eum affert, quatenus studium argumento titulos inscriptos probandi spectat, et indicat tantum traditionem, quod vel cognita est vel modo laudata. In multa autem ejus capita traditiones multae cadunt, in alia una, in alia versus Corani tantum, in alia nihil omnino de re, in qua quaestio

ابو الوليد الباجى فى رجال البخارى انّه استنسخ البخارى من اصله الذى كان عند الفربرى فرأى اشيآء لم تتمّ واشيآء مبيّضة منها تراجم لم يثبت بعد شيًا واحاديث لم يترجم لها فاضاف بعض ذلك الى بعض قال وممّا يدلّ على ذلك انّ رواية المستملى والسرخسى والكشميهنى وابن زيد المروزى مختلفة بالتقديم والتأخير مع انّهم استنسخوا من اصل واحد وانّما ذلك بحسب ما قد رأى كلّ منهم وبين ذلك انك تجد ترجمتين واكثر من ذلك متّصلة ليس بينها احاديث وفى قول الباجى نظر من حيث انّ الكتاب قرئ على مؤلّفه ولا ريب انّه لم يقرأ عليه الّا مرتّبًا مبوّبًا فالعبرة بالرواية ثمّ انّ تراجم الابواب قد تكون ظاهرة وخفية فالظاهرة ان تكون دالّة بالمطابقة لما يورده وقد تكون بلفظ المترجم له او ببعضه او بمعناه وكثيرًا ما يترجم بلفظ الاستفهام وبامر ظاهر وبامر يختصّ ببعض الوقآئع وكثيرًا ما يترجم بلفظ يومى الى معنى حديث لم يصحّ على شرطه او يأتى بلفظ الحديث الذى لم يصحّ على شرطه صريحًا فى الترجمة ويورد فى الباب ما يؤدى معناه بامر ظاهر تارة وتارة بامر خفى

---

versatur. *Abu'lwelíd Báji* in libro de *Bokhárii* traditionariis narrat, se *Bokhárium* ex archetypo, quod apud *Firabri* exstiterit, descripsisse, et alias res nondum perfectas, alias puras vidisse, ut inscriptiones, cui infra nihil adscripserit, et traditiones, quibus nihil inscripserit. Hinc alia horum cum aliis conjunxit, et: Ex his, inquit, quae id probant, monendum est illud, traditionem *Mostemlii*, *Serakhsii*, *Keshmíheníi*, *Ibn Zeidi Merwezi* diversam esse, quod alia praemiserint, alia post posuerint, quanquam ex uno eodemque archetypo descripsissent. Hoc ex sola ratione explicandum est, qua quisque eorum rem esse putavit. Huc etiam pertinet, quod duos titulos invenis et plures etiam continuo insequentes, quibus nulla interposita est traditio. Disputari autem potest de eo, quod *Báji* dicit, quatenus ille liber coram auctore lectus sit, nec ullum est dubium, quin coram eo non nisi bene dispositus et in capita divisus sit lectus. Cautio igitur in traditione adhibenda est. Porro capitum tituli partim manifesti sunt, partim obscuri, et manifesti sunt, si congruentiam cum iis indicant, quae profert, et interdum ex ipsis traditionum verbis constant, quibus titulus inscribitur, sive ex earum parte, sive ad sensum, et saepe inscriptio talis est, ut interrogationem exprimat, et rem manifestam et rem, quae certos casus peculiariter spectat; saepe etiam tituli e dictione compositi sunt, quae sensum traditionis indicat, quae secundum legem auctoris praescriptam fidem certam non habet, sive traditionis verba, quae secundum legem impositam fide certa caret, in titulo diserte affert, et in capite ipso commemorat, quae sensum ejus modo manifeste modo occulte exprimunt, quasi

فكانّه يقول لم يصحّ فى الباب شىء على شرطى ولذا اشتهر من قول جمع من الفضلآء خفة البخارى فى تراجمه وللغفلة عن هذه الدقيقة اعتقد من لم يمعن النظر انّه ترك الكتاب بلا تبييض وبالجملة فتراجمه حيّرت الافكار وادهشت العقول والابصار وانّما بلغت هذه المرتبة لما روى انّه بيّضها بين قبر النبىّ صلعم ومنبره وانّه كان يصلّى لكلّ ترجمة ركعتين واما تقطيعه للحديث واختصاره واعادته فى الابواب فانّه كان يذكر الحديث فى مواضع ويستدلّ به فى كلّ باب باسناد اخر ويستخرج منه معنى يقتضيه الباب الذى اخرجه فيه وقلّ ما يورد حديثًا فى موضعين باسناد واحد ولفظ واحد وانّما يورده من طريق اخرى لمعان والتى ذكرها فى موضعين سندًا ومتنًا معادًا ثلاثة وعشرون حديثًا واما اقتصاره على بعض المتن من غير ان يذكر الباقى فى موضع آخر فانّه لا يقع له ذلك فى الغالب الّا حيث يكون المحذوف موقوفًا على الصحابى وفيه شىء قد يحكم برفعه فيقتصر على الجملة التى حكم لها بالرفع ويحذف الباقى

---

diceret: Secundum legem, quam praescribo, in capite nihil est, quod fide dignum sit, et hanc ob caussam multorum inter viros bene meritos dictum de levitate *Bokhárí* in titulis admissa divulgatum est. Et quoniam hanc rem parvam neglexerat, cujus mens rem non altius examinat, is *Bokhárí*um librum reliquisse credit haud nitide exscriptum. At quid multa? ejus inscriptiones obstupefaciunt cogitationem, mentesque et intellectus attonant, et hunc gradum eam tantum ob caussam consecutae sunt, quod illas inter prophetae sepulchrum ejusque suggestum nitide exscripsisse et pro quavis inscriptione duas sacras precationes cum capitis inclinatione fecisse traditur. — Quod porro traditiones amputat, contrahit et in diversis capitibus repetit, sane unam eandemque traditionem pluribus locis commemorabat, eaque singulis capitibus alia auctoritate interposita argumenti loco utitur et inde sensum elicit, quem caput postulat, ubi illam elicit, et raro tantum eandem traditionem duobus locis una auctoritate et iisdem verbis interpositis habet, eam enim ex alia via et auctoritate affert ob diversos sensus. Traditiones autem, quas duobus locis, repetitis eadem auctoritate et textu, affert, numero viginti tres sunt. Quando autem in afferenda textus parte acquiescit, ita ut alio loco cetera non commemoret, hoc ei plerumque non accidit, nisi ubi pars demta in auctoritate socii prophetae subsistit, verbisque nonnulla tantum insunt, quae ad prophetam revocanda esse judicantur. Itaque in propositionis parte acquiescit, quae ad prophetae auctoritatem referenda esse statuitur, et cetera demit, quod nullum illis est cum objecto libri commercium. Quod autem traditiones omissa hac et illa prima auctoritate (*moallacát*) profert ab hoc vel illo prophetae socio haud semper proxima auctoritate interposita

لانّه لا تعلّق له بموضوع كتابه وامّا ايراده الاحاديث المعلّقة مرفوعة وموقوفة فيوردها تارة مجزومًا بها كقال وفعل فلها حكم الصحيح وغير مجزوم كيروى ويذكر وتارة يوجد فى موضع اخر منه موصولًا وتارة معلّقًا فللاختصار او لكونه لم يحصل عنده مسموعًا او شكّ فى سماعه او سمعه مذاكرة وما لم يورده فى موضع آخر فمنه ما هو صحيح الّا انّه ليس على شرطه ومنه ما هو حسن ومنه ما هو ضعيف وامّا الموقوفات فانّه يجزم فيه بما صحّ عنده ولم يكن على شرطه ولا يجزم بما كان فى اسناده ضعف او انقطاع وانّما يورده على طريق الاستئناس والتقوية لما يختاره من المذاهب فى المسآئل التى فيها الخلاف بين الائمّة فجميع ما يورد فيه امّا ان يكون ممّا ترجم به او ممّا ترجم له فالمقصود فى هذا التأليف بالذات هو الاحاديث الصحيحة وهى التى ترجم لها والمذكور بالعرض والتبع الآثار الموقوفة والمعلّقة والآيات المكرمة فجميع ذلك ترجم به فقد ان موضوعه انّما هو للمسندات

---

laudatas, et in sociis subsistentes, ut ad prophetam ipsum referri non possint, eas modo ita laudat, ut earum auctoritas definite significetur, ut fit verbis „dixit“ et „fecit,“ unde eas veras esse judicari possit, et indefinite, ut verbis „traditur“ et „narratur.“ Modo traditiones alio loco allatae ita inveniuntur, ut earum auctoritas, etsi varia via, ad eundem testem adscendat, modo omissa hac et illa prima auctoritate; atque hoc brevitatis caussa factum est, sive quoniam apud se nihil auditi invenerat, sive eas audivisse dubitat, sive colloquendo audiverat. Quas alio loco non affert, eae vel verae et sanae sunt, nisi quod legi, quam auctor sibi scripsit, non respondent, vel probabiles, vel sublestae fidei. Quod denique traditiones attinet, quarum auctoritas ad socios prophetae tantum revocari potest, ille hic definite significat, quae secundum opinionem suam sanae et verae sunt nec tamen legi praescriptae conveniunt, et indefinite, quae propter auctoritatem fide non dignae sunt, aut ubi auctorum series intermissa est, easque tantum affert ob familiaritatem intercedentem, et ad corroborandas varias, quas amplexus est, sententias de quaestionibus, de quibus controversia est inter Imamos. Omnes autem traditiones, quas hic affert, vel tales sunt, ut inscribendo inserviant, vel tales, quibus inscribatur; at quae in hoc opere proprie spectantur, traditiones verae sunt et ita comparatae, ut iis titulus inscribatur. Quae autem praeterea casu et fortuito commemorantur et appositionis caussa, sunt illae traditiones, quarum auctoritas in prophetae sociis subsistit, quae omissa hac et illa prima auctoritate referuntur, et versus sancti, quae omnia solis inscriptionibus inserviunt. Ejus enim objectum nonnisi traditiones prophetae auctoritate confirmatas spectat, traditiones autem

والمعلّق ليس بمسند انتهى من مقدّمة فتح البارى ملخّصًا وامّا عدد احاديثه فقال ابن الصلاح سبعة آلاف ومأتان وخمسة وسبعون حديثًا بالاحاديث المكرّرة وتبعه النووى فذكرها مفصّلة وتعقّب ذلك الحافظ ابن حجر بابًا بابًا محرّرًا ذلك وحاصله انّه قال جميع احاديثه بالمكرّر سوى المعلّقات والمتابعات على ما حرّرته واتقنته سبعة آلاف وثلثمأة وسبعة وتسعون حديثًا والخالص من ذلك بلا تكرير الفا حديث وستمأة وحديثان واذا ضمّ له المتون المتعلّقة المرفوعة وهى مأة وتسعة وخمسون حديثًا صار مجموع الخالص الفى حديث وسبعمأة واحدى وستين حديثًا وجملة ما فيه من التعاليق الف وثلثمأة واحد واربعون حديثا واكثرها مكرّر وليس فيه من المتون التى لم تخرج من الكتاب ولو من طريق اخرى الّا مأة وستون حديثًا وجملة ما فيه من المتابعات والتنبيه على اختلاف الروايات ثلثمأة واربعة واربعون حديثا فجملة ما فيه بالمكرّر تسعة آلاف واثنان وثمانون

Moallacát dictae auctoritate illa carent. — Haec sunt, quae ex praefatione libri *Fat'h el-bári* summatim excerpsimus. — Numerus autem traditionum, teste *Ibn-elsaláh*, septem millia ducentas septuaginta quinque, inclusis traditionibus repetitis, explet, eumque *Newewi* secutus est traditiones per singulas partes recensens, et his vestigiis Háfitz *Ibn Hajr* ingressus est per singula capita ita, ut quaestionem recognosceret. Summa autem ejus verborum haec est: Omnes *Bokhárii* traditiones cum repetitis, at exemtis traditionibus *Moallacát* dictis et iis, quarum lectio ab uno tantum relata esse videbatur, cui tamen postea plures auctores inveniebantur, re bene examinata et certe cognita, sunt septem millia trecentae nonaginta septem. Pars autem earum mera, exceptis traditionibus repetitis, constat duobus millibus sexcentis duabus, et quando iis textus vel sensu vel verbis similes et huc spectantes adduntur, qui ab hoc vel illo prophetae socio proxima auctoritate haud semper interposita afferuntur, quorum centum quinquaginta novem sunt, tota summa partis traditionum merae efficit duo millia septingentas sexaginta unam. Deinde summa traditionum omissa hac et illa prima auctoritate raptim allatarum explet mille trecentas quinquaginta unam, maximum autem numerum efficiunt repetitae, et hic inter textus, qui non e libro eliciti sunt, etsi hoc alia sit via factum, non nisi centum sexaginta sunt traditiones. Summa autem traditionum, quarum lectio ab uno tantum relata esse perperam credebatur, et earum, quae ad indicandam relationum varietatem faciunt, trecentae quadraginta quatuor sunt, ita ut tota traditionum libri summa repetitis inclusis numerum novem millium octoginta

حديثا خارجًا عن الموقوفات على الصحابة والمقطوعات على التابعين وعدد كتبه مأة وشيء وابوابه ثلثة الاف واربعمأنة وخمسون بابًا مع اختلاف قليل وعدد مشايخه الذين خرج عنهم فيه مأتان وتسعة وثمانون وعدد من تفرّد بالرواية عنهم دون مسلم مأة واربعة وثلثون وتفرّد ايضا بمشايخ لم تقع الرواية عنهم لبقية اصحاب الكتب الخمسة الّا بالواسطة ووقع له اثنان وعشرون حديثًا ثلاثيّات الاسناد وامّا فضله فاجلّ كتب الاسلام وافضلها بعد كتاب الله تعالى كما سبق وهو اعلا اسنادًا للناس ومن زمنه يفرحون بعلوّ سماعه وروى عن البخارى انّه قال رأيت النبى صلعم وكانّنى واقف بين يديه وبيدى مروحة اذبّ عنه فسئلت بعض المعبّرين فقال لى انت تذبّ عنه الكذب فهو الذى حملنى على اخراج الجامع الصحيح وقال ما كتبت فى الصحيح حديثًا الّا اغتسلت قبل ذلك وصلّيت ركعتين وقال خرجته من نحو ستمأنة الف حديث وصنّفته ستة عشر سنة وجعلته حجة فيما بينى وبين الله وقال ما ادخلت فيه [حديثًا] الّا صحيحًا وما ادخلت فيه حديثًا حتى استخرت الله

---

duarum traditionum expleat praeter eas, quarum auctoritas in sociis subsistit et quae non nisi ad horum sodales referri possunt. — Librorum, in quos opus divisum est, centum sunt et quod excedit, ejusque capita tria implent millia quadringenta quinquaginta, exigua numeri diversitate non spectata. Sheikhorum autem, ex quibus in libro elicuit, ducenti sunt octoginta novem, et numerus eorum, quorum relationem semel tantum, *Moslim* autem omnino non excitavit, centum triginta quatuor est. Nonnullos etiam Sheikhos solus laudat, quorum relatio a ceteris librorum quinque canonicorum auctoribus non nisi via interjecta usurpata est, et viginti duas proponit traditiones, quae per trium relatorum seriem et auctoritatem ad legatum divinum referuntur. — Illustrissimus autem hic est librorum islamicorum, et post Coranum divinum, ut supra dictum est, illos omnes praestantia superat. Opus auctoritate sublimius hominibus non est, et a quo inde tempore in ejus possessione sunt, audienda excelsa ejus traditionum catena delectantur. *Bokhári* narrasse traditur hoc: Prophetam vidi in somnis, mihique coram illo stare visus sum manu flabellum tenens, quo ab eo muscas prohiberem. Quapropter cum ex interpretibus somniorum unum interrogarem: Tu mendacium, inquit, ab eo prohibebis. Atque haec est caussa, quae me ad eliciendum *El-Jámi El-Sahíh* impulit, nec ullam in *Sahíh* traditionem consignavi, antequam me non abluissem et duas *Rakaát* precatus essem. Eum ex sexcentis millibus traditionum elicui et sedecim annos in componendo consumsi, eumque testimonium feci inter me et Deum. Veras tantum traditiones ei inserui nec nisi licentia a Deo petita et duabus

تعالى وصلّيت ركعتين وتيقّنت صحّته وقال ابن ابى جمرة ان صحيح البخارى ما قرئ فى شدّة الا فرجت ولا ركب به فى مراكب فغرقت وكان مجاب الدعوة وقد دعى لقارئه فللّه درّه من تأليف رفع علم علمه بمعارف معرفته وتسلسل حديثه بهذا الجامع فاكرم بسنده العالى ورفعته واما روايته فقال الفربرى سمع صحيح البخارى من مؤلّفه تسعون الف رجل فما بقى احدٌ يرويه غيرى قال ابن حجر اطلق ذلك بناء على ما فى علمه وقد تأخّر بعده بتسع سنين ابو طلحة منصور بن محمد بن على بن قرينة البزدوى المتوفى سنة ٣٢٩ وهو اخر من حدّث عنه بصحيحه كما جزم به ابن ماكولا وغيره وقد عاش بعده ممّن سمع من البخارى القاضى الحسين بن اسمعيل المحاملى ببغداد فى آخر قدمة قدمها البخارى وقد غلط من روى الصحيح من طريق المحاملى المذكور غلطًا فاحشًا ومنهم ابرهيم بن معقل النسفى الحافظ وفاته منه قطعة من اخره رواها بالاجازة وتوفى سنة ٢٩٥ ولذلك قيل رواية ابرهيم انقص الروايات فانّها تنقص عن رواية الفربرى ثلثمأئة حديث قال ابن حجر هذا غير مسلم فانّهم انما قالوا

---

precationibus *Rakaát* factis veritateque earum certe cognita et explorata. *Ibn Abi Jamra*: *Sahíh Bokhárii*, inquit, in nulla calamitate legitur, quae non removeatur, neque unquam cum eo navibus vehitur, quae submergantur. Ejus preces sunt auditae, et pro libri lectoribus precatus est. Deus autem ei praemia det pro libro composito, qui doctrinae suae vexillum scientiae signis sustulit, ejusque traditiones in hoc corpore catenae aquae crystallinae instar defluunt, et quantum auctoritas traditionum excelsa ab eo allata et dignitas honoranda est! — *Firabri* librum *Sahíh* ex *Bokhári* auctore nonaginta virorum millia audivisse dicit, nec tamen ullus me excepto remansit, qui eum referret. At *Ibn Hajr* eum generatim tantum haec dixisse vult iis convenienter, quae scivit; etenim novem adhuc annos post eum *Abu Telha Mansúr Ben Mohammed Ben Ali Ben Carína Pezdewi*, anno 329 (inc. 6. Oct. 940) mortuus, vixit, qui ultimus fuit, qui *Sahíh* docebat ab auctore acceptum, ut definite id dicit *Ibn Makúlá* et alii. Inter eos, qui e *Bokhári* audiebant, post illum Cádhi *Hosein Ben Ismaíl Mehámili* Baghdádi vixit, cum ille ultimo tempore praeiret, et egregie erravit, qui *Sahíh* ex auctoritate *Mehámili* modo laudati refert, itemque Háfitz *Ibrahím Ben Ma'ckil Nesefi*, anno 295 (inc. 12. Oct. 907) mortuus, quem pars ejus in fine deficit, quam docendi impetravit licentiam; quam ob rem relatio *Ibrahími* omnium imperfectissima dicitur, ea enim trecentas traditiones minus habet *Firabrii* relatione. At *Ibn Hajr*: Haec minime, inquit, extra certamen posita sunt, illi enim non nisi

تقليدًا للحموى فانه كتب البخارى ورواه عن الفربرى وعدّ كل باب عنه ثم جمع الجملة وقلّده كلّ من جآء بعده نظرًا الى انّه راوى الكتاب وله به العناية وليس كذلك الّا انّ حماد بن شاكر فاته من آخر البخارى فوت فلم يروه فعدّوه فبلغ مأتى حديث فقالوا اروايته ناقصة عن رواية الفربرى وفات ابن معقل اكثر من حماد فعدّوه كما فعلوا فى رواية حماد ذكره البقاعى فى حاشية الالفية الى عنا حماد بن شاكر النسوى المتوفى فى حدود تسعين وفى روايته طريق المستملى والسرخسى وابى على بن السكن والكشميهنى وابى زيد المروزى وابى على بن شبوية وابى احمد الجرجانى والكشّانى وهو آخر من حدّث عن الفربرى وامّا الشرح فقد اعتنى الائمّة بشرح الجامع الصحيح قديمًا وحديثًا فصنّفوا له شروحًا منها شرح الامام ابى سليمان حمد بن محمد [بن ابرهيم بن خطاب السبتى] الخطابى المتوفى سنة ٣٨٨ وهو شرح لطيف فيه نكت لطيفة ولطآئف شريفة وسمّاه اعلام السنن اوله الحمد لله المنعم الخ ذكر فيه انّه لمّا فرغ عن تأليف معالم السنن ببلخ سأل اهلها ان يصنّف شرحًا فاجاب وهو

Hamawíi sententiam secuti loquuntur, qui *Bokhárium* transcripsit, eumque ex auctoritate *Firabrii* retulit et singula capita numeravit. Tum summam collegit, et omnes, qui postea venerunt, eum sunt imitati, esse eum libri relatorem et huic operam et curam impendisse respicientes. Res autem ita se habet. *Hemmád Ben Shákir* in fine *Bokhárii* partem omisit, nec tamen eam tradidit. Tum eam numerarunt, numerusque ducentas implebat traditiones. Hinc interrogarunt, num ejus relatio *Firabrii* relatione inferior esset, cum *Ibn Ma'ckilo* major pars de summa decederet, quam *Hemmádo*. Itaque defectum examinarunt, ut in examinanda *Hemmádi* relatione fecerant. Commemorat hoc *Becárī* in glossis ad *Alfiyam*. Hactenus *Hemmád Ben Shákir Nesewi*, circa annum 290 (inc. 5. Dec. 902) mortuus. Sequitur autem in traditione viam *Mostemlii*, *Serakhsii*, *Abu Alii Ben-elsakan*, *Keshmihenî*, *Abu Zeidi Merwezi*, *Abu Alii Ben Shebbúba*, *Abu Ahmedis Jorjáni*, *Keshávi*, qui ultimus eorum fuit, qui traditiones docebant a *Firabri* acceptas. — Imámi autem antiquiore et recentiore tempore in explicando *El-Jámi' El-Sahih* curam posuerunt, ut commentarios ejus conficerent, ut Imám *Abu Soleimán Hamd Ben Mohammed* [*Ben Ibrahim Ben Khattáb Sebti*] *Khattábi*, anno 388 (inc. 3. Jan. 998) mortuus, cujus commentarius *Ilám el-sonen* inscriptus elegans est et ingeniosas subtilesque adnotationes et facetias nobiles continet. Incipit ita: Laus Deo benigno etc., et auctor narrat, cum *Balkhi* opus *Meálim el-sonen* absolvisset, ejus incolas abs se petiisse, ut commentarium componeret. Annuit et

فى مجلّد واعتنى الامام محمد التميمى بشرح ما لم يذكره للخطابى مع التنبيه على اوهامه وكذا ابو جعفر احمد بن سعيد الداودى وهو ممّن ينقل عنه ابن التين وشرح المهلب بن ابى صفرة الازدى وهو ممّن اختصر الصحيح واختصر شرح المهلب لتلميذه ابى عبيد الله محمد بن خلف بن المرابط وزاد عليه فوائد ولابن عبد البرّ الاجوبة على المسائل المستغربة من البخارى سئل عنها المهلّب وكذا لابى محمد بن حزم عدّة اجوبة عليه وشرح ابى الزناد سراج وشرح الامام ابى الحسن على بن خلف الشهير بابن بطال المغربى المالكى المتوفى سنة وغالبه فقه الامام مالك من غير تعرّض لموضوع الكتاب غالبًا وشرح ابى حفص عمر بن الحسن ابن عمر العوزى الاشبيلى المتوفى سنة وشرح ابى القاسم احمد بن محمد بن عمر بن ورد التميمى المتوفى سنة وهو واسع جدًا وشرح الامام عبد الواحد بن التين بتآء مثناة ثمّ يآء السفاقسى المتوفى سنة وشرح الامام ناصر الدين على بن محمد بن المنير الاسكندرانى المتوفى سنة وهو كبير فى نحو عشر مجلّدات وله حواشى على شرح ابن بطال وله ايضا كلام على التراجم سمّاه المتوارى ومنها شرح ابى الاصبع عيسى بن سهل بن عبد الله الاسدى المتوفى سنة

---

commentarium volumine comprehensum edidit. Tum Imám *Mohammed Temími* iis explicandis operam impendit, quae *Khattábi* non commemoraverat, ita ut simul ejus errores significaret. Idem fecit *Abu Ja'far Ahmed Ben Said Dawudi*, a quo *Ibn-eltín* sua depromsit — porro *Mohalleb Ben Abi Sofra Azdi*, qui cum aliis *Sahíh* in epitomen contraxit — Hunc *Mohallebi* commentarium *Abu Obeidallah Mohammed Ben Khalaf Ben-elmorábit* discipulus ejus abbreviavit, eumque adnotationibus utilibus auxit, et *Ibn Abd-el-berr* refutationem quaestionum a *Bokhári* alienarum edidit, quas *Mohalleb* posuerat, eumque simili modo *Abu Mohammed Ben Hazm* pluribus locis refutavit — deinde *Abu'lzinád Serráj* — Imám *Abu'lhasan Ali Ben Khalaf Maghribi* Malikita, vulgo *Ibn Bettál* dictus et anno ... mortuus, cujus commentarius maximam partem jus Imami *Málik* tractat et plerumque ita, ut objectum libri non tangat — *Abu Hafs Omar Ben-elhasan Ben Omar Auzi Ishbíli*, anno ... mortuus — *Abu'lcásim Ahmed Ben Mohammed Ben Omar Ben Werd Temími*, anno ... mortuus, cujus commentarius late patet — Imám *Abd-el-wáhid Ben-eltín Sefácósi*, anno ... mortuus — Imám *Násir-ed-dín Ali Ben Mohammed Ben-elmonír Iskenderáni*, anno ... mortuus, cujus commentarius magnus est et decem circiter volumina complectitur. Idem glossas edidit ad commentarium *Ibn Bettáli*, et dissertationem de inscriptionibus, quam titulo *Motewári* insignivit — *Abu'lasba' Isa Ben Sahl Ben Abdallah Asedi*, anno ... mortuus —

وشرح الامام قطب الدين عبد الكريم بن عبد النور [ابن مسير] الحلبى الحنفى المتوفى سنة ٧٣٥ وهو الى نصفه فى عشر مجلّدات وشرح الامام الحافظ علآء الدين مغلطاى بن قليج التركى المصرى [الحنفى] المتوفى سنة ٧٦٢ وهو شرح كبير سمّاه التلويح وهو شرح بالقول اوله الحمد لله الذى ايقظ من خلقه الخ قال صاحب الكواكب وشرحه بتتميم الاطراف اشبه وتصحيف تصحيح التعليقات امثل وكأنه من اخلآئه مقاصد الكتاب على ضمان ومن شرح الفاظه وتوضيح معانيه على امان ومختصر شرح مغلطاى لجلال الدين رسولا بن احمد التبانى المتوفى سنة ٧٦٣ وشرح العلّامة شمس الدين محمد بن يوسف بن على الكرمانى المتوفى سنة ٧٨٦ وهو شرح وسط مشهور بالقول جامع لفوآئد الفوآئد وزوآئد الفرآئد وسمّاه الكواكب الدرارى اوله الحمد لله الذى انعم علينا بجلآئل النعم ودقآئقها الخ ذكر فيه انّ علم الحديث افضل العلوم وكتاب البخارى اجلّ الكتب نقلًا واكثرها تعديلًا وضبطًا وليس له شرح مشتمل على كشف بعض ما يتعلّق منه فضلًا عن كلّه فشرح الالفاظ اللغويّة ووجه

Imám *Cotb-ed-dín Abd-el-kerím Ben Abd-el-núr* [*Ben Mosayyer*] *Halebi* Hanefita, anno 735 (inc. 1. Sept. 1334) mortuus, cujus commentarius usque ad dimidium tantum pertinet et decem volumina continet — Imám Háfitz *Alá-ed-dín Maghletái Ben Ckilij Turki Misri* [Hanefita], anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuus, cujus commentarius *Telwíh* inscriptus magnus est, et ea tantum textus verba habet, quae explicat. Incipit ita: Laus Deo, qui evigilat, quem creavit etc. Auctor libri *Kewákib*: Commentarius ejus, inquit, magis conveniens est supplemento indicis traditionum et vitiationi emendationis adnotationum similior, et quasi consilia libri relinquere in se suscepisset et a verbis archetypi exponendis et sententiis declarandis alienus esset. Hujus commentarii a *Maghletái* editi epitomen *Jelál-ed-dín Resúlá Ben Ahmed Tebbáni*, anno 793 inc. 9. Dec. 1390) mortuus, composuit — porro doctissimus *Shems-ed-dín Mohammed Ben Yusuf Ben Ali Kermáni*, anno 786 (inc. 24. Febr. 1384) mortuus, cujus commentarius, *El-Kewákib El-Derári* inscriptus et satis celebratus, medii est ambitus. Ea textus verba habet adjecta, quae explicantur, et utilissimas continet adnotationes et additas gemmas pretiosas. Incipit ita: Laus Deo, qui in nos beneficia maxima et subtilissima confert etc. Auctor scientiam traditionariam omnium esse praestantissimam dicit et librum *Bokhárii* librorum traditione illustrissimum rectaque auctorum justitiae aestimatione et religione in traditione memoriae mandanda amplissimum, nec ullum nactum esse commentarium, qui partem expositionis rerum huc spectantium contineret, nedum ut totum complecteretur. Itaque voces lexicographice commentatus est, flexiones

الاعاريب النحويّة البعيدة وضبط الروايات واسمآء الرجال والقاب الرواة ووفق بين الاحاديث المتنافية وفرغ عنه بمكة سنة ٧٧٥ لكن قال الحافظ ابن حجر فى الدرر الكامنة وهو شرح مفيد على اوهام فيه فى النقل لانّه لم يأخذ الا من الصحف انتهى وشرح ولده تقى الدين يحيى ابن محمد الكرمانى المتوفى سنة استمدّ فيه من شرح ابيه وشرح ابن الملقن واضاف اليه من شرح الزركشى وغيره وما سنح له من حواشى الدمياطى وفتح البارى والبدر وسمّاه بجمع البحرين وجواهر الحبرين وهو فى ثمانية اجزآء كبار بخطّه وشرح الامام سراج الدين عمر بن على ابن الملقن الشافعى المتوفى سنة ٨٠٤ وهو شرح كبير فى نحو عشرين مجلّدًا اوله ربنا آتنا من لدنك رحمة الاية احمد الله سبحانه وتعالى على توالى انعامه الخ قدّم فيه مقدّمة مهمّة وذكر انّه حصر المقصود فى عشرة اقسام فى كلّ حديث وسمّاه شواهد التوضيح قال السخاوى اعتمد فيه على شرح شيخه مغلطاى والقطب وزاد فيه قليلا قال ابن حجر وهو فى اوّائله اقعد منه فى اواخره بل هو من نصفه الباقى قليل الجدوى

---

finales grammaticas easque difficiles vario modo probare studet, relationes varias, traditionariorum nomina, relatorumque cognomina honorifica accurate describit, et traditiones discrepantes inter se conciliat. Eum Mekkae anno 775 (inc. 23. Jun. 1373) absolvit. Attamen Háfitz *Ibn Hajr* in opere *El-Dorer El-Káminet* hunc commentarium utilem appellat, licet errores ei insint in iis, quae aliunde depromsit; ea enim nonnisi ex foliis scriptis repetiit. Haec ille — *Tacki-ed-dín Yahya Ben Mohammed Kermáni* ejus filius, anno ... mortuus, qui in commentario multa ex patris et *Ibn Molckini* commentariis assumsit, quibus varia e commentariis *Zerkeshi* aliorumque et ea addidit, quae se ipsi e glossis *Dimyáti* et commentariis *Fat'h-elbári et Bedr-ed-dini* obtulerant. Commentario inde enato, qui octo fasciculos amplos sua manu scriptos continet, titulum dedit *Jam'o el-bahrein we Jewáhir el-habrein* — Imám *Siráj-ed-dín Omar Ben Ali Ibn-elmolckin* Shafiita, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus, cujus commentarius magnus viginti circiter volumina continet et ita incipit: „Domine noster, affer nobis a conspectu tuo misericordiam.“ Laudo Deum venerandum pro continua ejus beneficiorum serie etc. Commentario praefationem praemisit magni momenti, et in singulis traditionibus se propositum in decem partibus comprehendisse dicit, commentariumque *Shewáhid el-taudhih* inscripsit. Teste *Sekháwi* commentariis doctoris sui *Maghletái* et *Cotb-ed-dini* innixus est iisque pauca addidit, et, ut *Ibn Hajr* dicit, ab initio longius ab illis abest, quam in fine, quid? quod in dimidia parte reliqua haud

انتهى وشرح العلامة شمس الدين ابى عبد الله محمد بن عبد الدائم [ابن موسى] البرماوى الشافعى المتوفى سنة [٨٣١] وهو شرح حسن فى اربعة اجزآء سمّاه اللامع الصبيح اوله الحمد لله المرشد الى الجامع الصحيح الخ ذكر فيه انّه جمع بين شرح الكرمانى باختصار وبين التنقيح للزركشى بايضاح وتنبيه ومن اصوله ايضا مقدّمة فتح البارى ولم يبيض الّا بعد موته وشرح الشيخ برهان الدين ابرهيم بن محمد الحلبى المعروف بسبط ابن العجمى المتوفى سنة ٨٤١ وسمّاه التلقيح لفهم قارئ الصحيح وهو بخطّه فى مجلّدين وفيه فوآئد حسنة ومختصر هذا الشرح للامام الكاملية محمد بن محمد الشافعى المتوفى سنة ٨٧٤ وكذا التقط منه الحافظ ابن حجر حيث كان يجلب ما ظنّ انّه ليس عنده لكونه لم يكن معه الّا كراريس يسيرة من الفتح ومن اعظم شروح البخارى شرح الحافظ العلامة شيخ الاسلام ابى الفضل احمد ابن على ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ وهو فى عشرة اجزآء ومقدّمة فى جزء وسمّاه فتح البارى اوله الحمد لله الذى شرح صدور اهل الاسلام بالهدى الخ ومقدّمته على عشرة فصول

---

multae est utilitatis. Haec ille — doctissimus *Shems-ed-dín Abu Abdallah Mohammed Ben Abd-el-dáïm* [*Ben Musa*] *Bermáwi* Shafiita, anno [831 (inc. 22. Oct. 1427)] mortuus, cujus commentarius elegans, *El-Lámi' El-Sabíh* inscriptus, quatuor fasciculos continet et ita incipit: Laus Deo, qui ad *El-Jámi' El-Sahíh* bene dirigit etc. Auctor se hic commentarium *Kermánii* his illis resectis et *Tenckíh Zerkeshíi*, ubi explanat et monet, conjunxisse narrat. Ex ejus fontibus primariis praefatio quoque est commentarii *Fat'h el-bári*, attamen opus post ejus mortem demum nitidius exscribebatur — Sheikh *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Mohammed Halebi*, vulgo *Sibt Ibn-elajemi* dictus et anno 841 (inc. 5. Jul. 1437) mortuus, cujus commentarius, qui manu auctoris scriptus duo volumina explet, titulum habet *Telckíh li fahm cári El-Sahíh*, et adnotationes utiles et pulchras continet. Epitomen hujus commentarii Imamus sectae *Kámiliye Mohammed Ben Mohammed* Shafiita, anno 874 (inc. 11. Jul. 1469) mortuus, edidit. Item Háfitz *Ibn Hajr* meliora ejus excerpsit, cum, quae sibi praesto non esse opinabatur, corraderet, propterea quod non nisi paucos decem foliorum fasciculos commentarii *Fat'h* secum habebat. Inter amplissimos enim *Bokhárii* commentarios ille est, quem Háfitz doctissimus Sheikh-el-islám *Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuus, edidit. Praeter praefationem, quae fasciculum explet, decem fasciculos continet, et *Fat'h el-bári* inscriptus est. Incipit ita: Laus Deo, qui corda fidelium doctrina recta dilatavit etc., et praefatio,

سماه هدى الساری وشهرته وانفراده بما يشتمل عليه من الفوآئد الحديثيّة والنكات الادبيّة والفرآئد الفقهيّة تغنى عن وصفه سيما وقد امتاز بجمع طرق الحديث التى ربّما يتبيّن من بعضها ترجيح احد الاحتمالات شرحًا واعرابًا وطريقته فى الاحاديث المكرّرة انّه يشرح فى كلّ موضع ما يتعلّق بمقصد البخارى يذكره فيه ويحيل بباقى شرحه على المكان المشروح فيه وكذا ربّما يقع له ترجيح احد الاوجه فى الاعراب او غيره من الاحتمالات او الاقوال فى موضع وفى موضع آخر غيره الى غير ذلك ممّا لا طعن عليه بسببه بل هذا امر لا ينفك عنه من الائمة وكان ابتدآء تأليفه فى اوآئل سنة ٨١٧ على طريق الاملآء بعد ان كملت مقدّمته فى مجلّد ضخم فى سنة ٨١٣ وسبق منه الوعد للشرح ثمّ صار يكتب بخطّه شيئًا فشيئًا فيكتب الكراس ثمّ يكتبه جماعة من الائمة المعتبرين ويعارض بالاصل مع المباحثة فى يوم من الاسبوع وذلك بقرأة العلّامة ابن حضر فصار السفر لا يكمل منه الّا وقد قوبل وحرّر الى ان

---

titulo *Hodá el-sári* insignita, in decem sectiones divisa est. Cum gloria magna floreret, et solus adnotationes contineret scientiae traditionariae utiles, ingeniose dicta philologica et indicia singularia juridica, descriptione accuratiore supersedere possumus. Etenim inprimis insignis est indicata omnium traditionum viarum copia, quarum partem saepe ita exponit, ut inter varias, quae commentatione et flexionum finalium expositione admitti possunt, conjecturas praevalens significetur. Ratio autem, quam in traditionibus repetitis inivit, ea est, ut quovis loco ea tantum explicet, quae consilium spectant, cujus caussa *Bokhári* eas hic commemoravit, et pro reliqua parte explicanda lectorem ad locum relegat, ubi ejus explicatio invenitur. Ita saepe factum est, ut hoc loco inter varias rationes, quas viri docti in explicandis flexionibus finalibus, vel in aliis conjecturis placitis sive dictis secuti sunt, unam praeferret, et alio loco alteram, et quae sunt reliqua eorum, ob quae in vituperium non incidit. Haec potius res est, qua ceteri Imami supersedere non possunt. Incepit autem ejus compositionem initio anni 817 (inc. 23. Mart. 1414) dictando, praefatione in volumine crasso anno 813 (inc. 6. Mai. 1410) absoluta et promisso commentarii componendi antea facto. Tum manu sua unam partem post alteram exarabat, et fasciculum decem foliorum finitum plures Imami spectabiles statim transcribebant, et aliquo septimanae die apographa cum archetypo altercatione interposita comparabant, quod lectione doctissimi *Ibn Hadhr* fiebat, ita ut tomus vixdum perfectus simul jam collatus esset

انتهى فى اول يوم من رجب سنة ٨٤٢ سوى ما الحقه فيه بعد ذلك فلم ينته الا قبيل وفاته ولمّا تمّ عمل مصنّفه وليمة عظيمة لم يتخلّف وجوه المسلمين الّا نادرًا بالمكان المسمى بالتاج والسبع فى يوم السبت ثانى شعبان سنة ٨٤٢ وقرئ المجلس الاخير هنا حضرة الائمّة كالقايانى والوفائى والسعد الديرى وكان المصروف على الوليمة المذكورة نحو خمسمأئة دينار فطلبه ملوك الاطراف بالاستكتاب واشترى بنحو ثلثمأئة دينار وانتشر فى الافاق ومختصر هذا الشرح للشيخ ابى الفتح محمد بن الحسين المراغى المتوفى سنة ٨٥٩ ومن الشروح المشهورة ايضا شرح العلامة بدر الدين ابى محمد محمود بن احمد العينى الحنفى المتوفى سنة ٨٥٥ وهو شرح كبير ايضا فى عشرة اجزآء وازيد وسمّاه عمدة القارى اوله الحمد لله الذى اوضح وجوه معالم الدين الخ ذكر فيه انه لمّا دخل الى البلاد الشماليّة قبل الثمانمأئة مستصحبًا فيه هذا الكتاب ظفر هناك من بعض مشايخه غرآئب النوادر المتعلّقة بذلك ثم لمّا عاد الى مصر شرحه وهو بخطّه فى احد وعشرين مجلّدا بمدرسته التى انشأها بحارة كتامة

---

et recognitus, donec ad finem perveniebatur primo die mensis Rejeb anni 842 (inc. 24. Jun. 1438), exceptis iis, quae postea adjecit, nec nisi paulo ante auctoris mortem finitus est. Quo facto hic epulum magnificum apparavit, cui perpauci Mohammedanorum spectabilium deerant, loco *El-Táj we El-Seb'o* appellato die Saturni, qui secundus erat mensis Shabán anni 842 (inc. 24. Jun. 1438). Ultimus autem consessus, quo liber legebatur, ibi coram Imamis tenebatur spectatissimis, ut *Cáyáni*, *Wefáyi*, *Sa'd Deiri*, atque in epulum commemoratum quingenti circiter erogabantur nummi aurei. Principes autem variorum tractuum commentarii apographa describenda curabant descriptaque quaerebant. Apographa haec trecentis fere nummis aureis vendebantur, et longe lateque divulgabantur. Epitomen hujus commentarii Sheikh *Abu'lfat'h Mohammed Ben-elhosein Merághi*, anno 859 (inc. 22. Dec. 1454) mortuus, edidit. Porro commentarios illustres composuerunt doctissimus *Bedr-ed-dín Abu Mohammed Mahmúd Ben Ahmed Aini* Hanefita, anno 855 (inc. 3. Febr. 1451) mortuus, cujus commentarius magnus, *Omdet el-cári* inscriptus, pariter decem fasciculos et plures comprehendit, et incipit ita: Laus Deo, qui praeclara religionis signa manifesta reddidit etc. Narrat hic, cum terras septentrionales ingressus esset ante annum 800 (inc. 24. Sept. 1397) illum librum secum portans, ibi se a quodam doctorum suorum adnotationes singulares et raras nactum esse illuc spectantes. Tum in Aegyptum reversus commentarium, qui sua manu scriptus viginti unum volumen explebat, in collegio composuit, quod

بالقرب من الجامع الازهر وشرع فى تأليفه فى اواخر شهر رجب سنة ٨٢١ وفرغ منه فى نصف الثلث الاول من جمادى الاولى سنة ٨٤٧ واستمدّ فيه من فتح البارى بحيث ينقل منه الورقة بكمالها وكان يستعيره من البرهان ابن حضر باذن مصنّفه وتعقبه فى مواضع وطوّله بما تعمد الحافظ ابن حجر حذفه من سياق الحديث بتمامه وافراد كلّ من تراجم الرواة بالكلام وتباين الانساب واللغات والاعراب والمعانى والبيان واستنباط الفوآئد من الحديث والاسئلة والاجوبة وحكى انّ بعض الفضلآء ذكر لابن حجر ترجيح شرح العينى بما اشتمل عليه من البديع وغيره فقال بديهة هذا شىء نقله من شرح لركن الدين وقد كنت وقفت عليه قبله ولكن تركت النقل منه لكونه لم يتمّ انّما كتب منه قطعة وحشيت من تعبى بعد فراغها فى الارسال ولذا لم يتكلّم العينى بعد تلك القطعة بشىء من ذلك انتهى فبالجملة فان شرحه حافل كامل فى معناه لكن لم ينتشر كانتشار فتح البارى من حيوة مؤلّفه وعلّم جرّا ومنها شرح الشيخ ركن الدين احمد بن محمد [بن عبد المؤمن] القريمى المتوفى سنة ٧٨٣

---

in vico *Kutámet* prope ad templum primarium *Azhar* exstruxerat. Inceperat autem eum ultimis diebus mensis Rejeb anni 821 (inc. 8. Febr. 1418) conscribere, et medio primo triente mensis Jomádi primi anni 847 (inc. 1. Mai. 1443) finivit. Ibi commentarium *Fat'h el-bári* ita expilavit, ut tota folia inde transcriberet. Mutuabat eum a *Borhán-ed-dín Ibn Hadhr* permittente auctore, hujusque vitia multis locis insectatus est, et opus suum additis iis nimis amplificavit, quae Háfitz *Ibn Hajr* demere sibi proposuerat, ut est textus traditionum completus, dissertatio separata de singulis relatorum vitis, tractatio sejuncta genealogiarum, voces dialectorum, flexiones finales, sententiae, doctrina expositionis, adnotationes utiles e traditionibus elicitae, quaestiones, responsa. Virum quendam bene meritum cum *Ibn Hajr* de praemio praestantiae commentario *Ainí* eam ob caussam tribuendo locutum esse narrant, quod artem ornate dicendi aliasque res contineat. Cui ille ex tempore respondit: Hae sunt res, quas e commentario *Rokn-ed-díni* repetiit. Ego vero ante eum hunc librum inspexeram, attamen inde assumere omisi, quod eum non ad finem adduxerat. Etenim non nisi fragmentum scripsit, hocque absoluto altius spiritum duxi prae defatigatione ob ea omnia, quae effuderat; et hanc ob caussam *Aini* post illud fragmentum nihil amplius illarum rerum commemorat. Haec ille. — Ejus commentarius, ut uno verbo dicam, copiosus est et in suo genere perfectus, attamen minime auctore adhuc vivo et ad hunc usque diem ita divulgatus est, ut commentarius *Fat'h el-bári* — porro Sheikh *Rokn-ed-dín Ahmed Ben Mohammed* [*Ben Abd-el-mumin*] *Chirími*, anno 783

وهو الذى ذكره ابن حجر فى الجواب عن تفضيل شرح العينى آنفًا وشرح بدر الدين محمد ابن [بهادر بن] عبد الله الزركشى الشافعى المتوفى سنة ٧٩٤ وهو شرح مختصر فى مجلّد اوله الحمد لله على ما عمّ بالانعام الخ قصد فيه ايضاح غريبه واعراب غامضه وضبط نسب او اسم يخشى فيه التصحيف منتخبًا من الاقوال اصحّها ومن المعانى اوضحها مع ايجاز العبارة والرمز بالاشارة والحاق فوآئد يكاد يستغنى اللبيب عن الشروح لانّ اكثر الحديث ظاهر لا يحتاج الى بيان كذا قال وسمّاه التنقيح وعليه نكت للحافظ ابن حجر المذكور وهى تعليقة بالقول ولم تكمل وللقاضى محبّ الدين احمد بن نصر الله البغدادى [الحنبلى المتوفى سنة ٨٤٤] نكت ايضا على تنقيح الزركشى ومنها شرح العلّامة بدر الدين محمد بن ابى بكر الدمامينى المتوفى سنة ٨٢٨ وسمّاه مصابيح الجامع اوله الحمد لله الذى جعل فى خدمة السنة النبوية اعظم سيادة الخ ذكر انّه ألّفه للسلطان احمد شاه بن محمد بن مظفر من ملوك الهند وعلّقها على ابواب منه

(inc. 28. Mart. 1381) mortuus, qui idem est, quem *Ibn Hajr*, cum de commentario *Ainí* aliis praeferendo responderet, modo laudabat — *Bedr-ed-dín Mohammed Ben* [*Behádir Ben*] *Abdallah Zerkeshi* Shafiita, anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuus, cujus commentarius brevis uno volumine comprehenditur, et ita incipit: Laus Deo, quod beneficia omnibus promiscue tribuit etc. Rariora libri hic explicare, occulta clare et distincte exponere, et genealogias sive nomina, in quorum lectione errorem timet, accurate describere studet, ita tamen, ut dictorum verissima et sententiarum clarissimas cum delectu excerpat, verborum brevitati serviat, indicia paucis significet adnotationesque utiles adjiciat, et sic ex sententia sua vir quisque cordatus commentariis fere carere possit. Plurimas enim sententias tam claras et manifestas esse, ut expositione iis non opus sit. Ad hunc commentarium *Tenckíh* inscriptum Háfitz *Ibn Hajr* laudatus adnotationes ingeniosas scripsit, ut ea tantum textus verba adderet, quae explicabat, nec tamen adnotationem hanc absolvit. Cádhi *Mohibb-ed-dín Ahmed Ben Nasrallah Baghdádi* [Hanbalita, anno 844 (inc. 2. Jun. 1440) mortuus], pariter adnotationem subtilem ad *Tenckíh Zerkeshí* edidit — doctissimus *Bedr-ed-dín Mohammed Ben Abi Bekr Demámíni*, anno 828 (inc. 23. Nov. 1424) mortuus, cujus commentarius, *Mesábíh El-Jámi'* inscriptus, ita incipit: Laus Deo, qui in ministerio Sunnae propheticae maximum principatum posuit etc. Auctor narrat, se librum Sultano *Ahmed Sháh Ben Mohammed Ben Motzaffer* regi Indiae composuisse, eumque adnotationem esse voluit ad capita et loca archetypi, quae rariora, flexiones finales

ومواضع تحتوى على غريب واعراب وتنبيه [قلت لم يذكر الدماميني فى ديباجة شرحه هذا الذى نقله المؤلّف قال فى آخر نسخة قديمة كان انتهآء هذا التأليف بزهد من بلاد اليمن قبل ظهور يوم الثلثآء العاشر من ربيع الاول سنة عشرين وثمانمأئة على يد مؤلّفه محمد بن ابى بكر بن عمر بن بكر المخزومى الدماميني انتهى] وشرح الحافظ جلال الدين عبد الرحمن ابن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ وهو تعليق لطيف قريب من تنقيح الزركشى سمّاه التوشيح على الجامع الصحيح اوله الحمد لله اجزل المنّة الخ وله التوشيح ايضا ولم يتمه وشرح الحافظ زين الدين عبد الرحمن بن احمد بن رجب الحنبلى المتوفى سنة ٧٩٥ وهو شرح قطعة من اوله ايضا سمّاه فتح البارى [قلت وصل الى كتاب الجنآئز قاله عقد الجوهر المنضد فى طبقات متأخّرى اصحاب احمد] وشرح الامام محيى الدين يحيى بن شرف النووى المتوفى سنة ٦٧٦ وهو شرح قطعة من اوله الى آخر كتاب الايمان ذكر فى شرح مسلم انه جمع له جملا مشتملة على نفآئس من انواع العلوم وشرح الحافظ عماد الدين اسمعيل بن عمر ابن كثير الدمشقى المتوفى

---

et excitationem contineant. [At *Demámíni* in praefatione hujus commentarii ea, quae *Haji Khalfa* ex illa hic refert, non commemorat. In fine exempli veteris haec habet: Absolutum est hoc opus in urbe Yemenensi *Zahd* ante adventum feriae tertiae die decimo mensis Rebí' I. anni 820 (inc. 18. Febr. 1417) manu auctoris *Mohammed Ben Abi Bekr Ben Omar Ben Bekr Mahdzúmi Demámíni.* Haec ille] — Háfitz *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, cujus adnotatio elegans, *Tewshíh ala El-Jámi' El-Sahíh* inscripta, praestantia prope ad *Tenckíh Zerkeshíi* accedit, et ita incipit: Laus Deo, qui in conferenda benevolentia liberalem se praebet etc. Idem commentarium *Tershíh* edidit, eum tamen imperfectum reliquit — Háfitz *Zein-ed-dín Abd-el-rahman Ben Ahmed Ben Rejeb Hanbali*, anno 795 (inc. 17. Nov. 1392) mortuus, qui pariter fragmentum tantum ab initio libri explicuit, commentariumque *Fat'h el-bári* inscripsit. [Ad librum *Jenáïz* (de funeribus) pervenit, et adnotationem *Icd el-jewher el-monadhdhet fi tabacát moteakhkhirín as'háb Ahmed* appellavit] — Imám *Mohyi-ed-dín Yahya Ben Sheref Newewi*, anno 676 (inc. 4. Jun. 1277) mortuus, cujus commentarius partem ab operis initio ad finem libri *Imán* (de fide) complectitur. In commentario, quem ad *Moslimi* corpus traditionum edidit, se in hunc librum propositiones collegisse dicit, quae pretiosa doctrinarum genera contineant — Háfitz *Imád-ed-dín Ismaíl Ben Omar Ibn Kethír Dimeshcki*,

سنة ٧٧٤ وهو شرح قطعة من اوله ايضا وشرح العلّامة سراج الدين عمر بن رسلان البلقينى الشافعى المتوفى سنة ٨٠٥ وهو شرح قطعة من اوله ايضا الى كتاب الايمان فى نحو خمسين كراسة وسمّاه فيض الجارى وشرح العلّامة مجد الدين ابى طاهر محمد بن يعقوب الفيروزابادى الشيرازى المتوفى سنة ٨١٧ سمّاه منح البارى بالسنح الفسيح الجارى كمل ربع العبادات منه فى عشرين مجلّدًا وقدر تمامه فى اربعين مجلدًا ذكر السخاوى فى الضوء اللامع انّ التقى الفاسى قال فى ذيل التقييد انّ المجد لم يكن بالماهر فى الصنعة الحديثيّة وله فيما يكتبه من الاسانيد اوهام وامّا شرحه على البخارى فقد ملاه من غرآئب المنقولات سيما من الفتوحات المكيّة وقل ابن حجر فى انبآء الغمر لما اشتهر باليمن مقالة ابن العربى ودعى اليها الشيخ اسمعيل الجبرتى صار الشيخ يدخل فيه من الفتوحات ما كان سببًا لشين الكتاب عند الطاعنين عنه قال ولم اكن اتّهم بها لانه كان يحاجب المداراة وكان الناشرى يبالغ فى الانكار على اسمعيل ولمّا اجتمعت بالمجد اظهر لى انكار مقالات ابن العربى ورأيته يصدق بوجود رتن وينكر قول الذهبى

---

anno 774 (inc. 3. Jul. 1372) mortuus, qui pariter partem tantum ab initio commentatus est — doctissimus *Siráj-ed-dín Omar Ben Raslán Bolckeini* Shafiita, anno 805 (inc. 1. Aug. 1402) mortuus, cujus commentarius, *Feidh el-jári* inscriptus, similem partem ab initio ad librum *Imán* (de fide) complectitur, et circiter quinquaginta decem foliorum fasciculos explet — doctissimus *Majd-ed-dín Abu Táhir Mohammed Ben Yacúb Firuzábádi Shirázi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuus, qui commentarium *Manh el-bári bi'lsonh el-fesíh el-mojári* inscripsit. Quartam tantum sectionis de cultus divini officiis partem in viginti voluminibus absolvit, totum autem opus quadraginta volumina explesset. *Sekháwi* in *El-Dhu El-Lámi' Tacki-ed-dín*um *Fási* in appendice ad *El-Tecyíd* dixisse narrat, *Majd-ed-dín* non ita in arte traditionaria versatum esse, et in parte, ubi de auctoritatibus scripserit, in errores incidisse. Commentarium autem ad *Bokhári* miris et singularibus locis aliunde, praesertim e *Fotúhát Mekkiyet* assumtis implevit. *Ibn Hajr* in *Inbá el-ghomr:* Cum, inquit, in Yemana tractatus *Ibn-elarabí* innotuisset, et Sheikh *Ismaíl Jebreti* ad eum legendum invitaret, hic doctor ei multa e *Fotúhát* ingesserat, quae efficiebant, ut liber apud obtrectatores ignominia notaretur. Adjungit et haec: Eum, inquit, de hac re suspectum non habui, cum fraudem bene tegeret. *Náshiri* autem vehementissime *Ismaíl*em improbabat, et cum *Majd-ed-dín*um convenirem, dicta *Ibn-elarabí* se aegre ferre mihi monstravit, eumque verum dicere de mixtione obvia inveni. *Dzehebí*um quoque

فى الميزان انّه لا وجود له وذكر انه دخل قريته ورأى ذريته وهم مطبقون على تصديقه انتهى وذكر ابن حجر انه رأى القطعة التى كملت فى حياة مؤلّفه قد اكلتها الارضة بكمالها بحيث لا يقدر على قرأة شىء منها وشرح الامام ابى الفضل [محمد الكمال بن محمد بن احمد] النويرى خطيب مكة [المتوفى سنة ٨٧٣] وهو شرح مواضع منه وشرح العلامة ابى عبد الله محمد بن احمد بن مرزوق التلمسانى المالكى شارح البردة المتوفى سنة ٨٤٢ وسمّاه المتاجر الربيح والمسعى الرجيح ولم يكمل ايضا وشرح العارف القدوة عبد الله بن سعد بن ابى جمرة [بالجيم] الاندلسى وهو على ما اختصره من البخارى [وهو خمسمأئة حديث] وسمّاه بهجة النفوس وغايتها بمعرفة ما لها وما عليها وشرح برهان الدين ابرهيم النعمانى الى اثنآء الصلوة ولم يف بما التزمه وشرح الشيخ ابى البقآء محمد بن على بن خلف الاحمدى [المصرى] الشافعى نزيل المدينة وهو شرح كبير ممزوج وكان ابتدآء تأليفه فى شعبان سنة ٩٠٩ اوله لله واجب الوجود الخ ذكر انّه جعله كالوسيط برزخا بين الوجيز والبسيط ملخّصا من

---

improbavit, quod in opere *Mizán el-itidál* mixtionem illam exstare negaverat. Narrat etiam se ejus urbem intrasse, stirpemque gentis summo consensu ejus veracitatem praedicantes vidisse. Haec ille. Deinde *Ibn Hajr* se partem conspexisse dicit auctore adhuc vivo absolutam, quam totam tinea rosisset, ut ne minima quidem ejus portio legi posset — Imám *Abu'lfadhl* [*Mohammed Kemál-ed-dín Ben Mohammed Ben Ahmed*] *Noweiri* Mekkae Concionator, [anno 873 (inc. 22. Jul. 1468) mortuus], cujus commentarius nonnullos tantum ejus locos tractat — doctissimus *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Ben Merzúc Tilimsáni* Malikita, carminis *Borda* interpres anno 842 (inc. 24. Jun. 1438) mortuus, qui commentarium *El-Muttejir El-Rebíh we El-Mos'i El-Rejíh* inscripsit, nec tamen eum absolvit — vir gnarus et recti exempli *Abdallah Ben Sa'd Ben Abi Jamra Andalusi*, cujus commentarius ea complectitur, quae e *Bokhári* excerpsit, [sunt autem quingentae traditiones], et *Behjet el-nofús we ghayátoha bi ma'rifet ma lehá we ma aleiha* appellavit — *Borhán-ed-dín Ibrahím No'máni*, qui ad medium librum precationis progressus est, nec officium explevit, quo se obstrixerat — Sheikh *Abu'lbecá Mohammed Ben Ali Ben Khalaf Ahmedi* [*Misri*] Shafiita Medinae inquilinus, cujus commentarius magnus est, textumque admixtum habet, et ita incipit: Laus Deo necessario existenti etc. Auctor eum mense Sha'bán anni 909 (inc. 26. Jun. 1503) componere incepit, et se eum ad instar operis *Wesít* medium esse voluisse narrat inter *El-Wejíz* et *El-Besít* eo, quod e commentariis

شروح المتأخّرين كالكرمانى وابن حجر والعينى وشرح جلال الدين البكرى الفقيه الشافعى المتوفى سنة وشرح الشيخ شمس الدين محمد بن محمد الدلجى الشافعى المتوفى سنة [٩٥٠] كتب قطعة منه وشرح العلامة زين الدين عبد الرحيم بن عبد الرحمن بن احمد العباسى الشافعى المتوفى سنة ٩٦٣ رتّبه على ترتيب عجيب واسلوب غريب فوضعه كما قال فى ديباجته على منوال مصنّف ابن الاثير وبناه على مثال جامعه وجرّده من الاسانيد راقما على هامشه بازآء كل حديث حرفًا او حروفا يُعْلَم بها من وافق البخارى على اخراج ذلك الحديث من اصحاب الكتب الخمسة جاعلًا اثر كلّ كتاب منه بابًا لشرح غريبه واضعًا للكلمات العربيّة بهيئتها على هامش الكتاب موازيا لشرحها وقرظ له عليه البرهان بن ابى شريف وعبد البرّ ابن شحنه والرضى الغزى وترجمان التراجم لابى عبد الله محمد بن عمر بن رشيد الفهرى السبتى المتوفى سنة ٧٢١ وهو على ابواب الكتاب ولم يكمله وحلّ اعتراضات البخارى المبهمة فى الجمع بين الحديث والترجمة وهى مأئة ترجمة للفقيه ابى عبد الله محمد بن منصور بن حمامة المغراوى

---

recentiorum, ut *Kermánii*, *Ibn Hajri*, *Ainii*, potiora excerpsisset — *Jelál-ed-dín Bekri* Jurisconsultus Shafiiticus, anno ... mortuus — Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Deleji* Shafiita, anno [950 (inc. 6. Apr. 1543)] mortuus, partem tantum commentarii scriptam reliquit — doctissimus *Zein-ed-dín Abd-el-rehím Ben Abd-el-rahman Ben Ahmed Abbási* Shafiita, anno 963 (inc. 16. Nov. 1555) mortuus, qui commentarium secundum miram dispositionem et rationem singularem digessit. Ut enim in praefatione ornatiori dicit, eum ad exemplar operis *Ibn-el-athíri* instituit, illius libri *Jámi'* descriptionem fundamentum sui commentarii fecit, auctoritatibus eum nudavit, ad marginem e regione singularum traditionum literam sive literas notavit, quibus ii significantur, qui in his traditionibus ex quinque corporum traditionum auctoribus eliciendis cum *Bokhári* consentiunt, cuivis *Bokhárii* libro caput in fine subjecit, in quo res ejus singulares commentatus est, et verba arabica forma propria ad marginem libri e regione eorum explicationis posuit; quapropter *Borhán-ed-dín Ben Abi Sherif*, *Abd-el-berr Ibn Shehneh*, *Redhí-ed-dín Ghazzi* laudibus eum praedicarunt — *Abu Abdallah Mohammed Ben Omar Ben Reshíd Fihri Sebti*, anno 721 (inc. 31. Jan. 1321) mortuus, „Interpretem inscriptionum *(Terjomán el-terájim)*“ edidit, quem ad libri capita disposuit, nec tamen absolvit. Dubia obscura, quibus *Bokhári* in traditionibus cum inscriptionibus, quarum centum sunt, conciliandis sibi contradicere videtur, *Abu Abdallah Mohammed Ben Mansúr Ben Hemáma Maghráwi*

السنجلماسى المتوفى سنة وانتقاض الاعتراض لشيخ الكلام الحافظ ابن حجر المذكور سابقًا
بحث فيه عمّا اعترض عليه العينى فى شرحه لكنه لم يجب عن اكثرها ولكن كان يكتب
الاعتراضات ويبيّضها ليجيب عنها فاخترمته المنية اوله اللهم انى احمدك الخ ذكر فيه انّه
لمّا اكمل شرحه كثر الرغبات فيه من ملوك الاطراف فاستنسخت نسخة لصاحب المغرب ابى
فارس عبد العزيز وصاحب المشرق شاهرخ وللملك الظاهر فحسده العينى وادعى الفضيلة عليه
فكتب فى ردّه وبيان غلطه فى شرحه واجاب برمز ح وع الى الفتح واحمد والعينى والمعترض
وله ايضا الاستبصار على الطاعن المعثار وهو صورة فتيا عما وقع فى خطبة شرح البخارى
للعينى وله الاعلام بمن ذكر فى البخارى من الاعلام ذكر فيه احوال الرجال المذكورين فيه
زيادة على ما فى تهذيب الكمال وله ايضا تعليق التعليق ذكر فيه تعاليق احاديث الجامع
المرفوعة وآثاره الموقوفة والمتابعات ومن وصلها باسانيدها الى الموضع المعلّق وهو كتاب حافل

Sijilmási Jurisconsultus, anno ... mortuus, in libro *Hall itirádhát El-Bokhári* explicare studet. Háfitz *Ibn Hajr* doctor metaphysicae modo laudatus librum *Inticádh el-itirádh* edidit, in quo de iis quaerit, quae *Aini* in commentario *Bokhário* opposuerat, eaque dissolvere studet, attamen ad maximam eorum partem non respondet. At ea, quae ille opposuerat, e commentario excerpebat et nitidius exscribebat, ut refutaret, morte autem interceptus est. Incipit ita: O Deus, ego te laudo etc., et auctor, commentarium quum absolvisset, multos eum provinciarum principes exoptasse narrat. Hinc factum est, ut exempla principi Occidentis *Abu Fáris Abd-el-azíz* et principi Orientis *Sháhrokh* et regi *Tzáhir* describerentur, quod *Aini* ei invidit, et contra illum sibi priores arrogavit. Itaque ad eum confutandum demonstrandosque errores in commentario obvios scripsit, et siglis *Ha* et *Ain* de opere *Fat'h Ahmed*eque et de *Aíni* opereque *Moteridh* respondit. Idem tractatum *Istibsár ala el-táïn el-mithár*, qui responsum juridicum de iis continet, quae in praefatione commentarii ab *Aini* in *Bokhári* editi leguntur, et Notitiam *(Ilám)* antesignanorum edidit, qui in *Bokhári* commemorantur. Describit hic traditionariorum in eo laudatorum conditionem supplementi loco ad ea, quae in *Tehdzíb el-kemál* leguntur. Denique *Ta'líc el-ta'líc* composuit, in quo traditiones corporis *Jámi'* omissa hac et illa prima auctoritate ita allatae, ut ab ipso prophetae socio haud semper proximum testimonium interponeretur, et effata tradita in sociis subsistentia, et quae ab uno tantum relata esse perperam credebantur,

عظيم النفع فى بابه لم يسبقه اليه احد ولخّصه فى مقدمة الفتح فحذف الاسانيد ذاكرًا من خرجه موصولًا وقرظ له عليه العلّامة المجد صاحب القاموس قيل هو اول تأليفه اوله الحمد لله الذى من تعلق اسباب طاعته فقد اسند امره الى العظيم الخ قال تأمّلت ما يحتاج اليه طالب العلم من شرح البخارى فوجدته ثلاثة اقسام ا فى شرح غريب الفاظه وضبطها واعرابها ب فى صفة احاديثه وتناسب ابوابها ج وصل الاحاديث المرفوعة والآثار الموقوفة المعلّقة وما اشبه ذلك من قوله تابعه فلان ورواه فلان فبان لى ان الحاجة الى وصل المنقطع ماسّة فجمعت وسمّيته تعليق التعليق لانّ اسانيده كانت كالابواب المفتوحة فغلقت انتهى وفرغ من تأليفه سنة ٨٠٧ لكن قال فى انتقاضه انّه كمل سنة ٨٠٤ ولعلّ ذلك تأريخ التسويد ومن شروح البخارى شرح الفاضل شهاب الدين احمد بن محمد الخطيب القسطلانى المصرى الشافعى

---

et ii commemorantur, qui traditiones cum auctoritatibus ad locum perducunt, ubi proximus testis excidit. Liber est copiosus et magnae in suo genere utilitatis, cui nullus alius praeferendus est. Potiora ejus in praefatione commentarii *El-Fat'h* omissis auctoritatibus excerpsit, et eos tantum laudat, qui traditiones ita eliciunt, ut ad auctorem proximum perducantur. Hujus operis caussa laudibus auctorem doctissimus *Majd-ed-dín Camúsi* auctor effert. Primum autem ejus opus esse dicitur, et incipit ita: Laus Deo, qui ei, qui caussas obedientiae suae suspendit, nec rem suam nisi ad Supremum retulit etc. Consideravi, inquit, ea, quae in libro *Bokhárii* studioso scientiae necessario interpretanda sunt, eaque in tribus generibus constare inveni — in commentatione verborum rariorum, eorum orthographia et flexione finali — in traditionum qualitate et earum capitum proportione — in junctura traditionum a sociis prophetae relatarum et effatorum, quorum auctoritas omisso hoc et illo primo teste in prophetae sociis subsistit, et quae similia sunt ex iis, quae dicit: „Quidam hanc traditionem, quae ab uno tantum relata esse credebatur, pariter refert," et „Quidam eam refert." Praeterea mihi junctura continuae traditorum seriei hoc vel illo traditore omisso intercisae grave negotium esse apparuit. Itaque librum collegi, illumque *Ta'lic el-ta'lic* (i. e. porta clausa traditionum hac et illa prima auctoritate omissa relatarum) inscripsi; traditionum enim auctoritates portis apertis similes sunt, quae clauduntur. Haec ille. Tractatum anno 807 (inc. 10. Jul. 1404) absolvit; attamen in suo *Inticádh* se eum anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) confecisse dicit, nisi fortasse eum hoc anno primis literis consignavit. In interpretibus *Bokhárii* numeratur etiam bene meritus *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed El-Khatíb El-Casteláni Misri* Shafiita, libri

صاحب المواهب اللدنيّة المتوفى سنة ٩٢٣ وهو شرح كبير ممزوج فى نحو عشرة اسفار كبار اوله الحمد لله الذى شرح بمعارف عوارف السنة النبويّة الخ قال فيه بعد مدح الفنّ والكتاب طال ما خطر لى ان اعلّق عليه شرحًا امزجه فيه مزجًا اميّز فيه الاصل من الشرح بالحمرة ليكون كاشفًا بعض اسراره مدركًا باللمحة موضحًا مشكله مفيدًا مهمله وافيًا بتعليق تعليقه كافيًا فى ارشاد السارى الى طريق تحقيقه فشمرت ذيل العزم وأتيت بيوت التصنيف من ابوابها واطلقت لسان القلم بعبارات صريحة لخّصتها من كلام الكبرآء ولم اتحاش من الاعادة فى الافادة عند الحاجة الى البيان ولا فى ضبط الواضح عند علمآء هذا الشان قصد النفع للخاص والعام فدوّنت شرحًا اشرقت عليه من شرفات هذا الجامع مع اضوآء نوره اللامع واختفت منه كواكب الدرارى وكيف لا وقد فاض عليه النور من فتح البارى انتهى اراد بذلك انّ شرح ابن حجر مندرج فيه وسمّاه ارشاد السارى وذكر فيه مقدّمته فصولا هى لفروع قواعد هذا

El-Mewáhib El-Ladoníyet auctor anno 923 (inc. 24. Jan. 1517) mortuus, cujus commentarius magnus circiter decem tomos amplos complectitur, textum admixtum habet, et ita incipit: Laus Deo, qui cognitionibus eorum, qui Sunnam propheticam probe tenent, commentatur etc. Auctor ibi laudatis scientiae genere et libro: Longum est, inquit, ex quo mihi ad *Bokhári* commentarium conscribere in animum induxi, cui textum admiscerem, in quo archetypum a commentario atramento rubro distinguerem, ut arcana nonnulla detegerem, res levi uno intuitu attingerem, difficultates illustrarem, inusitata accuratius significarem, traditiones hac illa prima auctoritate omissa relatas ad fidem rei exprimerem, et viam aperirem eum perfecte ducentem, qui *Sahíh* diligenter cognoscere studeret. Syrma firmi propositi sustuli, domus compositionis per justas portas intravi, apice calami dictiones distinctas libere expressi, quas potiorem partem e sermone magnorum virorum excerpsi, nec alienus fui a repetitione in sensu plene efferendo, cum clariore expositione opus esset, nec in rebus distinctis, quae apud viros hujus scientiae gnaros leguntur, firmiter mandandis, utilitatem peculiarem et communem spectans. Commentarium igitur composui, super quem ab hujus Mesquitae (*Já'mi'*) pinnis luminis ejus fulgentis splendores nitorem diffundunt, et prae quo stellae lucentes latent. Et quidni? Lumen enim e commentario *Fat'h el-bári* super eum se effudit. Haec ille, quibus nihil aliud significare voluit, nisi commentarium *Ibn Hajri* suo ingestum esse, quem *Irshád el-sári* inscripsit. Commemorat ibi etiam illius praefationem

الشرح اصول وقد لخّصت ما فيها من اوصاف كتاب البخارى وشروحه الى هنا مع ضمّ
ضميمة هى فى جيد كلّ شرح كالتتميمة وذلك مبلغه من العلم ولكن للبخارى متعلّقات اخرى
اوردناها تتميمًا لما ذكره وتنبيها على ما فات عنه او اهمله وله اسئلة على البخارى الى اثناء
الصلوة وله تحفة السامع والقارى بختم صحيح البخارى ذكره السخاوى فى الضوء اللامع ومن
شروح البخارى شرح الامام رضى الدين حسن بن محمد الصغانى الحنفى صاحب المشارق
المتوفى سنة ٦٥٠ وهو مختصر فى مجلّد وشرح الامام عفيف الدين سعيد بن مسعود الكازرونى
الذى فرغ منه فى شهر ربيع الاول سنة ٧٦٦ بمدينة شيراز وشرح المولى الفاضل احمد بن
اسمعيل بن محمد الكورانى الحنفى المتوفى سنة ٨٩٣ وهو شرح متوسّط اوله الحمد لله الذى
اوقد من مشكوة الشهادة الخ وسمّاه الكوثر الجارى على رياض البخارى ردّ فى كثير من
المواضع على الكرمانى وابن حجر وبيّن مشكل اللغات وضبط اسمآء الرواة فى موضع
الالتباس وذكر قبل الشروع سيرة النبىء صلعم اجمالا ومناقب المصنّف وتصنيفه

---

per sectiones, quibus tanquam principiis partes regularum hujus commentarii primariarum speciales nituntur, et qualitates libri *Bokhárii*, quae in illa consignantur, et commentarios ad hoc usque tempus editos potiorem partem ita excerpsi, ut nonnulla adderem, quae in quovis commentario praestante optimum quasi sunt praesidium. Hoc est summum commentarii fastigium, quod e scientia consecutus est. Attamen alia etiam *Bokhário* sunt glossarum corpora, quae non nisi ad complenda ea protulimus, quae commemorat, et ad ea demonstranda, quae illum effugerant aut quae omiserat. Idem Quaestiones ad *Bokhári* usque ad medium librum de precatione edidit, et tractatum *Tohfet el-sámi' we el-cári* (Coronis *Sahíhi Bokhárici* audienti et legenti dono oblata), quem *Sekháwi* in *El-Dhu El-Lámi'* laudat — porro Imám *Redhí-ed-dín Hasan Ben Mohammed Saghání* Hanefita, auctor operis *Mesháric* anno 650 (inc. 14. Mart. 1252) mortuus, cujus commentarius contractus est, et unum tantum volumen comprehendit — Imám *Afif-ed-dín Said Ben Mes'úd Kazerúni*, qui commentarium in urbe Shiráz mense Rebí' I. anni 766 (inc. 28. Sept. 1364) absolvit — Molla bene meritus *Ahmed Ben Ismaíl Ben Mohammed Kuráni* Hanefita, anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuus, cujus commentarius medii ambitus est, et ita incipit: Laus Deo, qui e fenestella testimonii accendit etc. Inscriptus est *El-Kewther El-Jári ala Riyádh El-Bokhári*, ibique auctor multis locis *Kermánium* et *Ibn Hajr* refutat, difficultates dictionum e dialectis sumtarum explicat, nomina relatorum, ubi dubitari poterat, vocalibus convenientibus consignat, et antequam rem ipsam aggreditur, vitam prophetae summatim, egregiasque

وفرغ عنه فى جمادى الاولى سنة ٨٧٤ بادرنه وشرح الامام زين الدين ابى محمد عبد الرحمن ابن ابى بكر ابن العينى الحنفى المتوفى سنة ٨٩٣ وهو فى ثلاث مجلّدات كتب الصحيح على هامشه وشرح ابى ذر احمد بن ابرهيم ابن السبط الحلبى المتوفى سنة ٨٨٤ لخّصه من شروح ابن حجر والكرمانى والبرماوى وسمّاه التوضيح للاوهام الواقعة فى الصحيح وشرح الامام فخر الاسلام على بن محمد البزدوى الحنفى المتوفى سنة ٤٨٢ وهو شرح مختصر وشرح الامام نجم الدين ابى حفص عمر بن محمد النسفى الحنفى المتوفى سنة ٥٣٧ سمّاه كتاب النجاح فى شرح كتاب اخبار الصحاح ذكر فى اوله اسانيده عن خمسين طريقًا الى المصنّف وشرح الشيخ جمال الدين محمد بن عبد الله بن مالك النحوى المتوفى سنة ٦٧٢ وهو شرح لمشكل اعرابه سمّاه شواهد التوضيح والتصحيح لمشكلات الجامع الصحيح وشرح القاضى مجد الدين اسمعيل ابن ابرهيم البلبيسى المتوفى سنة ٨١٠ وشرح القاضى زين الدين عبد الرحيم بن الركن احمد المتوفى سنة ٨٩٤ وشرح غريبه لابى الحسن محمد بن احمد الجيانى النحوى المتوفى سنة ٥٤٠

---

auctoris et ejus operis virtutes laudat. Librum Adrianopoli mense Jomádi I. anni 874 (inc. 11. Jul. 1469) absolvit — Imám *Zein-ed-dín Abu Mohammed Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Ibn-elaini* Hanefita, anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuus, cujus commentarius tria volumina complectitur, et librum *Sahíh* margini adscriptum habet — *Abu Dzarr Ahmed Ben Ibrahím Ibn-elsibt Halebi*, anno 884 (inc. 25. Mart. 1479) mortuus, qui e commentariis *Ibn Hajri*, *Kermánî* et *Bermáwî* suum potiorem partem excerpsit, eumque *El-Taudhíh lil ewhám el-wáckiat fi El-Sahíh* appellavit — Imám *Fakhr-el-islám Ali Ben Mohammed Pezdewi* Hanefita, anno 482 (inc. 16. Mart. 1089) mortuus, cujus commentarius inter contractiores est — Imám *Nejm-ed-dín Abu Hafs Omar Ben Mohammed Nesefi* Hanefita, anno 537 (inc. 27. Jul. 1142) mortuus, qui commentarium *Kitáb el-nejáh fi sharh kitáb akhbár el-sahháh* inscripsit, et ab initio libri auctoritates quinquaginta variis viis usque ad auctorem relatas commemorat — Sheikh *Jemál-ed-dín Mohammed Ben Abdallah Ben Málik* Grammaticus, anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuus, cujus commentarius *Shewáhid el-taudhíh we el-tes'híh li mushkilát El-Jámi' El-Sahíh* inscriptus de difficultatibus agit in flexionibus finalibus obviis — Cádhi *Majd-ed-dín Ismaíl Ben Ibrahím Bolbeisi*, anno 810 (inc. 8. Jun. 1407) mortuus — Cádhi *Zein-ed-dín Abd-el-rehím Ben-elrokn Ahmed*, anno 864 (inc. 28. Oct. 1459) mortuus — *Abu'lhasan Mohammed Ben Ahmed Jayyáni* Grammaticus, anno 540 (inc.

وشرح القاضى ابى بكر محمد بن عبد الله ابن العربى المالكى الحافظ المتوفى [بفاس] سنة ٥٤٣ وشرح الشيخ شهاب الدين احمد بن رسلان المقدسى الرملى الشافعى المتوفى سنة ٨٤٤ وهو فى ثلاث مجلّدات وشرح الامام عبد الرحمن الاعدل اليمنى المسمى بمصباح القارى وشرح الامام قوام السنة ابى القاسم اسمعيل بن محمد الاصفهانى الحافظ المتوفى سنة ٥٣٥ ومن التعليقات على بعض مواضع من البخارى تعليقة المولى لطف الله بن الحسن التوقاتى المقتول سنة ٩٠٠ وهى على اوائله وتعليقة العلّامة شمس الدين احمد بن سليمان ابن كمال پاشا المتوفى سنة ٩٤٠ وتعليقة المولى فضيل بن على الجمالى المتوفى سنة ٩٩١ وتعليقة مصلح الدين مصطفى بن شعبان السرورى المتوفى سنة ٩٩٩ وهى كبيرة الى قريب من النصف وتعليقة مولانا حسين الكفوى المتوفى سنة ١٠١٢ ولكتاب البخارى مختصرات غير ما ذكر منها مختصر الشيخ الامام جمال الدين ابى العباس احمد بن عمر الانصارى القرطبى المتوفى سنة ٦٥٦ بالاسكندريّة اوله الحمد لله الذى خصّ اهل السنة بالتوفيق الخ ومختصر الشيخ الامام زين الدين ابى العباس احمد بن احمد بن

---

24. Jun. 1145) mortuus, cujus commentarius rariora tantum libri tractat — Cádhi *Abu Bekr Mohammed Ben Abdallah Ibn-elarabi* Malikita Háfitz, [Fessae] anno 543 (inc. 22. Mai. 1148) mortuus — Sheikh *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Raslán Mocaddesi Ramli* Shafiita, anno 844 (inc. 2. Jun. 1440) mortuus, cujus commentarius e tribus voluminibus constat — Imám *Abd-el-rahman Ahdal Yemeni*, vulgo *Misbáh el-cári* dictus — Imám *Ckiwám-elsonnet Abu'lcásim Ismaíl Ben Mohammed Isfaháni* Háfitz, anno 535 (inc. 17. Aug. 1140) mortuus. — Adnotationes ad nonnullos tantum *Bokhárii* locos ediderunt Molla *Lutfallah Ben-elhasan Tocáti*, anno 900 (inc. 2. Oct. 1494) interfectus, cujus adnotatio initium tractat — doctissimus *Shems-ed-dín Ahmed Ben Soleimán Ibn Kemálpasha*, anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuus — Molla *Fodheil Ben Ali Jemáli*, anno 991 (inc. 15. Jan. 1583) mortuus — *Moslih-ed-dín Mustafa Ben Sha'bán Sorúri*, anno 969 (inc. 11. Sept. 1561) mortuus, cujus adnotatio opus satis magnum est et ad mediam prope libri partem progreditur — Molla noster *Hosein Kefewi*, anno 1012 (inc. 1. Jun. 1603) mortuus. — Epitomas libri *Bokhárii* praeter eas, quae jam laudatae sunt, confecerunt Sheikh et Imám *Jemál-ed-dín Abu'labbás Ahmed Ben Omar Ansári Cortubi*, Alexandriae anno 656 (inc. 8. Jan. 1258) mortuus, cujus epitome ita incipit: Laus Deo, qui Sunnitas auxilio propitio peculiariter ornavit etc. — Sheikh et Imám *Zein-ed-dín Abu'labbás Ahmed Ben Ahmed Ben*

عبد اللطيف الشرجى الزبيدى المتوفى سنة ٨٩٣ جرّد فيه احاديثه وسمّاه تجريد الصريح لاحاديث الجامع الصحيح اوله الحمد لله البارئ المصوّر الخ حذف فيه ما تكرّر وجمع ما تفرّق فى الابواب لانّ الانسان اذا اراد ان ينظر الحديث فى اى باب لا يكاد يهتدى اليه الّا بعد جهد ومقصود المصنّف بذلك كثرة طرق الحديث وشهرته قال النووى فى مقدّمة شرح مسلم انّ البخارى ذكر الوجوه فى ابواب متباعدة وكثير منها يذكره فى غير بابه الذى يسبق اليه الفهم انّه اولى به فيصعب على الطالب جمع طرقه قال وقد رأيت جماعة من الحفاظ المتأخّرين غلطوا فى مثل هذا فنفوا فى رواية البخارى احاديث هى موجودة فى صحيحه انتهى فجرّده من غير تكرار محذوف الاسانيد ولم يذكر الّا ما كان مسندًا متّصلًا وفرغ فى شعبان سنة ٨٨٩ ومختصر الشيخ بدر الدين حسن بن عمر بن حبيب الحلبى المتوفى سنة ٧٧٩ وسمّاه ارشاد السامع والقارى المنتقى من صحيح البخارى ومن الكتب المصنّفة على صحيح البخارى الافهام بما وقع فى البخارى من الابهام لجلال الدين عبد الرحمن بن عمر البلقينى المتوفى سنة ٨٢٤

Abd-el-latíf Sherji Zobeidi, anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuus, qui traditiones auctoritatibus privavit, epitomenque ita incipientem: Laus Deo creatori, formatori etc., mense Sha'bán anni 889 (inc. 30. Jan. 1484) absolvit, et *Tejríd el-saríh li ahádith El-Jámi' El-Sahíh* inscripsit. Omnia amputavit, quae repetita erant, et quae in capitibus dissipata erant, collegit, cum studiosus, quando traditionem, in qualicunque sit capite, inspicere vult, fere ad eam non nisi molesto labore perveniat; *Bokhári* autem hac ratione multitudinem auctoritatum unius ejusdemque traditionis, et quam latissime inclaruerit, significare voluisse. *Newewi* in praefatione commentarii ad *Moslim* haec adjicit: *Bokhári*, inquit, in capitibus longius inter se remotis varias ejusdem traditionis facies affert, earumque magnam partem non suo capite commemorat, quod iis aptius esse intellectus cogitatione praecipiat, ut quaerenti varias earum vias colligere molestum sit. Multos, inquit, vidi inter viros seriores rei traditionariae gnaros, qui in ejusmodi rebus errabant, ut traditiones, quae in *Sahíh* inveniuntur, a *Bokhári* relatas esse negarent. Haec ille. — Nudavit autem *Sahíh* ita, ut ea, quae auctoritatibus privata erant, non repeteret, nec nisi eas traditiones afferret, quae continua relatorum serie ad *Muhammed* ut auctorem revocandae erant — Sheikh *Bedr-ed-dín Hasan Ben Omar Ben Hebíb Halebi*, anno 779 (inc. 10. Mai. 1377) mortuus, qui epitomen *Irshád el-sámi' we el-cári el-munteca min Sahíh El-Bokhári* inscripsit. — Praeterea opera ad *Sahíh Bokhárii* conscripserunt *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Omar Bolcheini*, anno 824 (inc. 6. Jan. 1421) mortuus, qui suum

اوله الحمد لله العالم بغوامض الامور الخ فرغ منه فى صفر سنة ٨٢٢ واسمآء رجاله للشيخ الامام ابى نصر احمد بن محمد بن الحسين الكلابادى المتوفى سنة [٣٩٨] وللقاضى ابى الوليد سليمان [بن خلف] الباجى المتوفى سنة ٤٧٤ كتاب التعديل والتجريح لرجال البخارى وجرّد الشيخ قطب الدين محمد بن محمد الخيضرى الدمشقى الشافعى المتوفى سنة ٨٩٤ من فتح البارئ اسئلة مع الاجوبة وسمّاه المنهل الجارى وجرّد الحافظ ابن حجر التفسير من البخارى على ترتيب السور وله التشويق الى وصل التعليق ٣٩٠٩ جامع الصحيح للامام الحافظ ابى الحسين مسلم بن الحجاج القشيرى النيسابورى الشافعى المتوفى سنة ٢٦١ وهو الثانى من الكتب الستة واحد الصحيحين الذين هما اصحّ الكتب بعد كتاب الله العزيز والاختلاف فى تفضيل احدهما على الآخر قد ذكرناه وذكرنا طرفًا من اوصاف هذا الكتاب عند ذكر صحيح البخارى فلا نعيده وذكر الامام النووى فى اول شرحه انّ ابا الحسين بن على النيسابورى شيخ الحاكم قال ما تحت اديم السمآء اصحّ من كتاب مسلم ووافقه بعض شيوخ المغرب وعن النسآئى قال

Ifhám de nominibus incertis, quae in *Bokhári* occurrunt, mense Safer anni 822 (inc. 28. Jan. 1419) absolvit et ita incipit: Laus Deo, qui secreta rerum cognoscit etc. — Sheikh et Imám *Abu Nasr Ahmed Ben Mohammed Ben-elhosein Kelábádi*, anno [398 (inc. 17. Sept. 1017)] mortuus, qui de nominibus traditionariorum scripsit — Cádhi *Abu'lwelíd Soleimán* [*Ben Khalaf*] *Báji*, anno 474 (inc. 11. Jun. 1081) mortuus, qui librum *El-Ta'díl we El-Tejríh* de justa aestimatione traditionariorum a *Bokhári* laudatorum edidit — Sheikh *Cotb-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Heidheri Dimeshcki* Shafiita, anno 894 (inc. 5. Dec. 1488) mortuus, qui in opere *El-Menhel El-Jári* quaestiones cum responsis e commentario *Fat'h el-bári* extraxit — et Háfitz *Ibn Hajr*, qui quae ad explicandum Coranum faciebant, secundum ordinem Suratarum excerpsit. Idem opus *El-Teshwic ila wasl el-ta'lic* edidit. — 3909. Jámi' el-sahíh, corpus traditionum probarum, auctore Imám Háfitz *Abu'lhosein Moslim Ben-elhejjáj Cosheiri Nisabúri* Shafiita, anno 261 (inc. 16. Oct. 874) mortuo. Hoc secundum est sex operum de re traditionaria canonicorum, et alterum de duobus *Sahíh*, quae post augustum Dei librum omnium aliorum verissima sunt. De diversis opinionibus, utrum praeferendum sit, supra jam locuti sumus; nonnulla etiam, cum de *Sahíh Bokhárii* disputaremus, de hujus libri qualitatibus diximus, nec ea repetere placet. Imám *Newewi* ab initio commentarii *Abu'lhoseinum Ben Ali Nisabúri Hákimi* doctorem dixisse narrat, sub toto coelo librum veriorem non esse opere *Sahíh Moslimi*, qua in re Sheikhi quidam Mauritaniae cum eo consentiunt. *Nesáyi* contra nullum hujus

ما فى هذه الكتب اجود من كتاب البخارى قال النووى وقد انفرد مسلم بفآئدة حسنة وهى كونه اسهل متناولًا من حيث انّه جعل لكلّ حديث موضعًا واحدًا يليق به جمع فيه طرقه التى ارتضاها واورد فيه اسانيده المتعدّدة والفاظه المختلفة فيسهل على الطالب النظر فى وجوهه واستثمارها ويحصل له الثقة باجميع ما اورده مسلم من طرقه بخلاف البخارى ومن مكى بن عبدان قال سمعت مسلمًا يقول لو انّ اهل الحديث يكتبون مأئتى سنة الحديث فمدارهم على هذا المسند يعنى صحيحه وقال صنّفت هذا المسند من ثلثمأئة الف حديث مسموعة قال ابن الصلاح شرط مسلم فى صحيحه ان يكون الحديث متّصل الاسناد بنقل الثقة عن الثقة من اوله الى منتهاه سالمًا من الشذوذ والعلّة قال وهذا حدّ الصحيح وكم من حديث صحيح على شرط مسلم وليس بصحيح على شرط البخارى لكون الرواة عنده ممّن اجتمعت فيه الشروط المعتبرة ولم يثبت عند البخارى ذلك فيهم وعدد من احتجّ بهم مسلم فى الصحيح ولم يحتجّ بهم البخارى ستمأئة وخمسة وعشرون شيخا وروى عن مسلم انّ كتابه اربعة الاف

---

generis librum praestantiorem inveniri contendit *Bokhárico*. *Newewi* haec adjicit: *Moslim*, inquit, commendatione excellit egregia ob utilitatem sibi propria. Facilior enim est ad intelligendum, quatenus singulis traditionibus unum locum attribuit iis convenientem, quo varias earum vias collegit, quae ei prae ceteris placebant. Ibi etiam earum auctoritates multiplices et verba diversa affert, ut studiosus facile varias traditionis facies intelligere fructusque inde capere et fiduciam habere possit in omnibus viis a *Moslimo* allatis collocatam, id quod in *Bokhári* non cadat. *Mekki Ben Abdún* dixisse traditur: Audivi *Moslim* dicentem: „Si traditionarii ducentos annos traditiones scriberent, eorum opera circa hoc traditionum corpus (suum intelligit *Sahíh*) verteretur," et alio loco: Hoc traditionum corpus, inquit, e trecentis millibus traditionum auditarum composui. *Ibn-elsaláh* dicit: *Moslim* in *Sahíh* scribendo hanc sibi legem imposuit, ut traditiones continua auctoritatum serie ad prophetam eo referendae essent, quod viri fide digni eas viris fide dignis ab initio usque ad finem tradidissent, ut a quavis auctoritatis suspicione et anomalia immunes essent; quam esse dicit significationem verbi *Sahíh* sive traditionis sanae. Quot autem sunt traditiones sanae ex conditione *Moslimi*, quae insanae sunt ex lege a *Bokhári* scripta, cum relatores, quos laudat, ex eo genere sint, in quibus conditiones graviores conjunctae inveniuntur, id quod ex *Bokhárii* sententia de illis probari non potest. Numerus autem doctorum, quorum testimonio *Moslim* in *Sahíh* utitur, *Bokhári* vero non utitur, sexcentos viginti quinque explet. *Moslim* ipse suum librum quatuor millia traditionum primitivarum repetitis

حديث اصول دون المكرّرات وبالمكرّرات سبعة الاف ومأتتان وخمسة وسبعون حديثًا ثمّ انّ مسلمًا رتّب كتابه على الابواب ولكنّه لم يذكر تراجم الابواب وقد ترجم جماعة ابوابه وذكر مسلم فى اول مقدّمة صحيحه انه قسم الاحاديث ثلثة اقسام ١ ما رواه الحفاظ المتقنون ٢ ما رواه المستورون المتوسّطون فى الحفظ والاتقان ٣ ما رواه الضعفآء المتروكون فاختلف العلمآء فى مراده بهذا التقسيم وقال ابن عساكر فى الاشراف انّه رتّب كتابه على قسمين وقصد ان يذكر احاديث اعل الثقة والاتقان وفى الثانى احاديث اعل الستر والصدق الذين لم يبلغوا درجة المثبتين فحال حلول المنية بينه وبين هذه الامنية فمات قبل اتمام كتابه واستيعاب تراجمه وابوابه غير انّ كتابه مع اعوازه اشتهر وسار عنه فى الافاق وانتشر انتهى ولم يذكر القسم الثالث ثمّ انّ جماعة من الحفاظ استدركوا على صحيح مسلم وصنّفوا كتبًا لانّ هؤلآء تأخّروا عنه وادركوا الاسانيد العالية وفيهم من ادرك بعض شيوخ مسلم فخرّجوا

---

exceptis continere dixisse traditur, his autem inclusis septem millia ducentas septuaginta quinque. *Moslim Sahih* quidem in capita disposuit, inscriptiones tamen capitum non habet; plures alii autem ejus capitibus titulos dederunt atque statim ab initio praefationis ille se traditiones in tres partes divisisse dicit — quas viri rei traditionariae apprime gnari, qui eas firmiter tenent, tradiderunt — quas ii retulerunt, qui incertae fidei et probitatis sunt, et in traditionibus memoria tenendis et certe cognoscendis medii fluctuantur — quas ii tradiderunt, qui sublestae fidei sunt et de vaniloquentia suspecti auctoritate carent. Viri docti autem quid haec sibi divisio velit dissentiunt, et *Ibn Asákir* quidem in *El-Ishráf* haec habet: Divisit, inquit, librum in duas partes, in quarum altera traditiones a viris fide dignis et certae cognitionis relatas commemorare voluit, in altera autem traditiones a viris incertae quidem probitatis at sinceritatis haud expertibus laudatas, qui tamen gradum eorum non attigerunt, quibus ob certam cognitionem fides haberi posset. Intercessit autem fatum superveniens inter eum haecque vota et mortuus est, antequam librum absolvisset titulosque et capita plene descripsisset. Nihilominus liber, licet hoc defectu laboret, celebritatem consecutus illo contemto in terras abiit et circumlatus est. Haec ille. Attamen de tertia parte nullam facit mentionem. Deinde multi rei traditionariae gnari *Sahih Moslim*i supplere studuerunt librosque composuerunt. Hi enim post illum viventes auctoritates gradu dignitatis superiores adsecuti sunt, inter quos sunt, qui nonnullos *Moslim*i doctores

احاديثه قال الشيخ ابو عمر وهذه الكتب المخرّجة ملتحقة بصحيح مسلم فى انّ لها سمته الصحيح وان لم تلتحق به فى خصائصه كلّها ويستفاد من مخرجاتهم ثلاث فوائد علوّ الاسناد وزيادة قوّة الحديث بكثرة طرقه وزيادة الفاظ صحيحة ومن هذه الكتب المخرجة على صحيح مسلم تخريج ابى جعفر احمد بن حمدان [بن على] النيسابورى المتوفى سنة ٣١١ وتخريج ابى نصر محمد بن محمد الطوسى [الشافعى] المتوفى سنة ٣٤٤ والمسند الصحيح لابى بكر محمد ابن محمد النيسابورى [الاسفرآئنى] الحافظ وهو متقدّم يشارك مسلمًا فى اكثر شيوخه ومات سنة [٣٨٩] ومختصر المسند الصحيح على مسلم للحافظ ابى عوانة يعقوب بن اسحق الاسفرآئنى المتوفى سنة ٣١٦ روى فيه عن يونس بن عبد العالى وغيره من شيوخ مسلم وتخريج ابى حامد احمد بن محمد الشاركى الفقيه الشافعى الهروى المتوفى سنة [٣٥٥] يروى عن ابى يعلى الموصلى والمسند الصحيح لابى بكر محمد بن عبد الله الجوزقى النيسابورى الشافعى المتوفى سنة [٣٨٨] والمسند المستخرج على مسلم للحافظ ابى نعيم احمد بن

---

viderunt eorumque traditiones elicuerunt. Sheikh *Abu Omar*: Hi libri eliciti, inquit, se *Sahího Moslimi* adjungunt, quatenus *Sahíhi* formam modumque imitantur, quamquam se ei ad peculiares ejus qualitates omnes non applicant. Tria autem ex illorum libris elicitis comparantur commoda, altior dignitatis auctoritatum gradus, vis traditionum multitudine viarum corroborata et verborum sanorum incrementum. Ejusmodi libros ad augendum *Moslimi Sahíh* elicitos ediderunt *Abu Ja'far Ahmed Ben Hamdán* [*Ben Ali*] *Nisabúri*, anno 311 (inc. 21. Apr. 923) mortuus — *Abu Nasr Mohammed Ben Mohammed Tusi* [Shafiita], anno 344 (inc. 27. Apr. 955) mortuus — Háfitz *Abu Bekr Mohammed Ben Mohammed Nisabúri* [*Isferáïni*], anno [286 (inc. 17. Jan. 899)] mortuus, qui priore tempore vivens plures magistros habuit cum *Moslim* communes, et librum *El-Mosnad El-Sahíh* inscripsit. — Epitomen hujus *Mosnad* ad *Moslimi* opus Háfitz *Abu Awána Yacúb Ben Is'hac Isferáïni*, anno 316 (inc. 25. Febr. 928) mortuus, composuit, in qua *Yunoso Ben Abd-el-áli* aliisque *Moslimi* magistris auctoribus usus est — porro *Abu Hámid Ahmed Ben Mohammed Sháriki Herewi* Jurisconsultus Shafiita, anno [355 (inc. 28. Dec. 965)] mortuus, qui ex auctoritate *Abu Yalíi Mausili* retulit — *Abu Bekr Mohammed Ben Abdallah Jewzecki Nisabúri* Shafiita, anno [388 (inc. 3. Jan. 998)] mortuus, qui librum pariter *El-Mosnad El-Sahíh* inscripsit — Háfitz *Abu Nocim Ahmed Ben*

عبد الله الاصفهانى المتوفى سنة [٤٣٠] والمخرج على صحيح مسلم لابى الوليد حسان بن محمد القرشى الفقيه الشافعى المتوفى سنة ٣٤٩ ومنهم من استدرك على البخارى ومسلم ومن هذا القبيل كتاب الدارقطنى المسمّى بالاستدراكات والتتبّع وذلك فى مأتى حديث ممّا فى الكتابين وكتاب ابى مسعود الدمشقى ولابى على الغسانى فى كتابه تقييد المهمل فى جزء العلل منه استدراك اكثره على الرواة عنهما وفيه ما يلزمهما قال النووى وقد اجبت عن كل ذلك او اكثره انتهى نقلا من شرحه ملخّصا ولصحيح مسلم ايضا شروح كثيرة منها شرح الامام الحافظ ابى زكريا يحيى بن شرف النووى الشافعى المتوفى سنة ٦٧٦ وهو شرح متوسّط مفيد سمّاه المنهاج فى شرح مسلم بن الحجاج قال ولولا ضعف الهمم وقلّة الراغبين لبسطته فبلغت به ما يزيد على مأئة من المجلّدات لكنى اقتصر على التوسّط انتهى وهو يكون بمجلّدين او ثلاث غالبا ومختصر هذا الشرح للشيخ شمس الدين محمد بن يوسف القونوى [الحنفى] المتوفى سنة ٧٨٨ وشرح القاضى عياض بن موسى اليحصبى المالكى المتوفى سنة ٥٤٤

Abdallah Isfaháni, anno [430 (inc. 3. Oct. 1038)] mortuus, qui libro titulum *El-Mosnad El-Mostakhrej* dedit — et denique *Abu'lwelíd Hassán Ben Mohammed Coreshi* Jurisconsultus Shafiita, anno 349 (inc. 3. Mart. 960) mortuus, qui librum *El-Mokharrej ala Sahíh Moslim* inscripsit. — Alii *Bokhári* et *Moslim* conjunctim in singularibus operibus complere studuerunt, ad quorum genus liber pertinet a *Dáracotni* editus et *El-Istidrákát we El-Tetebbo'* inscriptus, qui ducentas traditiones ex iis tractat, quae in utroque *Sahíh* leguntur — et liber *Abu Mes'údi Dimeshcki*. *Abu Ali Ghassáni* quoque in libro suo *Tecyíd El-Mohmel* in parte, ubi de anomaliis ibi obviis agit, supplementum habet maximam partem ad eos pertinens, qui ex utriusque auctoritate referunt, eique plura insunt, quae utrumque convincunt. *Newewi*: Ad ea omnia, inquit, aut ad plura etiam respondi. Haec ille in commentario suo, unde ea summatim attulimus. — Item plures ad *Sahíh Moslimi* commentarios scripserunt, ut Imám Háfitz *Abu Zakaríya Yahya Ben Sheref Newewi* Shafiita, anno 676 (inc. 4. Jun. 1277) mortuus, cujus commentarius *Minháj fi sharh Moslim Ben-elhejjáj* inscriptus medii est ambitus et multae utilitatis. Nisi, inquit, mentium hebetudo esset et appetentium paucitas, commentarium ampliorem reddidissem et certe plus centum volumina conscripsissem. Attamen in medio ambitu acquievi. Haec ille. Ejus commentarius autem duo aut plerumque tria continet volumina, et Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Yusuf Cunewi* [Hanefita], anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuus, eum in epitomen coëgit — Cádhi *Iyádh Ben Musa Yahsebi* Malikita, anno 544 (inc. 11. Mai.

سمّاه الاكمال فى شرح مسلم كمل به المعلم للمازرى وهو شرح ابى عبد الله محمد بن على المازرى المتوفى سنة ٥٣٦ وسمّاه المعلم بفوائد كتاب مسلم وشرح ابى العباس احمد بن عمر ابن ابرهيم القرطبى المتوفى سنة ٦٥٦ وهو شرح على مختصره له ذكر فيه انّه لمّا لخّصه ورتّبه وبوّبه شرح غريبه وبيّنه على نكت من اعرابه وعلى وجوه الاستدلال باحاديثه وسمّاه المفهم لما اشكل من تلخيص كتاب مسلم اول الشرح الحمد لله كما وجب لكبريآئه وجلاله الخ ومنها شرح الامام ابى عبد الله محمد بن خليفة الوشتانى الابى المالكى المتوفى سنة [٨٢٧] وهو كبير فى اربع مجلّدات اوله الحمد لله العظيم سلطانه الخ سمّاه اكمال اكمال المعلم ذكر فيه انّه ضمن كتب شراحه الاربعة المازرى وعياض والقرطبى والنووى مع زيادات مكمّلة وتنبيه ونقل عن شيخه ابى عبد الله محمد بن عرفة انه قال ما يشقّ علىّ فهم شىء كما يشقّ من كلام عياض فى بعض مواضع من الاكمال ولمّا دار اسمآء هذه الشرّاح كثيرًا اشار بالميم الى المازرى والعين الى عياض والطآء الى القرطبى والدال لمحيى

1149) mortuus, qui commentarium *El-Ikmál fi sharh Moslim* inscripsit, eoque opus *El-Moallim* a *Mázeri* editum perficere voluit. Nam *Abu Abdallah Mohammed Ben Ali Mázeri*, anno 536 (inc. 6. Aug. 1141) mortuus, commentarium edidit, quem *El-Moallim bi fewáïd kitáb Moslim* appellavit — *Abu'labbás Ahmed Ben Omar Ben Ibrahím Cortubi*, anno 656 (inc. 8. Jan. 1258) mortuus, qui commentarium ad epitomen *Sahíh*i a se confectam conscripsit. Dicit ibi, cum *Sahíh* potiorem partem excerperet, digereret et in capita disponeret, se ejus rariora commentatum esse et secundum *Noket* (acute dicta), ubi de flexionibus finalibus quaeratur, et ad diversas rationes traditionibus ejus argumentandi exposuisse, commentariumque, qui ita incipit: Laus Deo talis, qualis ejus magnitudini et majestati convenit etc., *El-Mofhim limá ashkela min talkhís kitáb Moslim* inscripsit — Imám *Abu Abdallah Mohammed Ben Khalifa Weshtáni Obayyi* Malikita, anno [827 (inc. 5. Dec. 1423)] mortuus, cujus commentarius *Ikmál Ikmál El-Moallim* inscriptus magnus est, quatuorque voluminibus constat, et ita incipit: Laus Deo potestate magno etc. Dicit ibi, se libros interpretum *Sahíh*i quatuor *Mázerí*i, *Iyádh*i, *Cortubí*i et *Newewí*i suo commentario contineri voluisse ita, ut additamenta perfecta et monita adderet, et Sheikh suum *Abu Abdallah Mohammed Ben Arafa* dixisse narrat: Nullius rei intelligentia tantam mihi molestiam creavit, quantam verba *Iyádh*i in nonnullis locis commentarii *Ikmál*. Cum nomina horum interpretum saepe repetenda essent, literis *Mím Mázeri*, *Aïn Iyádh*, *Tá Cortubi*

الدين النووى ولفظ الشيخ الى شيخه ابن عرفة ومنها شرح عماد الدين عبد الرحمن بن عبد العلى المصرى [المتوفى سنة] وشرح غريبه للامام عبد الغافر بن اسمعيل الفارسى المتوفى سنة ٥٢٩ سماه المفهم فى شرح غريب مسلم وشرح شمس الدين ابى المظفّر يوسف بن قزاوغلى سبط ابن الجوزى المتوفى سنة ٦٥٤ وشرح ابى الفرج عيسى بن مسعود الزواوى المتوفى سنة ٧٤٤ وهو شرح كبير فى خمس مجلّدات جمع من المعلم والاكمال والمفهم والمنهاج وشرح القاضى زين الدين زكريا بن محمد الانصارى الشافعى المتوفى سنة ٩٢٦ ذكره الشعرانى وقال غالب مسودته بخطّى وشرح الشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ سمّاه الديباج على صحيح مسلم بن الحجاج وشرح الامام قوام السنة ابى القاسم اسمعيل بن محمد الاصفهانى الحافظ المتوفى سنة ٥٣٥ وشرح الشيخ تقى الدين ابى بكر محمد بن الحصنى الدمشقى الشافعى المتوفى سنة ٨٢٩ وشرح الشيخ شهاب الدين احمد بن محمد الخطيب القسطلانى الشافعى المتوفى سنة ٩٢٣ وسمّاه منهاج الابتهاج بشرح مسلم بن الحجاج بلغ الى نحو نصفه فى ثمانية

Dál Mohyi-ed-dín Newewi et voce Sheikh *Ibn Arafa* doctorem suum indicavit — *Imád-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abd-el-ali Misri*, [anno ... mortuus] — Imám *Abd-el-ghafir Ben Ismail Fárisi*, anno 529 (inc. 22. Oct. 1134) mortuus, qui in commentario *El-Mofhim fi sharh gharib Moslim* inscripto rariora ejus commentatus est — *Shems-ed-dín Abu'lmotzaffer Yusuf Ben Chizughli Sibt Ibn-eljauzi*, anno 654 (inc. 30. Jan. 1256) mortuus — *Abu'lfaraj Isa Ben Mes'úd Zewáwi*, anno 744 (inc. 26. Mai. 1343) mortuus, cujus commentarius magnus quinque volumina complectitur et mixtio est ex *Moallim*, *Ikmál*, *Mofhim* et *Minháj* collecta — Cádhi *Zein-ed-dín Zakaríya Ben Mohammed Ansári* Shafiita, anno 926 (inc. 23. Dec. 1519) mortuus, cujus commentarium *Sha'ráni* laudat et maximam partem se sua manu primis literis consignasse dicit — Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, qui commentarium *Dibáj ala Sahih Moslim Ben-elhejjáj* inscripsit — Imám *Chiwám el-sunnet Abu'lcásim Ismail Ben Mohammed Isfaháni* El-Háfitz, anno 535 (inc. 17. Aug. 1140) mortuus — Sheikh *Tacki-ed-dín Abu Bekr Mohammed Ben-elhisni Dimeshcki* Shafiita, anno 829 (inc. 13. Nov. 1425) mortuus — Sheikh *Shehab-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Khatib Casteláni* Shafiita, anno 923 (inc. 24. Jan. 1517) mortuus, qui commentarium *Minháj el-ibtiháj bi sharh Moslim Ben-elhejjáj* appellavit, et in octo fasciculis magnis ad dimidiam fere libri

اجزآء كبار وشرح مولانا على القارئ الهروى نزيل مكة [المتوفى سنة ١٠١٦] اربع مجلّدات وشرح زوآئد مسلم على البخارى لسراج الدين عمر بن على ابن الملقن الشافعى المتوفى سنة ٨٠٤ وهو كبير فى اربع مجلّدات ولصحيح مسلم مختصرات منها مختصر ابى الفضل محمد بن عبد الله المريسى المتوفى سنة ٦٥٥ ومختصر الامام الحافظ زكى الدين عبد العظيم بن عبد القوى المنذرى المتوفى سنة ٦٥٦ وشرح هذا المختصر لعثمان بن عبد الملك الكردى المصرى المتوفى سنة ٧٣٨ وشرحه ايضا لمحمد بن احمد الاسنوى المتوفى سنة ٧٦٣ وعلى مسلم كتاب لمحمد بن [احمد بن] عباد الخلاطى الحنفى المتوفى سنة ٦٥٢ واسمآء رجاله لابى بكر احمد بن على الاصفهانى المتوفى سنة ٣٩٠. ٣٩١ جامع الصحيح للامام الحافظ ابى عيسى محمد بن عيسى الترمذى المتوفى سنة ٢٧٩ وهو ثالث الكتب الستة فى الحديث نقل عن الترمذى انّه قال صنّفت هذا الكتاب فعرضت على علمآء الحجاز والعراق وخراسان فرضوا به ومن كان فى بيته فكانّما فى بيته نبىّ يتكلّم وقد اشتهر بالنسبة الى مؤلّفه فيقال جامع الترمذى ويقال له السنن ايضا

---

partem pervenit — Molla noster *Ali Herewi* Corani Lector et Mekkae inquilinus, [anno 1016 (inc. 18. Apr. 1607) mortuus], cujus commentarius quatuor volumina complectitur. — *Moslimi* additamenta ad *Sahíh Bokhárí Siráj-ed-dín Omar Ben Ali Ibn-el-molckin* Shafiita, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus, in magno commentario quatuor volumina complectente exposuit. Epitomas quoque *Moslimi* plures ediderunt, ut *Abu'lfadhl Mohammed Ben Abdallah Mirrísi*, anno 655 (inc. 19. Jan. 1257) mortuus, et Imám Háfitz *Zeki-ed-dín Abd-el-atzím Ben Abd-el-cawi Mondziri*, anno 656 (inc. 8. Jan. 1258) mortuus, cujus epitomen *Othmán Ben Abd-el-melik Kurdi Misri*, anno 738 (inc. 30. Jul. 1337) mortuus, itemque *Mohammed Ben Ahmed Esnewi*, anno 763 (inc. 31. Oct. 1361) mortuus, commentati sunt. Praeterea *Mohammed Ben* [*Ahmed Ben*] *Abbád Khiláti* Hanefita, anno 652 (inc. 21. Febr. 1254) mortuus, ad *Moslim* librum scripsit, et ejus traditionariorum nomina *Abu Bekr Ahmed Ben Ali Isfaháni*, anno ... mortuus, consignavit. — 3910. Jámi' el-sahíh, corpus traditionum probarum, auctore Imám Háfitz *Abu Isa Mohammed Ben Isa Tirmidzi*, anno 279 (inc. 3. Apr. 892) mortuo. Hic tertius est liber sex de re traditionaria canonicorum, et *Tirmidzi* ipse dixisse traditur: Quem librum cum composuissem, viris doctis *Hijáz*ensibus, *Irác*ensibus et *Khorásani*cis obtuli, quibus placuit. Quicunque hunc librum domo sua servat, quasi prophetam ibi habet loquentem. Inclaruit autem nomine ad auctorem relato, ut *Jámi' El-Tirmidzi* appellaretur. At *Sonen* quoque

والاول اكثر وله شروح منها شرح الحافظ ابى بكر محمد بن عبد الله الاشبيلى [المعروف بابن العربى المالكى] المتوفى سنة [٥٤٣] سمّاه عارضة الاحوذى فى شرح الترمذى وشرح الحافظ ابى الفتح محمد بن محمد ابن سيد الناس [اليعمرى] الشافعى المتوفى سنة ٧٣٤ بلغ فيه الى دون ثلثى الجامع فى نحو عشر مجلّدات ولم يتمّ ولو اقتصر على فنّ الحديث لكان تماما ثمّ كمّله الحافظ زين الدين عبد الرحيم بن حسين العراقى المتوفى سنة ٨٠٦ وشرح زوائده على الصحيحين وابى داود لسراج الدين عمر بن على ابن الملقن المتوفى سنة ٨٠٤ ومنها شرح سراج الدين عمر بن رسلان البلقينى الشافعى المتوفى سنة [٨٠٥] كتب منه قطعة ولم يكمله وسمّاه عرف الشذى على جامع الترمذى وشرح زين الدين عبد الرحمن بن النقيب الحنبلى المتوفى سنة وهو فى نحو عشرين مجلّدا وقد احترق فى الفتنة وشرح جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ سمّاه قوت المغتذى على جامع الترمذى وشرح الحافظ زين الدين عبد الرحمن بن احمد بن رجب الحنبلى المتوفى سنة ٧٩٥ [وشرح الشيخ ابى الحسن بن عبد الهادى

---

inscribitur, prius tamen nomen ei frequentius datur. Plures eum commentati sunt, ut Háfitz *Abu Bekr Mohammed Ben Abdallah Ishbíli* [Malikita, vulgo *Ibn-elarabi* dictus et] anno [546 (inc. 20. Apr. 1151)] mortuus, cujus commentarius *Aridhet el-ahwedzi fi sharh El-Tirmidzi* inscriptus est — Háfitz *Abu'lfat'h Mohammed Ben Mohammed Ibn Seyyid-el-nás* [*Yameri*] Shafiita, anno 734 (inc. 12. Sept. 1333) mortuus, qui *Jámi'* decem circiter voluminibus commentatus est, ut vix tertiam ejus partem desideres, nec tamen ad finem pervenit. Quodsi in re traditionaria substitisset, totum certe perfecisset. Postea Háfitz *Zein-ed-dín Abd-el-rehím Ben Hoscin Irácki*, anno 806 (inc. 21. Jul. 1403) mortuus, commentarium ad finem perduxit, et additamenta, quae auctor ad utrumque *Sahíh* et ad *Abu Dawud* habet, *Siráj-ed-dín Omar Ben Ali Ibn-el-molckin*, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus, commentatus est — porro *Siráj-ed-dín Omar Ben Raslán Bolckeini* Shafiita, anno [805 (inc. 1. Aug. 1402)] mortuus, qui partem tantum commentarii titulo *Arf el-shedzi ala Jámi' El-Tirmidzi* insigniti absolvit — *Zein-ed-dín Abd-el-rahman Ben-elnackíb* Hanbalita, anno ... mortuus, cujus commentarius viginti circiter volumina complectitur et in belli tumultu combustus est — *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, cujus commentarius *Caut el-mughtedi ala Jámi' El-Tirmidzi* inscriptus est — Háfitz *Zein-ed-dín Abd-el-rahman Ben Ahmed Ben Rejeb* Hanbalita, anno 795 (inc. 17. Nov. 1392) mortuus — [Sheikh *Abu'lhasan Ben Abd-el-hádi*

السند المدنى المتوفى بالحرم النبوى سنة ١١٣٩ وهو شرح لطيف بالقول] وله مختصرات منها مختصر الجامع لنجم الدين محمد بن عقيل البالسى الشافعى المتوفى سنة ٧٢٩ ومختصر الجامع ايضا لنجم الدين سليمان بن عبد القوى الطوفى الحنبلى المتوفى سنة ٧١٠ ومأدة حديث منتقاة منه عوالى للحافظ صلاح الدين خليل بن كيكلدى العلائى ٣٩١١ جامع الصغار وهو اسم احكام الصغار الذى سبق ذكره فى الالف ٣٩١٢ الجامع الصغير فى حديث البشير النذير للشيخ الحافظ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ وهو مجلّد لخّصه من كتابه جمع الجوامع مرتّبًا على الحروف ذكر فيه انّه اقتصر على الاحاديث الوجيزة وبالغ فى تحرير التجريح وصان عمّا تفرّد به وضّاع او كذّاب ففاق بذلك الكتب المؤلّفة فى هذا النوع واشتهر وهذه رموزه خ للبخارى م لمسلم ق لهما و لابى داود ت للترمذى ن للنسآئى ه لابن ماجه ع لهؤلآء الاربعة ٣ لهم الّا ابن ماجه حم لاحمد فى مسنده عم لابنه فى زوآئده ك للحاكم فان كان فى مستدركه

Sened Medeni, in sacro Mekkae septo anno 1139 (inc. 18. Aug. 1726) mortuus, cujus commentarius elegans est et ea tantum verba adscripta habet, quae explicat]. — Epitomas quoque *Jámi*'i ediderunt plures, ut *Nejm-ed-dín Mohammed Ben Ackíl Bálisi* Shafiita, anno 729 (inc. 5. Nov. 1328) mortuus, et *Nejm-ed-dín Soleimán Ben Abd-el-cawi Taufi* Hanbalita, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuus, et Háfitz *Saláh-ed-dín Khalíl Ben Keikledi Aláyi* centum traditiones altioris gradus e *Sahíh* selectas separatim emisit. — 3911. Jámi' el-sighár, corpus (statutorum) parvorum. Hic liber idem est, quem supra in litera *Elíf* sub titulo *Ahkám el-sighár* descripsimus. — 3912. El-Jámi' El-Saghír, corpus traditionum laeti nuntii et apostoli parvum. Volumen, quod potiorem partem Sheikh Háfitz *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, e libro suo *Jam' el-jewámi'* ita extraxit, ut ordinem alphabeticum sequeretur. Se ibi in traditionibus brevibus substitisse et summum studium in potioribus consignandis et praeferendis posuisse, librumque ab omnibus immunem praestitisse monet, quae vera cum falsis miscentes et mentientes soli habeant; qua re libros in hoc genere compositos praestantia superavit et valde inclaruit. His autem usus est siglis ad auctores laudatos indicandos. Indicavit enim literis *Khá Bokhári* — *Mím Moslim* — *Cáf* utrumque — *Wáw Abu Dawud* — *Tá Tirmidzi* — *Nún Nesáyi* — *He Ibn Májeh* — *Aïn* hos quatuor conjunctim — nota *III.* eosdem, excepto *Ibn Májeh* — literis *Há* et *Mím Ahmed* in ejus *Mosnad* — *Aïn* et *Mím* ejus filium in additamentis — *Káf Hákim*, cujus *Mostadrek* si laudat,

اطلق والّا بيّنه خد للبخارى فى الادب تخ له فى التأريخ حب لابن حبان فى صحيحه طب للطبرانى فى الكبير طس له فى الاوسط طص له فى الصغير ص لسعيد بن منصور فى سننه ش لابن ابى شيبة عب لعبد الرزاق فى الجامع ع لابى يعلى فى مسنده قط للدارقطنى فان كان فى سننه اطلق والّا بيّنه فر للديلمى فى مسند الفردوس حل لابى نعيم فى الحلية ه للبيهقى فى شعب الايمان عق له فى السنن عد لابن عدى فى الكامل عق للعقيلى فى الضعفآء خط للخطيب فان كان فى التأريخ اطلق والّا بيّن وذكر فى اخره انّه فرغ من تأليفه فى ١٨ ربيع الاول سنة ٩٠٧ وربّما اورد فيه الاحاديث الضعيفة والمدخولة ثمّ ذيّله فى مجلّد اخر وسمّاه زيادة الجامع الصغير رموزه كرموزه وترتيبه كترتيبه وحجمه كحجمه وللاصل شروح منها شرح الشيخ شمس الدين محمد بن العلقمى الشافعى تلميذ المصنّف المتوفى سنة ٩٦٩ وهو شرح بالقول فى مجلّدين وسمّاه الكوكب المنير لكنه قد ترك احاديث بلا شرح لكونه غير محتاج اليه قال حيث اقول شيخنا

---

in universum illam literam ponit, sin librum alium, hunc disertis verbis indicat — *Khá* et *Dál Bokhári* in ejus *Edeb* — *Te* et *Khá* in *Taríkh* — *Há* et *Bá Ibn Hibbán* in ejus *Sahíh* — *Tá* et *Bá Taberáni* in *El-Kebír*, *Tá* et *Sín* eundem in *Ausat* — *Tá* et *Sád* eundem in *El-Saghír* — *Sád Saíd Ben Mansúr* in ejus *Sonen* — *Shín Ibn Abi Sheiba* — *Aïn* et *Bá Abd-el-rezzác* in *El-Jámi'* — *Aïn* et ... *Abu Yali* in ejus *Mosnad* — *Cáf* et *Tá Dáracotni*, cujus *Sonen* ubi vult, ibi in universum literis illis hoc opus laudat, sin aliud, ejus nomen indicat — *Fá* et *Rá Deilemi* in *Mosnad El-Firdews* — *Há* et *Lám Abu Noeim* in ejus *Hilyet* — *He* et *Bá Beihacki* in *Shoab el-imán* — *He* et *Cáf* eundem in *Sonen* — *Aïn* et *Dál Ibn Adi* in *El-Kámil* — *Aïn* et *Cáf Ackíli* in *El-Dhoafá* — *Khá* et *Tá Khatíb*, quibus literis in universum ejus *Taríkh* indicat; alia autem ejus opera si laudat, ea clare describit. In fine commemorat, se libri compositionem die octavo decimo Rebí' I. anni 907 (inc. 17. Jul. 1501) absolvisse; interdum autem ibi traditiones affert sublestae fidei et spurias, et postea eum alio volumine continuavit *Ziyádet El-Jámi' El-Saghír* inscripto, cujus sigla, dispositio et volumen archetypum strenue sequuntur. Ad hoc plures viri docti commentarios ediderunt, ut Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben-elalcami* Shafiita auctoris discipulus, anno 969 (inc. 11. Sept. 1561) mortuus, cujus commentarius *El-Kaukeb El-Monír* inscriptus et duobus voluminibus comprehensus ea tantum textus verba adscripta habet, quae explicantur. Verumtamen plures traditiones, quippe

فمرادى المصنّف وحيث اقول فى الحديث علامة الصحّة او الحسن فمن تصحيح المؤلّف برمز صورة صح او ح بخطّه وحيث اقول وكتبا فالمراد بهما السيّد الشريف يوسف الارسوفى وابن مغلطاى وشرح الشيخ شهاب الدين ابى العباس احمد بن محمد المتبولى الشافعى المتوفى سنة وسمّاه بالاستدراك النضير على الجامع الصغير اوله الحمد لله شارح صدور اهل السنة الخ ذكر فيه انّ ابن العلقمى اطال فيما لا يحتاج اليه واختصر فيما يحتاج بل ترك احاديث فشرحها مفصّلا وقدّم مقدّمة فى اصول الحديث فى مجلّد وشرح الشيخ شمس الدين محمد المدّعو بعبد الرؤف المناوى الشافعى المتوفى تقريبا سنة ١٠٣١ شرح اوّلا بالقول كابن العلقمى فاستحسنه المغاربة والتمسوا منه ان يمزجه فاستأنف العمل وصنّف شرحًا كبيرًا ممزوجًا فى مجلّدات وسمّاه فيض القدير اوله الحمد لله الذى جعل الانسان هو الجامع الصغير الخ قال ويليق ان يدّعى بالبدر المنير وذكر انّ مراده من القاضى هو البيضاوى ومن العراقى هو الزين ومن جدى هو القاضى يحيى المناوى ثمّ اختصره بعضهم وسمّاه

---

nulla explanatione egentes, non explicatas reliquit, et: Ubi dico, inquit, *Sheikh noster*, auctorem volo, et ubi in traditionibus signum pono veritatis aut probabilitatis, hoc referendum est ad auctoris emendationem addito siglo *Sahha* sive *Há* propria manu scripto, et ubi dico *we ketebá* (et scripserunt), *El-Seyyid El-Sherif Yusuf Orsúfi* et *Ibn Maghletáï* significo — Sheikh *Sheháb-ed-dín Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Metbúli* Shafiita, anno ... mortuus, cujus commentarius *El-Istidrák El-Nadhír ala El-Jámi' El-Saghír* inscriptus est et ita incipit: Laus Deo, qui corda traditionariorum bene disponit etc. *Ibn-elalcami*, inquit, longior in iis explicandis est, ubi explicatio haud desideratur, et nimis brevis, ubi desideratur, imo potius plures traditiones intactas reliquit. Itaque has per singulas partes commentatus est, et praefationem de rei traditionariae principiis praemisit uno volumine — Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Monáwi* Shafiita, vulgo *Abd-el-rawúf* appellatus et circa annum 1031 (inc. 6. Nov. 1622) mortuus, qui primum ita commentatus est, ut ad exemplum *Ibn-elalcamíi* ea tantum textus verba adderet, quae explicabat. Commentarium Mauritani approbabant, ab eoque petierunt, ut ei totum textum admisceret; quod opus aggressus magnum commentarium plurium voluminum *Feidh el-cadír* inscriptum composuit, qui textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui hominem formavit. Hoc parvum est corpus traditionum etc. Auctor: Conveniret, inquit, commentario titulum *El-Bedr El-Monír* (luna splendens) vindicare, et se *Beidháwi* sub *Cádhi*, *Zein-ed-dín* sub *Irácki*, et Cádhi *Yahya Monáwi* sub *Jedi* intellexisse

التيسير اوله الحمد لله الذى علّمنا من تأويل الاحاديث الخ وللشيخ العلّامة على بن حسام الدين الهندى الشهير بالمتقى المتوفى سنة ٩٧٧ تقريبًا مرتّب الاصل والذيل معًا على ابواب وفصول ثمّ ترتيب الكتاب على الحروف كجامع الاصول سمّاه منهاج العمال فى سنن الاقوال اوله الحمد لله الذى ميّز الانسان بقريحة مستقيمة الخ وله ترتيب الجامع الكبير يعنى جمع الجوامع وسيأتى وشرح مولانا نور الدين على القارى نزيل مكة ٣٩١٣ الجامع الصغير فى الفروع للامام المجتهد محمد بن الحسن الشيبانى الحنفى المتوفى سنة ١٨٧ وهو كتاب قديم مبارك مشتمل على الف وخمسمأئة واثنتين وثلثين مسئلة كما قال البزدوى وذكر الاختلاف فى مأئة وسبعين مسئلة ولم يذكر القياس والاستحسان الّا فى مسئلتين والمشايخ يعظمونه حتى قالوا لا يصلح المرء للفتوى ولا للقضآء الّا اذا علم مسآئله قال الامام شمس الائمّة ابو بكر محمد بن احمد بن ابى سهل السرخسى الحنفى المتوفى سنة ٤٩٠ فى شرحه للجامع الصغير كان سبب تأليف محمد انّه لمّا فرغ من تصنيف الكتب طلب منه ابو يوسف

---

commemorat. Postea vir quidam doctus eum in epitomen coëgit *Teisír* inscriptam, quae ita incipit: Laus Deo, qui nos interpretationem traditionum docuit etc. Sheikh doctissimus *Ali Ben Hosám-ed-dín Hindi*, vulgo *Mottecki* dictus et circa annum 977 (inc. 16. Jun. 1569) mortuus, archetypum et simul appendicem per capita et sectiones disposuit. Postea librum ad ordinem alphabeticum digessit ad instar operis *Jámi' el-osúl*, et hanc recensionem, quae ita incipit: Laus Deo, qui hominem indole recte constituta distinxit etc., *Minháj el-ommál fi sonen el-acwál* inscripsit. Idem opus *El-Jámi' El-Kebír*, quod idem est cum *Jam' el-jewámi'*, ut infra videbis, in ordinem disposuit. Denique Molla noster *Núr-ed-dín Ali* Corani Lector et Mekkae inquilinus commentarium composuit. — 3913. El-Jámi' El-Saghír, corpus parvum de partibus juris specialibus, auctore Imám valde studioso et sui judicii *Mohammed Ben-elhasan Sheibáni* Hanefita, anno 187 (inc. 30. Dec. 802) mortuo. Opus vetus et frugibus uber, quod teste *Pezdewi* mille quingentas triginta duas quaestiones continet, et auctor controversiam in centum septuaginta quaestionibus commemorat, analogiam autem et argumentum approbationis non nisi in duabus affert. Doctores illud tanti faciunt, ut virum neque responso dando juridico neque juri dicendo aptum esse statuant, nisi quando ejus quaestiones sciat. Imám *Shems el-aïmmet Abu Bekr Mohammed Ben Ahmed Ben Abi Sahl Serakhsi* Hanefita, anno 490 (inc. 19. Dec. 1096) mortuus, in commentario ad *El-Jámi' El-Saghír* caussam, cur *Mohammed* hunc librum scripserit, hanc fuisse dicit, quod absoluta ceterorum operum compositione *Abu Yusuf*

ان يؤلّف كتابًا يجمع فيه ما حفظ عنه ممّا رواه له عن ابى حنيفة فجمع ثمّ عرضه عليه فقال نعما حفظ عنّى ابو عبد الله الّا انّه اخطأ فى ثلاث مسآئل فقال محمد انا ما اخطأت ولكنك نُسّيتَ الرواية وذكر على القمى انّ ابا يوسف مع جلالة قدره كان لا يفارق هذا الكتاب فى حضر ولا سفر وكان على الرازى يقول من فهم هذا الكتاب فهو افهم اصحابنا ومن حفظه كان احفظ اصحابنا وانّ المتقدّمين من مشايخنا كانوا لا يقلّدون احدًا القضآء حتى يمتحنونه فان حفظها قلّدوه القضآء والّا امروه بالتحفّظ وكان شيخنا يقول انّ اكثر مسآئله مذكورة فى المبسوط وهذا لانّ مسآئل هذا الكتاب تنقسم ثلاثة اقسام قسم لا يوجد لها رواية الا ههنا وقسم يوجد ذكرها فى الكتب ولكن لم ينصّ فيها ان الجواب قول ابى حنيفة ام غيره وقد نصّ ههنا فى جواب كلّ فصل على قول ابى حنيفة وقسم يوجد ذكرها واعادها ههنا بلفظ آخر واستفيد من تغيير اللفظ فآئدة لم تكن مستفادة باللفظ المذكور فى الكتب قال ومراده بالقسم الثالث ما ذكره الفقيه ابو جعفر الهندوانى فى مصنّف سمّاه

---

a se petierit, ut librum componeret illa comprehendentem, quae ex iis memoria teneret, quae ipsi tanquam ab *Abu Hanífa* accepta tradidisset. Quem cum collegisset illique proposuisset: Bene, exclamavit. *Abu Abdallah* omnia a me accepta memoria tenuit, nisi quod in tribus quaestionibus errorem admisit. At *Mohammed*: Ego vero non erravi, at tu adlegata oblivisti. *Ali Cami* autem dicit, *Abu Yusuf*, quanquam auctoritate sublimi et facultate illustri florebat, illum librum neque domi neque foris reliquisse, et *Ali Rázi* dicebat: Qui hunc librum intelligit, hic maxima inter nostros discipulos gaudet intelligentia, et qui eum memoria tenet, optima inter nostros discipulos utitur memoria. Priores enim doctores nostri nullum juri dicundo praeponere solebant, donec eum examinaverant, et si quaestiones memoriter tenebat, ei munus judicii obtulerunt; alioquin eum illas discere jusserunt. Et Sheikh noster: Plurimae ejus, dicebat, quaestiones in *El-Mebsút* commemorantur, quod hujus libri quaestiones in tria genera dividuntur — quibus nullo loco traditio invenitur, nisi hoc — quae in libris quidem commemorantur, at ubi disertis verbis non dicitur, utrum responsum ab *Abu Hanífa* an ab alio sit datum, hic autem responsa singularum sectionum dicto *Abu Hanífa*e niti clare pronunciatum est — quas hic aliis vocibus repetit, et ubi ex mutatis verbis utilitas comparatur, qua verba carent in libris usurpata, et adjicit: Tertio genere, inquit, ea vult, quae *Abu Jafar Honduwáni* Jurisconsultus in opere

كشف الغوامض انتهى وقال الشيخ الامام حسن بن منصور الاوزجندى [الفرغانى] الحنفى المشهور بقاضى خان المتوفى سنة ٥٩٢ فى شرحه للجامع الصغير واختلفوا فى مصنّفه قال بعضهم من تأليف ابى يوسف ومحمد وقال بعضهم هو من تأليف محمد فانه حين فرغ من تصنيف المبسوط امره ابو يوسف ان يصنّف كتابًا ويروى عنه فصنّف ولم يرتّب مسائله وانّما رتبها ابو عبد الله الحسن بن احمد الزعفرانى الفقيه الحنفى المتوفى سنة ٦١٠ تقريبا انتهى وله شروح كثيرة منها شرح الامام ابى بكر احمد بن على المعروف بالجصاص الرازى المتوفى سنة ٣٧٠ وشرح الامام ابى جعفر احمد بن محمد الطحاوى المتوفى سنة ٣٢١ وشرح ابى عمرو احمد بن محمد الطبرى المتوفى سنة ٣٤٠ وشرح الامام ابى بكر احمد بن على المعروف بالظهير البلخى المتوفى سنة ٥٥٣ وشرح الامام حسين بن محمد المعروف بالنجم المتوفى سنة ٥٨٠ تقريبا اتمّه بمكة وشرح صدر القضاة الامام العالم وشرح تاج الدين عبد الغفار بن لقمان الكردرى المتوفى سنة ٥٩٢ نحا فيه نحو شرح الجامع الكبير يذكر لكلّ باب اصلًا ثمّ يخرج عليه المسائل وشرح

Keshf el-ghawámidh inscripto affert. Haec ille. — Sheikh et Imám *Hasan Ben Mansúr Uzjendi* [*Ferghání*] Hanefita, vulgo *Cádhi Khán* dictus et anno 592 (inc. 6. Dec. 1195) mortuus, in commentario ad *El-Jámi' El-Saghír*: Dissentiunt, inquit, de libri auctore. Alii enim eum ab *Abu Yusuf* et *Mohammed* compositum dicunt, alii a *Mohammed*. Qui cum compositionem operis *Mebsút* absolvisset, *Abu Yusuf* eum librum scribere jussisse, in quo traditis auctoritatem suam subjiceret. Quo facto librum quidem composuit, quaestiones autem in ordinem non digessit, id quod *Abu Abdallah Hasan Ben Ahmed Zaferáni* Jurisconsultus Hanefiticus fecit, qui circa annum 610 (inc. 23. Mai. 1213) defunctus est. Haec ille. — Plures viri docti commentarios libri ediderunt, ut Imám *Abu Bekr Ahmed Ben Ali Rázi*, vulgo *Jessás* dictus et anno 370 (inc. 17. Jul. 980) mortuus — Imám *Abu Jafar Ahmed Ben Mohammed Tehávi*, anno 321 (inc. 1. Jan. 933) mortuus — *Abu Amru Ahmed Ben Mohammed Taberi*, anno 340 (inc. 9. Jun. 951) mortuus — Imám *Abu Bekr Ahmed Ben Ali Balkhi*, vulgo *Tzahír* dictus et anno 553 (inc. 2. Febr. 1158) mortuus — Imám *Hosein Ben Mohammed*, vulgo *Nejm* dictus et circa annum 580 (inc. 14. Apr. 1184) mortuus, qui commentarium Mekkae perfecit — *Sadr el-codhát* Imám doctissimus — *Táj-ed-dín Abd-el-ghaffár Ben Locmán Kerderi*, anno 562 (inc. 28. Oct. 1166) mortuus, qui eandem hic rationem sequitur, quam in *El-Jámi' El-Kebír* inierat, ut singulis capitibus summam praeponeret, ad quam postea quaestiones elicuit —

الامام ظهير الدين احمد بن اسمعيل التمرتاشى الحنفى وشرح الامام قوام الدين احمد بن عبد الرشيد البخارى وشرح محمد بن على المعروف بعبدك الجرجانى المتوفى سنة ٣٤٧ وشرح القاضى مسعود بن حسين اليزدى المتوفى سنة ٥٧١ سمّاه التقسيم والتشجير فى شرح الجامع الصغير وشرح الامام ابى الازهر الخاجندى المتوفى سنة ٥.. تقريبًا وهو على ترتيب الزعفرانى وشرح المرتب ايضا لابى القاسم على پندار الرازى الحنفى وشرح حفيده ابى سعيد مطهّر ابن الحسن اليزدى وهو فى مجلّدين سمّاه التهذيب فرغ من تأليفه فى جمادى الاولى سنة ٥٥٩ وشرح ابى محمد ابن العدى المصرى وشرح جمال الدين عبد الله بن يوسف المعروف بابن هشام النحوى المتوفى سنة ٧٦٣ وشرح الامام فخر الاسلام على بن محمد البزدوى المتوفى سنة ٤٨٢ فرغ من تأليفه فى جمادى الآخرة سنة ٤٧٧ وشرح الامام ابى نصر احمد بن محمد العتابى البخارى المتوفى سنة ٥٨٦ اوله الحمد لله الموجود بذاته الخ وشرح الامام ابى الليث نصر بن محمد السمرقندى الفقيه المتوفى سنة ٣٧٣ ذكره ابن الملك فى شرح المجمع وترتيب

Imám *Tzahír-ed-dín Ahmed Ben Ismaíl Timurtáshi* Hanefita — Imám *Chiwám-ed-dín Ahmed Ben Abd-el-reshíd Bokhári* — *Mohammed Ben Ali Jorjáni*, vulgo *Abdek* dictus et anno 347 (inc. 25 Mart. 958) mortuus — Cádhi *Mes'úd Ben Hosein Yezdi*, anno 571 (inc. 22. Jul. 1175) mortuus, qui commentarium *El-Tecsím we El-Teshjír fi sharh El-Jámi' El-Saghír* inscripsit — Imám *Abu'lazhar Khojendi*, circa annum 500 (inc. 2. Sept. 1106) mortuus, cujus commentarius dispositionem *Zaferáníi* sequitur — *Abu'lcásim Ali Pendár Rázi* Hanefita, qui pariter exemplum a *Zaferáni* dispositum commentatus est. — Idem fecit ejus patronus *Abu Saíd Motahher Ibn-elhasan Yezdi*, qui commentarium archetypi duo volumina continentem *Tehdzíb* inscripsit, ejusque compositionem Jomádi I. anni 559 (inc. 30. Nov. 1163) absolvit. — Porro archetypum commentati sunt *Abu Mohammed Ibn-eladi Misri* — *Jemál-ed-dín Abdallah Ben Yusuf* Grammaticus, vulgo *Ibn Hishám* dictus et anno 763 (inc. 31. Oct. 1361) mortuus — Imám *Fakhr el-islám Ali Ben Mohammed Pezdewi*, anno 482 (inc. 16. Mart. 1089) mortuus, qui commentarii compositionem Jomádi II. anni 477 (inc. 10. Mai. 1084) absolvit — Imám *Abu Nasr Ahmed Ben Mohammed Attábi Bokhári*, anno 586 (inc. 8. Febr. 1190) mortuus, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo per se existenti etc. — Imám *Abu'lleith Nasr Ben Mohammed Samarcandi* Jurisconsultus, anno 373 (inc. 15. Jun. 983) mortuus, cujus commentarium *Ibn-elmelik* in commentario ad *El-Mejma'* laudat. —

الجامع الصغير للامام القاضى ابى طاهر محمد بن محمد الدبّاس البغدادى ثمّ انّ الفقيه احمد بن عبد الله بن محمود تلميذه كتبه عنه ببغداد فى داره وقرأه عليه فى شهور سنة ٣٢٢ وعلى هذا المرتّب كتاب للصدر الشهيد حسام الدين عمر بن عبد العزيز ابن مازه المتوفى شهيدًا سنة ٥٣٦ اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ ذكر انّ مسآئل هذا الكتاب من امّهات مسآئل اصحابنا فسئله بعض اخوانه ان يذكر لكلّ مسئلة من مسآئله على الترتيب الذى رتّبه القاضى ابو طاهر فاجاب فذكر بحذف الزوآئد وهو المعروف بجامع الصدر الشهيد ثمّ سئله من لم يكفه هذا ان يزيد فيه الروايات والاحاديث وشيئًا من المعانى فاجاب ولابى بكر محمد بن احمد بن عمر فوآئد الجامع الصغير للصدر الشهيد كتبها مبينا على ما استبهم من تبيانها وموضحًا ما استعجم من معانيها اوله حامدًا لله تعالى على بلوغ نعمآئه الخ وعلى جامع الصدر شروح ايضا منها شرح الشيخ بدر الدين عمر بن عبد الكريم الوَرْسَكِى المتوفى سنة ٥٩٤ وشرح الامام ابى نصر احمد بن منصور الاسبيجابى المتوفى تقريبًا سنه ٥٠٠ وشرح الشيخ

Imám et Cádhi *Abu Táhir Mohammed Ben Mohammed Debbás Baghdádi* dispositionem *Jámi'i Saghír* edidit, quam postea ejus discipulus *Ahmed Ben Abdallah Ben Mahmúd* Jurisconsultus *Baghdádi* in ejus domo dictando ab eo exceptam descripsit, coramque illo mensibus anni 322 (inc. 22. Dec. 933) legit. Ad hoc exemplum dispositum *El-Sadr El-Shehid Hosám-ed-dín Omar Ben Abd-el-azíz Ibn Mázeh*, qui anno 536 (inc. 6. Aug. 1141) martyrium subiit, librum scripsit ita incipientem: Laus Deo mundorum domino etc., et hujus commentarii quaestiones ad praecipuas quaestiones asseclarum sectae nostrae pertinere dicit, amicosque quosdam abs se petiisse, ut omnes quaestiones ad dispositionem, quam Cádhi *Abu Táhir* edidisset, commemoraret. Quod fecit ita, ut additamenta demeret, unde hic liber titulo *Jámi' El-Sadr El-Shehíd* insignitus prodiit. Postea alii his additamentis nondum contenti eum rogarunt, ut illi libro et relationes varias, traditiones et sententias nonnullas adderet; et id quoque fecit. Tum *Abu Bekr Mohammed Ben Ahmed Ben Omar* adnotationes utiles ad *Jámi' Saghír* a *Sadr Shehíd* editum ita scripsit, ut ea exponeret, quae in illarum rerum expositione obscura essent, et sententias illustraret, quae non intellectae essent. Opus incipit ita: Laudans Deum pro perfectis ejus beneficiis etc. — Ad *Jámi' Sadri* pariter plures viri docti commentarios ediderunt, ut Sheikh *Bedr-ed-dín Omar Ben Abd-el-kerím Werseki*, anno 594 (inc. 13. Nov. 1197) mortuus — Imám *Abu Nasr Ahmed Ben Mansúr Isbíjábi*, circa annum 500 (inc. 2. Sept. 1106) mortuus — Sheikh

علآء الدين على السمرقندى ومرتب الشيخ الامام ابى المعين ميمون بن محمد النسفى المتوفى سنة ٥٠٨ وللامام صدر الاسلام ابى اليسر البزدوى [المتوفى سنة ٤٩٣] وللامام شمس الائمّة الحلوانى وللامام ابى جعفر الهندوانى وللقاضى ظهير الدين ولابى الفضل الكرمانى وشرح الشيخ جمال الدين محمود بن عبد السيد الحصيرى الحنفى المتوفى سنة ٦٣٦ ومنها مرتب ابى الحسن عبيد الله بن حسين [بن دلال] الكرخى المتوفى سنة ٣٤٠ ومرتب ابى سعيد عبد الرحمن بن محمد الغزى المتوفى سنة ٣٧٤ ومرتب ابى عبد الله محمد بن عيسى [بن عبد الله المعروف] بابن ابى موسى المتوفى سنة ٣٣٤ وفى الحقآئق انّ لصاحب المحيط وللامام المحبوبى وللافطس جوامع مرتبة ايضا واكثر هذه الشروح المذكورة تصرّفات على الاصل بنوع من تغيير او ترتيب او زيادة كما هو داب القدمآء فى شروحهم وللجامع الصغير منظومات منها نظم الشيخ الامام شمس الدين احمد بن محمد بن احمد العقيلى البخارى المتوفى سنة [٦٥٧] ونظم الشيخ الامام نجم الدين ابى حفص عمر بن محمد النسفى المتوفى سنة ٥٣٧ اوله

Alá-ed-dín Ali Samarcandi. — Sheikh et Imám *Abu'lmoín Meimún Ben Mohammed Nesefi*, anno 508 (inc. 7. Jun. 1114) mortuus — Imám *Sadr-el-islám Abu'lyesr Pezdewi*, [anno 493 (inc. 17. Nov. 1099) mortuus] — Imám *Shems el-aïmmet Holwáni* — Imám *Abu Jafar Honduwáni* — Cádhi *Tzahír-ed-dín* — *Abu'lfadhl Kermáni* librum dispositum reliquerunt, et Sheikh *Jemál-ed-dín Mahmúd Ben Abd-el-seyyid Hasíri* Hanefita, anno 636 (inc. 14. Aug. 1238) mortuus, eum commentatus est. — Porro commentarios titulo *Moratteb* (dispositus) insignitos scripserunt *Abu'lhasan Obeidallah Ben Hosein* [*Ben Dellál*] *Karkhi*, anno 340 (inc. 9. Jun. 951) mortuus — *Abu Saíd Abd-el-rahman Ben Mohammed Ghazzi*, anno 374 (inc. 4. Jun. 984) mortuus — *Abu Abdallah Mohammed Ben Isa* [*Ben Abdallah*, vulgo] *Ibn Abi Musa* [dictus et] anno 334 (inc. 13. Aug. 945) mortuus. — Auctor libri *Mohít* quoque, ut in *El-Hacáïc* legitur, et Imám *Mahbúbi* et *Aftas* Corpora (*Jewámi'*) in ordinem disposita ediderunt. Plurimi autem horum commentariorum laudatorum excursus continent ad archetypum sub forma mutationis, sive dispositionis, sive additamenti, ut est consuetudo a veteribus in commentariis adscita. Opus *Jámi' Saghír* metrice quoque exaratum est a Sheikh et Imám *Shems-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Ben Ahmed Ocaili Bokhári*, anno [657 (inc. 29. Dec. 1258)] mortuo — a Sheikh et Imám *Nejm-ed-dín Abu Hafs Omar Ben Mohammed Nesefi*, anno 537 (inc. 27. Jul. 1142) mortuo, cujus editio metrica ita

الحمد لله القديم البارئ الخ ذكر فى اوله قصيدة رائية فى العقائد فى احد وثمانين بيتا ونظم محمد بن محمد القباوى المتوفى تقريبًا سنة ٧٣١ ونظم الشيخ بدر الدين ابى نصر محمود بن ابى بكر الفراتى سماه لمعة البدر اتمّه فى جمادى الاخرة سنة ٦١٧ اوله الحمد لله مذكى الشمس والقمر الخ وشرح هذا المنظوم لعلآء الدين محمد بن عبد الرحمن الخجندى

5 اوله الحمد لله الذى تفرّد بالبقآء والقدم الخ سمّاه ضوء اللمعة ٣٩١٤ الجامع الصغير فى فروع الحنابلة للقاضى ابى يعلى [محمد بن الحسين بن محمد بن خلف البغدادى المتوفى سنة ٤٥٨] ٣٩١٥ الجامع الصغير فى النحو لجمال الدين عبد الله بن يوسف بن عشام النحوى المتوفى سنة ٧٦٣ وعليه شرح عظيم مفيد للشيخ الاديب اسمعيل بن ابرهيم العلوى الزبيدى [فى مجلّدين] ٣٨١٩ الجامع الصغير فى النحو ايضا للشيخ شمس الدين

10 محمد بن اشرف الكلائى بتشديد اللام وهو مختصر مرتّب على مقدّمة وعشرة ابواب وخاتمة اوله الحمد لله الملك القدير الخ ذكر انّه بدأ فى محرم سنة ٧٧٢ واتمّه فى اربع وثمانين يومًا

---

incipit: Laus Deo aeterno creatori etc. Auctor ab initio *Casídam* habet de fidei articulis in *Rá* exeuntem et octoginta unum versum continentem — a *Mohammed Ben Mohammed Cobáwi*, circa annum 726 (inc. 8. Dec. 1325) mortuo — a Sheikh *Bedr-ed-dín Abu Nasr Mahmúd Ben Abi Bekr Feráhi*, qui metricam editionem *Lam'at el-bedr* inscriptam Jomádi II. anni 617 (inc. 8. Mart. 1220) absolvit, et ita incipit: Laus Deo facienti, ut sol et luna vehementi flamma ardeant etc. Ad eam *Alá-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-rahman Khojendi* commentarium edidit *Dhu el-lam'at* inscriptum et ita incipientem: Laus Deo, qui perpetuitate et 5 aeternitate unicus est etc. — 3914. El-Jámi' El-Saghír, corpus parvum de partibus juris Hanbalitici specialibus, auctore Cádhi *Abu Yali* [*Mohammed Ben-elhosein Ben Mohammed Ben Khalaf Baghdádi*, anno 458 (inc. 3. Dec. 1065) mortuo]. — 3915. El-Jámi' El-Saghír, corpus parvum de grammatica, auctore *Jemál-ed-dín Abdallah Ben Yusuf Ben Hishám* Grammatico, anno 763 (inc. 31. Oct. 1361) mortuo. Commentarium ejus magnum et fructuosum [duobus voluminibus constantem] edidit Sheikh philologus *Ismail Ben Ibrahim Alewi Zobeidi*. — 3916. El-Jámi' El-Saghír, 10 corpus parvum, pariter de grammatica, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Eshref Killáyi*. Compendium in praefationem, decem capita et conclusionem dispositum, quod ita incipit: Laus Deo, regi potenti etc. Auctor illud se mense Moharrem anni 772 (inc. 26. Jul. 1370) incepisse et octoginta quatuor diebus absolvisse

٣٩١٧ الجامع الصغير فى الحديث للامام ابى عبد الله محمد بن اسمعيل البخارى المتوفى سنة ٢٥٦ يرويه عنه عبد الله بن محمد الاشقر وهو من تصانيفه الموجودة ذكره ابن حاجر ٣٩١٨ الجامع الصغير فى احكام النجوم لمحيى الدين ابى الشكر المغربى ٣٩١٩ جامع العبر ٣٩٢٠ جامع العلم لابن عبد البرّ ٣٩٢١ جامع العلوم والحكم فى شرح اربعين حديثا من جوامع الكلم وهو من شروح الاربعين النوويّة سبق ذكره ٣٩٢٢ جامع العلوم لابن شبيب الحرانى [الحنبلى نجم الدين احمد بن حمدان بن شبيب المتوفى سنة ٦٩٥] ٣٩٢٣ جامع العلوم فارسى للامام فخر الدين محمد بن عمر الرازى المتوفى سنة ٦٠٦ وهو مجلّد متوسّط مشتمل على اربعين علمًا اوله الحمد لله انشأنا بتصريفه الخ ألّفه للسلطان علآء الدين تكش الخوارزمى وهو كتاب مفيد جدًا ٣٩٢٤ جامع العلوم فارسى للسيّد جلال الدين البخارى اوله حمد وسپاس حضرت مقدس پادشاهى‌را الخ ٣٩٢٥ جامع الغرض فى حفظ الصحّة ودفع المرض

dicit. — 3917. El-Jámi' El-Saghír, corpus parvum de re traditionaria ab Imám *Abu Abdallah Mohammed Ben Ismail Bokhári*, anno 256 (inc. 9. Dec. 869) mortuo, editum, ex cujus auctoritate *Abdallah Ben Mohammed Ashcar* illud refert. Teste *Ibn Hajr* inter ejus opera est, quae existunt. — 3918. El-Jámi' El-Saghír, corpus parvum de astrologia judiciaria, auctore *Mohyi-ed-dín Abu'lshakr Maghribi*. — 3919. Jámi' el-iber, corpus exemplorum. — 3920. Jámi' el-ilm, corpus doctrinae, auctore *Ibn Abd-el-berr*. — 3921. Jámi' el-olúm we el-hikem, corpus doctrinarum et apophthegmatum. Commentarius quadraginta traditionum brevibus sententiis plenarum. Unus ex commentariis est ad tractatum *Arbaín* (quadraginta traditiones) a *Newewi* editum, de quo supra diximus. — 3922. Jámi' el-olúm, corpus doctrinarum, auctore *Ibn Shebíb Harráni* [Hanbalita *Nejm-ed-dín Ahmed Ben Hamdán Ben Shebíb*, anno 695 (inc. 10. Nov. 1295) mortuo]. — 3923. Jámi' el-olúm, corpus doctrinarum, quod Imám *Fakhr-ed-dín Mohammed Ben Omar Rázi*, anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuus, Sultano *Alá-ed-dín Tekesh Khowarezmi* persice composuit. Volumen medium quadraginta doctrinas complectens, quod ita incipit: Laus Deo, qui nos jussu suo creavit etc. Liber admodum utilis. — 3924. Jámi' el-olúm, corpus doctrinarum, a Seyyid *Jelál-ed-dín Bokhári* persice editum, quod ita incipit: Laus Deo, regi sanctissimo et serenissimo etc. — 3925. Jámi' el-gharadh, corpus optatorum de servanda sanitate et depellendo morbo, auctore *Emín-ed-dín*

لامين الدين ابى الفرج يعقوب [بن اسحق الحكيم] المعروف بابن القُفّ المسيحى الكركى المتطبّب [المتوفى سنة ٦٨٥] اوله الحمد لله مقدس الصفات الخ وهو مختصر مشتمل على ستين فصلا ٣٩٢٦ جامع الفتاوى للسيد الامام ناصر الدين ابى القاسم محمد بن يوسف السمرقندى الحنفى المتوفى سنة ٥٥٦ وهو كتاب مفيد معتبر ٣٩٢٧ جامع الفتاوى للشيخ فرق امره الحميدى الحنفى المتوفى سنة ٨٨٠ تقريبًا وهو مختصر اوله الحمد لله على ما انعم من علم الشرآئع الخ ذكر فيه انّه استصفى المهمّات من المنية والقنية والغنية وجامع الفصولين والبزازى والواقعات والايضاح وقاضى خان وغير ذلك لكنه ليس كتسميته فى الاعتبار ومنتخبه المسمّى بتحفة الاحباب للشيخ عبد المجيد بن نصوح اوله الحمد لله الذى انعم علينا الخ وهو على عشرة ابواب فى كلّ منها عشرة فصول وكلّ منها مشتمل على عشرة مسآئل فرغ من تأليفه فى جمادى الآخرة سنة ٩٥٧ ٣٩٢٨ جامع الفرس فى اللغة مختصر مفسّر بالتركية لمصطفى بن محمد بن يوسف الاين كولى وهو على ثلثة اقسام آ فى الاسمآء ٢ فى المصادر

Abu'lfaraj Yacúb [*Ben Is'hac* Philosopho] *Mesíhi Kereki* Medico, vulgo *Ibn-elcoff* dicto [et anno 685 (inc. 27. Febr. 1286) mortuo]. Compendium sexaginta sectiones complectens, quod ita incipit: Laus Deo qualitatibus sanctis ornato etc. — 3926. Jámi' el-fetáwi, corpus responsorum juridicorum, auctore Seyyid Imám *Násir-ed-dín Abu'lcásim Mohammed Ben Yusuf Samarcandi* Hanefita, anno 556 (inc. 31. Dec. 1160) mortuo. Liber fructuosus et magni momenti. — 3927. Jámi' el-fetáwi, corpus responsorum juridicorum, auctore Sheikh *Farac emreho Homeidi* Hanefita, circa annum 880 (inc. 7. Mai. 1475) mortuo. Compendium ita incipiens: Laus Deo pro iis, quae ex doctrina legum benevole contulit etc., in quo se quaestiones praecipuas librorum *Minyet*, *Ckinyet*, *Ghunyet*, *Jámi' el-fosulein*, *Bezzázi*, *Wáckiát*, *Idháh*, *Cádhi Khán* aliorumque elegisse dicit, nec tamen illud nomini suo respondet justa ratione pretii habita. Potiora ejus selecta Sheikh *Abd-el-mejíd Ben Nasúh* in libro *Tohfet el-ahbáb* inscripto edidit, qui ita incipit: Laus Deo, qui in nos beneficia contulit etc. Decem capita complectitur, quae singula decem constant sectionibus, quarum quaevis decem quaestiones continet. Absolvit ejus compositionem Jomádi II. anni 957 (inc. 20. Jan. 1550). — 3928. Jámi' El-Fors, corpus Persarum. Compendium lexicologicum turcice translatum, auctore *Mustafa Ben Mohammed Ben Yusuf In-kuli*. In tres partes divisum est de nominibus — infinitivis — praeceptis

٣٩٢٩ جامع الفوائد اوله الحمد لله الذى ابرز بالعلم بهجة رياض الشرع الخ ٣٩٣٠ جامع الفروع وهو المشهور بفروع ابن الحداد يأتى فى الفآء جامع الفصولين فى الفروع مجلّد للشيخ بدر الدين محمود بن اسمعيل الشهير بابن القاضى سماونه الحنفى المتوفى سنة ٨٢٣ وهو كتاب مشهور متداول فى ايدى الحكام والمفتين لكونه فى المعاملات خاصّة جمع فيه بين فصول العمادى وفصول الاستروشنى واحاط واجاد اوله الحمد لله الذى اعلى شأن الشريعة الخ ذكر فيه انّه جمع بينهما ولم يترك شيئًا من مسآئلهما عمدًا الّا ما تكرّر منها وترك فرآئض العمادى لغنى عنه بالسراجى يعنى الفرآئض لسراج الدين السجاوندى واوجز عبارتهما وضمّ اليهما ما تيسّر له من الخلاصة والكافى ولطآئف الاشارات وغيرها واثبت ما سنح له من النكت والفوآئد وجعله اربعين فصلًا فصار حجمه قريبًا من ربع حجمهما وحصل به الغنية عن الاصلين وذكر انّه شرع فى تأليفه من جمادى الاولى من شهور سنة ٨١٣ وختم به فى صفر سنة ٨١٤ وله فيه اسئلة واعتراضات على الفقهآء اجاب عنها صاحب مشتمل الاحكام كما ذكره فى اول

---

primariis, et incipit ita: Laus Deo, qui doctrina amoenitatem hortorum legis evulgat etc. — 3929. Jámi' el-forú', corpus partium juris specialium, vulgo *Forú' Ibn-elheddád* dictum, de quo in litera *Fá* videatur. — 3930. Jámi' el-fosulein, corpus utrumque *Fosúl* uno volumine conjungens de partibus juris specialibus, auctore Sheikh *Bedr-ed-dín Mahmúd Ben Ismaíl* Hanefita, vulgo *Ibn-elcádhi Simawna* dicto et anno 823 (inc. 17. Jan. 1420) mortuo. Liber notus et in manibus judicum et responsa juridica dantium multum pervolutatus, cum in negotiis praecipue versetur. Conjunxit ibi opera *Imádí* et *Asterushení* *Fosúl* inscripta, rem peritissime et optime gerens. Liber ita incipit: Laus Deo qui statum legis elevat etc. Dicit se utrumque *Fosúl* conjunxisse nec ullam quaestionem data opera omisisse nisi repetitas. Omisit etiam sectionem *Imádí* jus hereditarium complectentem, quod, qui librum *Siráji* sive Jus Hereditarium a *Siráj-ed-dín Sejáwendí* editum possidet, illo facile carere possit, utriusque dictionem praecidit, et addidit, quae se ipsi commode e libris *Khiláset*, *Káfi*, *Letáïf el-ishárát* et aliis offerebant, sententiasque ingeniosas et observationes utiles, quae in promtu erant, confirmavit. Librum in quadraginta sectiones divisit, ut ejus volumen quartam circiter partem utriusque *Fosúl* aequaret, et qui eum habet, et utroque *Asl* carere potest. Narrat etiam, se ejus compositionem a Jomádi primo anni 813 (inc. 6. Mai. 1410) aggressum esse, et mense Safer anni 814 (inc. 25. Apr. 1411) ad finem pervenisse. Idem ibi quaestiones habet et hanc illamque dubitationem contra Jurisconsultos prolatam, ad quas auctor libri *Moshtemil el-ahkám* respondit, ut initio

تأليفه المسمّى بفرآئد اللآلى واجاب ايضا الشيخ سليمان بن على القرمانى المتوفى سنة ٩٣٤ وعدّة الاجوبة ثلثمأئة وثمانون جوابًا وكذا الفقيه العلّامة زين الدين ابرهيم بن نجم المصرى المتوفى سنة ٩٦٠ فى تعليقه عليه ورتّب المولى محمد بن احمد المعروف بنشانجى زاده المتوفى سنة ١٠٣١ مسآئله وتصرّف فيه بزيادة ونقصان وابرام ونقض وسمّاه نور العين فى اصلاح جامع الفصولين اوله الحمد لله على توالى عوالى نواله الخ ذكر انّه لمّا ابتلى بالقضآء وجده انفع الكتب لهم واجمع لمسآئل الدعاوى غير انّه مشتمل على التكرار والاطناب بذكر غير المهمّ مع ما فيه من الخلط والخبط خصوصًا فى فصل دعاوى الخارج وذى اليد فهذّبه عن المكرّر والحشو وغيّر ترتيبه فقدّم واخّر وزاد فى اكثر المواضع مسآئل وميّز اسامى المنقول عنه بالحمرة ولم يرمز للفرق بين الزيادة والاصل واجاب بما لاح له عن اعتراضاته على السلف وبدل ما ذكره فى فصل الفاظ الكفر لقلّة مسآئله وكون ترتيبه على غير صواب رسالة لطيفة كان قد حرّرها سابقًا مذيلة باصول عقآئد اهل السنة فاوردها فى الفصل الاربعين وهو اخر الفصول مشتملًا

---

operis sui *Feráïd el-leáli* appellati dicit. Idem fecit Sheikh *Soleimán Ben Ali Caramáni*, anno 924 (inc. 13. Jan. 1518) mortuus, qui trecenta octoginta responsa habet, et Jurisconsultus doctissimus *Zein-ed-dín Ibrahím Ben Nejm Misri*, anno 960 (inc. 18. Dec. 1552) mortuus, in sua ad hunc librum adnotatione. Molla *Mohammed Ben Ahmed*, vulgo *Nishánjizádeh* dictus et anno 1031 (inc. 6. Nov. 1622) mortuus, ejus quaestiones in ordinem disposuit, ubi ex suo arbitrio et addidit, et deminuit, et confirmavit, et dissolvit, et opus, quod ita incipit: Laus Deo pro continua sublimium ejus beneficiorum serie etc., *Núr el-ain fi isláh Jámi' el-fosulein* nominavit. Se hunc librum dicit, cum judicis munere tentaretur, omnium invenisse judicibus utilissimum et quaestionum de actionibus plenissimum, nisi quod saepius repetat, et nimis sit prolixus in rebus haud magni momenti commemorandis praeter confusionem et lapsus, praesertim in sectione de actionibus rebellantis et vim inferrentis. Ea de caussa repetitis et superfluis eum purgavit et dispositionem ita mutavit, ut alia praemitteret, alia post poneret, et multis locis quaestiones adderet. Nomina eorum, unde depromsit, humore rubro distinxit, additamenta vero et archetypum signis non separavit. Quae *Bedr-ed-dín* majoribus opposuerat, argumentis sibi claris refutavit, et quae ille in sectione de vocibus impietatem significantibus commemoraverat, ob quaestionum ejus paucitatem et ordinis descriptionem haud commodam in tractatum elegantem mutavit, quem antea conscripserat, ita ut appendicis loco ei principia articulorum fidei Sunnitarum adjiceret. Hunc sectioni quadragesimae

على مقدّمة وعشرة ابواب وخاتمة هذا والاصل هو المتداول مع ما فيه من الخلل والزلل

٣٩٣١ جامع الفضائل وقامع الرذآئل مختصر للشيخ الفاضل القدوة الشهير بمحمود افندى الاسكدارى المتوفى سنة ١٠٣٨ اوله الحمد لله الذى خلق الانسان فى احسن تقويم الخ رتّب على ثلثة ابواب آ فى الاحوال العامّة والفضآئل المهمّة ٢ فى اخلاق النفس وطريق اصلاحها ٣ فى كيفيّة السلوك والمعارف الآلهيّة ٣٩٣٢ جامع الفقه المعروف بالفتاوى العتابيّة لابى نصر احمد بن محمد العتابى البخارى الحنفى المتوفى سنة ٥٨٦ وهو كبير فى اربع مجلّدات ٣٩٣٣ [جامع الفقه فى فروع الشافعيّة للشيخ محمد بن احمد الكتانى المعروف بابن الحداد المتوفى سنة ٣٤٥] ٣٩٣٤ جامع الفنون لابن شبيب الحرانى الحنبلى ويقال له جامع العلوم [المارّ ذكره آنفًا] ٣٩٣٥ جامع الفوآئد فارسى ليوسف بن محمد الطبيب المشهور بيوسفى اوله حمد نامحدود حكيمرا كه الخ وهو مشتمل على شرح علاج الامراض ٣٩٣٦ الجامع الكبير

---

inseruit, quae ultima est et praefationem, decem capita et conclusionem continet. Hoc opus simul cum archetypo in manibus hominum multum pervolutatur, quamvis ei insint vitia et lapsus. — 3931. Jámi' el-fedháïl we cámi' el-redzáïl, liber in quo virtutes praestantes colliguntur et pravitates reprimuntur, auctore Sheikh bene merito et exemplari *Uskudári*, vulgo *Mahmúd Efendi* dicto et anno 1038 (inc. 21. Aug. 1628) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui hominem optime constitutum creavit etc., et in tria capita dispositum est — de statibus communibus et virtutibus gravibus — de affectionibus animae a natura insitis et ejus emendandae ratione — de qualitate viae mysticae et cognitionibus metaphysicis. — 3932. Jámi' el-fic'h, corpus magnum jurisprudentiae, vulgo *Fetáwi Attábíyet* appellatum et quatuor volumina complectens, auctore *Abu Nasr Ahmed Ben Mohammed Attábi Bokhári* Hanefita, anno 586 (inc. 8. Febr. 1190) mortuo. — 3933. [Jámi' el-fic'h, corpus jurisprudentiae de partibus juris Shafiitici specialibus, auctore Sheikh *Mohammed Ben Ahmed Kettáni*, vulgo *Ibn-elheddád* dicto et anno 345 (inc. 15. Apr. 956) mortuo]. — 3934. Jámi' el-fonún, corpus doctrinarum, auctore *Ibn Shebíb Harráni* Hanbalita. Idem opus *Jámi' el-olúm* appellatur, [ut supra memoratum est]. — 3935. Jámi' el-fewáïd, corpus adnotationum utilium, vulgo *Yusufi* dictum et persice scriptum, auctore *Yusuf Ben Mohammed* Medico. Incipit ita: Laus immensa sapienti, qui etc., et commentarium comprehendit libri *Iláj el-amrádh*. — 3936. El-Jámi' El-Kebír, corpus magnum de partibus juris Hanefitici specialibus,

فى الفروع للامام المجتهد ابى عبد الله محمد بن الحسن الشيبانى الحنفى المتوفى سنة ١٨٧ قال الشيخ اكمل الدين هو كاسمه لجلائل مسائل الفقه جامع كبير قد اشتمل على عيون الروايات ومتون الدرايات بحيث كاد ان يكون معجزًا لتمام لطائف الفقه منعجزًا شهد بذلك بعد انفاد العمر فيه داروه ولا يكاد يلم بشىء من ذلك عاروه ولذلك امتدّت اعناق ذوى التحقيق نحو تحقيقه واشتدّت رغباتهم فى الاعتناء بحلّ لفظه وتطبيقه وكتبوا له شروحًا وجعلوه مبيّنا مشروحًا انتهى منها شرح الفقيه ابى الليث نصر بن احمد السمرقندى الحنفى المتوفى سنة ٣٧٣ وشرح فخر الاسلام على بن محمد البزدوى المتوفى سنة ٤٨٢ وشرح القاضى ابى زيد عبيد الله ابن عمر الدبوسى المتوفى سنة ٤٣٢ وشرح الامام برهان الدين محمود بن احمد صاحب المحيط وشرح شمس الائمّة ابى محمد عبد العزيز بن احمد الحلوانى المتوفى سنة ٤٤١ وشرح شمس الائمّة محمد بن احمد بن ابى سهل السرخسى المتوفى سنة ٤٨٣ وشرح محمد بن على الشهير بابن عبدك الجرجانى المتوفى سنة ٣٤٧ وشرحى السيّد الامام جمال الدين محمود بن احمد

---

auctore juris peritissimo et studiosissimo *Abu Abdallah Mohammed Ben-elhasan Sheibáni* Hanefita, anno 187 (inc. 30. Dec. 802) mortuo. Sheikh *Akmal-ed-dín*: Hic liber, inquit, ut nomen habet, corpus magnum est quaestionum jurisprudentiae gravissimarum, quod traditiones continet primarias et textus institutionum, ut prope miraculum sit juris elegantias perfecte complens. Qui vita in libri studio consumta eum usu cognoverunt, testimonio id confirmant, nec partem tantum ejus attingunt, qui ad eum accedunt. Hanc ob caussam colla virorum eruditione alta instructorum versus altas cognitiones in libro obvias extensa sunt, desiderioque vehementi curam in verbis libri explicandis et eo confirmando ponendi flagrant, et commentarios composuerunt eumque clarum et perspicuum reddiderunt. Haec ille. — Commentarios hos scripserunt Jurisconsultus *Abu'lleith Nasr Ben Ahmed Samarcandi* Hanefita, anno 373 (inc. 15. Jul. 983) mortuus — *Fakhr el-islám Ali Ben Mohammed Pezdewi*, anno 482 (inc. 16. Mart. 1089) mortuus — Cádhi *Abu Zeid Obeidallah Ben Omar Debbúsi*, anno 432 (inc. 11. Sept. 1040) mortuus — Imám *Borhán-ed-dín Mahmúd Ben Ahmed*, operis *El-Mohít* auctor — *Shems el-aïmmet Abu Mohammed Abd-el-azíz Ben Ahmed Holwáni*, anno 449 (inc. 10. Mart. 1057) mortuus — *Shems el-aïmmet Mohammed Ben Ahmed Ben Abi Sahl Serakhsi*, anno 483 (inc. 6. Mart. 1090) mortuus — *Mohammed Ben Ali Jorjáni*, vulgo *Ibn Abdek* dictus et anno 347 (inc. 25. Mart. 958) mortuus — El-Seyyid El-Imám *Jemál-ed-dín Mahmúd Ben Ahmed*

البخارى المعروف بالحصيرى المتوفى سنة ٦٣٦ احدهما مختصره الذى زاد فيه على ما فى الجامع العالمى زهآء الف من المسآئل وكثيرًا من القواعد الحسابيّة وهو فى مجلّدين اوله الحمد لله شارع الاحكام الخ بالغ فى الايضاح بالنظآئر والشواهد وايراد الفروق وتصحيح الحسابيّات باوجز العبارات تسهيلًا للحفظ وثانيهما المطوّل الذى بلغ فى الجمع والتحقيق الغاية وهو المسمّى بالتحرير فى شرح الجامع الكبير وهو فى ثمان مجلّدات الّفه حين قرأ عليه الملك المعظم عيسى بن ابى بكر الايوبى صاحب الشأم المتوفى سنة ٦٢٤ والملك المعظم المزبور شرح الجامع الكبير ايضا وكان عادته ان يعطى مأة دينار لمن يحفظ الجامع الكبير وخمسين دينارًا لمن يحفظ الجامع الصغير ومنها شرح الامام ابى نصر احمد بن محمد [بن عمر] العتابى البخارى المتوفى سنة ٥٨٦ اوله الحمد لله الذى تكفّل لمن توكّل عليه الخ وله الجامع الكبير ايضا ومنها شرح الامام ابى بكر احمد بن على المعروف بالجصاص الرازى المتوفى سنة ٣٧٠ وشرح الامام افتخار الدين عبد المطلب ابن الفضل الهاشمى الحلبى المتوفى سنة ٦١٦ وهو شرح

Bokhári, vulgo *Hasíri* dictus et anno 636 (inc. 14. Aug. 1238) mortuus, qui duos commentarios confecit, in quorum altero eoque breviori iis, quae in *El-Jámi' El-Alimi* leguntur, mille circiter quaestiones et magnam partem regularum arithmeticae primariarum addidit. Continet autem duo volumina et incipit ita: Laus Deo statuta sancienti etc. Summam operam in rebus per analogias et locos probantes explicandis, distinctionibus afferendis, arithmeticis emendandis posuit brevissima dictione usus, qua memoriam adjuvaret. Alter longior est, quo in colligendo et comprobando summum fastigium attingere studet, eique titulum *El-Tahrír fi sharh El-Jámi' El-Kebír* dedit. Continet octo volumina, quae composuit, cum *El-Melik El-Moatztzem Isa Ben Abi Bekr Eyyúbi* Syriae rex anno 624 (inc. 22. Dec. 1226) mortuus coram ipso legeret. Idem *Melik Moatztzem* modo laudatus commentarium *El-Jámi'i El-Saghír* edidit, et ejus consuetudinis erat, ut, qui *El-Jámi' El-Kebír* memoria tenebat, ei centum denarios daret, et quinquaginta ei, qui *El-Jámi' El-Saghír* in memoria habebat — porro Imám *Abu Nasr Ahmed Ben Mohammed* [*Ben Omar*] *Attábi Bokhári*, anno 586 (inc. 8. Febr. 1190) mortuus, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo, qui sponsor est eorum, qui fiduciam in ipso ponunt etc. Idem auctor est operis *El-Jámi' El-Kebír* inscripti — Imám *Abu Bekr Ahmed Ben Ali Rázi*, vulgo *Jessás* dictus et anno 370 (inc. 17. Jul. 980) mortuus — Imám *Iftikhár-ed-dín Abd-el-motalleb Ibn-elfadhl Háshimi Halebi*, anno 616 (inc. 19. Mart. 1219) mortuus, cujus commentarius textum

ممزوج وسط اوله الحمد لله الذى نوّر قلوب العلمآء بمصابيح الحكم الخ وشرح الامام ابى جعفر احمد بن محمد الطحاوى المتوفى سنة ٣٢١ وشرح ابى عمرو احمد بن محمد الطبرى الحنفى المتوفى سنة ٣٤٠ وشرح ابى عبد الله محمد بن يحيى الجرجانى الفقيه المتوفى سنة ٣٩٨ وشرح القاضى ابى حازم عبد الحميد بن عبد العزيز المتوفى سنة ٤٩٢ وشرح شيخ الاسلام ابى بكر احمد بن منصور الاسبيجابى المتوفى سنة ٥٠٠ تقريبًا [قلت قال التقى رأيت بخطّ بعضهم ان وفاته بعد الثمانين واربعمأئة انتهى] وشرح الامام ابى بكر محمد بن حسين المعروف بخواهر زاده البخارى المتوفى سنة ٤٨٣ وشرح الامام حسين بن يحيى الزَّنْدُوسْتى وشرح الامام علآء الدين العالم السمرقندى اوله الحمد لله على آلائه ونعمائه الخ وهو فى مجلّدات وشرح الامام فخر الدين حسن بن منصور الشهير بقاضيخان المتوفى سنة ٥٩٢ وشرح الامام ركن الدين ابى الفضل عبد الرحمن بن محمد الكرمانى المتوفى سنة ٥٤٣ وشرح الامام ابى بكر الزاهد البلخى وشرح الامام برهان الدين على بن ابى بكر [بن عبد الجليل] المرغينانى المتوفى سنة ٥٩٣ وشرح القاضى [محمد بن الحسين] الارسانيدى [المتوفى سنة ٥١٢]

---

admixtum habet et medii ambitus est. Incipit ita: Laus Deo, qui corda virorum doctorum lucernis cognitionum illustravit etc. — Imám *Abu Jafar Ahmed Ben Mohammed Tehávi*, anno 321 (inc. 1. Jan. 933) mortuus — *Abu Amru Ahmed Ben Mohammed Taberi* Hanefita, anno 340 (inc. 9. Jun. 951) mortuus — *Abu Abdallah Mohammed Ben Yahya Jorjáni* Jurisconsultus, anno 398 (inc. 17. Sept. 1007) mortuus — Cádhi *Abu Házim Abd-el-hamíd Ben Abd-el-azíz*, anno 292 (inc. 13. Nov. 940) mortuus — Sheikh el-islám *Abu Bekr Ahmed Ben Mansúr Isbíjábi*, circa annum 500 (inc. 2. Sept. 1106) mortuus — [*Tacki-ed-dín*: Vidi, inquit, ab aliquo scriptum, eum post annum 480 (inc. 8. Apr. 1087) obiisse] — Imám *Abu Bekr Mohammed Ben Hosein Bokhári*, vulgo *Kháherzádeh* dictus et anno 483 (inc. 6. Mart. 1090) mortuus — Imám *Hosein Ben Yahya Zendústi* — Imám *Alá-ed-dín El-Alim El-Samarcandi*, cujus commentarius pluribus voluminibus constans ita incipit: Laus Deo pro ejus donis et beneficiis etc. — Imám *Fakhr-ed-dín Hasan Ben Mansúr*, vulgo *Cádhi Khán* dictus et anno 592 (inc. 6. Dec. 1195) mortuus — Imám *Rokn-ed-dín Abu'lfadhl Abd-el-rahman Ben Mohammed Kermáni*, anno 543 (inc. 22. Mai. 1148) mortuus — Imám *Abu Bekr Záhid Balkhi* — Imám *Borhán-ed-dín Ali Ben Abi Bekr* [*Ben Abd-el-jelíl*] *Marghínáni*, anno 593 (inc. 24. Nov. 1196) mortuus — Cádhi [*Mohammed Ben-elhosein*] *Arsanídi*, [anno 512 (inc. 24. Apr. 1118) mortuus] —

وشرح الصدر الشهيد حسام الدين عمر بن عبد العزيز ابن مازه المتوفى شهيدًا سنة ٥٣٦ وله تلخيصه وتلخيص الجامع الكبير ايضا لكمال الدين محمد بن عباد الخلاطى المتوفى سنة ٦٥٢ وقد سبق مع شروحه ومنها شرح ابى المظفر يوسف بن قزاوغلى المعروف بسبط ابن الجوزى الحنفى المتوفى سنة ٦٥٤ وشرح ابى عمرو عثمان بن ابرهيم الماردينى المتوفى سنة ٧٣١ وهو كبير فى عدّة مجلّدات وشرح الامام رضى الدين ابرهيم بن سليمان الحموى المنطقى الرومى المتوفى سنة ٧٣٢ [وهو فى ست مجلّدات] وشرح ابى العباس احمد بن مسعود القونوى وهو فى اربع مجلّدات سمّاه التقرير ولم يكمله بتبييضه ثم كمّله ولده ابو المحاسن محمود المتوفى سنة ٧٧١ وشرح تاج الدين احمد بن ابرهيم المعروف بابن البرهان الحلبى المتوفى سنة ٧٣٨ وشرح فخر الدين عثمان بن على [يونس الزيلعى] المتوفى سنة ٧٤٣ وشرح تاج الدين على بن سنجر ابن السباك [البغدادى] المتوفى فى حدود سنة ٧٠٠ شرح اكثره ولم يتمّ [قلت قال ولدت فى شعبان سنة ستين او سنة احدى وستين وستمائة انتهى ذكره التقى] وشرح ناصر الدين

El-Sadr El-Shehíd Hosám-ed-dín Omar Ben Abd-el-azíz Ibn Mázeh, qui anno 536 (inc. 6. Aug. 1141) martyrium subiit, et pariter potiora libri in epitome selecta edidit. Idem fecit *Kemál-ed-dín Mohammed Ben Abbád Khiláti*, anno 652 (inc. 21. Febr. 1254) mortuus, cujus *Telkhís El-Jámi' El-Kebír* cum commentariis supra commemoravimus — *Abu'lmotzaffer Yusuf Ben Ckizughli* Hanefita, vulgo *Sibt Ibn-eljauzi* dictus et anno 654 (inc. 30. Jan. 1256) mortuus — *Abu Amru Othmán Ben Ibrahím Maridíni*, anno 731 (inc. 15. Oct. 1330) mortuus, cujus commentarius magnus est et pluribus voluminibus comprehenditur — Imám *Redhí-ed-dín Ibrahím Ben Soleimán Hamawi Rumi* Logicus, anno 732 (inc. 4. Oct. 1331) mortuus, [cujus commentarius sex habet volumina] — *Abu'labbás Ahmed Ben Mes'úd Cunewi*, qui commentarium e quatuor voluminibus constantem *Tecrír* inscripsit, at eum usque ad finem nitidius non exscripsit, quod *Abu'lmehásin Mahmúd* filius, anno 771 (inc. 5. Aug. 1369) mortuus, fecit — *Táj-ed-dín Ahmed Ben Ibrahím Halebi*, vulgo *Ibn-elborhán* dictus et anno 738 (inc. 30. Jul. 1337) mortuus — *Fakhr-ed-dín Othmán Ben Ali* [*Yunos Zeilaï*], anno 743 (inc. 6. Jun. 1342) mortuus — *Táj-ed-dín Ali Ben Senjer Ibn-elsebbák* [*Baghdádi*], circa annum 700 (inc. 16. Sept. 1300) mortuus, qui majorem ejus partem commentatus est, attamen opus non absolvit. [Natus sum, inquit, mense Shabán anni 660 (inc. 26. Nov. 1261) sive 661 (inc. 15. Nov. 662), ut *Tacki-ed-dín* testatur] — *Násir-ed-dín*

محمد بن احمد [بن عبد العزيز المعروف بابن] الربوة الدمشقى الحنفى المتوفى سنة ٧٦٤ سمّاه الدر النظيم المنير فى حلّ اشكال الجامع الكبير وشرح ابى عبد الله محمد بن عيسى المعروف بابن ابى موسى المتوفى سنة ٣٣٤ وشرح ظهير الدين الاسترابادى وشرح القاضى سراج الدين عمر بن اسحق الهندى المتوفى سنة ٧٧٣ ولم يكمله وشرح عبد الحميد العراقى وشرح الامام المسعودى وشرح الصدر مجد الدين وشرح الامام اوحد الدين النسفى وشرح الامام على القمى وللجامع الكبير منظومات منها نظم احمد بن ابى المؤيد المحمودى النسفى اوله الحمد لله الذى انزل كتابه الخ ذكر فيه انّه نظم اوّلًا فمهّد للنظم اساسًا فاحكمه ثمّ بنى عليه النثر ثمّ لخّص للنظم نسخة وطرح النثر واورد فى كلّ باب قصيدة واتمّه فى محرّم سنة ٥١٥ وعدد ابياته خمسة آلاف وخمسمائة وخمسة وخمسون بيتًا وشرح هذا المنظوم للشيخ الامام ابى القاسم محمود بن [عبيد الله بن] صاعد الحارثى المتوفى سنة ٦٠٦ وسمّاه تقويم التحرير ومنها نظم احمد بن عثمان ابن [ابرهيم] الصبيح التركمانى المتوفى سنة ٧٤٤

Mohammed Ben Ahmed [*Ben Abd-el-azíz*] *Dimeshcki* Hanefita, [vulgo *Ibn*] *Rubica* [dictus et] anno 764 (inc. 21. Oct. 1362) mortuus, qui commentarium *El-Dorr El-Natzím El-Monír* de explicandis libri *El-Jámi' El-Kebír* locis ambiguis inscripsit — *Abu Abdallah Mohammed Ben Isa*, vulgo *Ibn Abi Musa* dictus et anno 334 (inc. 13. Aug. 945) mortuus — *Tzahír-ed-dín Asterábádi* — Cádhi *Siráj-ed-dín Omar Ben Is'hac Hindi*, anno 773 (inc 15. Jul. 1371) mortuus, qui commentarium non absolvit — *Abd-el-hamíd Irácki* — Imám *Mes'údi* — *El-Sadr Majd-ed-dín* — Imám *Auhad-ed-dín Nesefi* — Imám *Ali Commi.* — Plures metrice quoque *El-Jámi' El-Kebír* exararunt, ut *Ahmed Ben Abi'lmowayyed Mahmúdi Nesefi*, cujus editio metrica ita incipit: Laus Deo, qui librum suum revelavit etc. Narrat hic, se primum metrice opus vertisse ita, ut huic editioni fundamentum jaceret idque firmaret, tum super eo editionem prosam construeret, deinde metricae editionis exemplum potiorem partem extraheret prosamque rejiceret, et quovis capite *Casídam* proferret. Absolvit opus mense Moharrem anni 515 (inc. 22. Mart. 1121), et numerus versuum explebat quinque millia quingentos quinquaginta quinque. Hujus metricae editionis commentarium Sheikh Imám *Abú'lcásim Mahmúd Ben* [*Obeidallah Ben*] *Sáid Hárithi*, anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuus, edidit, quem *Tefhím El-Tahrír* inscripsit — porro *Ahmed Ben Othmán Ibn* [*Ibrahím*] *Sabíh Turkemáni*, anno 744 (inc. 26. Mai. 1343) mortuus,

[قلت قال التقى فى طبقاته له شرح الجامع الكبير انتهى] ونظم ابى الحسن على بن خليل الدمشقى المتوفى سنة ٦٥١ ٣٩٣٧ الجامع الكبير فى الفروع الحنفيّة ايضا لابى الحسن عبيد الله بن حسين الكرخى الحنفى المتوفى سنة ٣٤٠ ذكره فى مختصره وقال من اراد مجاوزة ما فى هذا الكتاب يعنى المختصر فلينظر فى الجامع الصغير الذى ألّفناه وان اراد اكثر من ذلك فالكبير يستغرق ذلك كلّه وانّ الجامع الكبير لاصحابنا متعدّد وقد عدّده صاحب الحقائق وقال منها الجامع الكبير لفخر الاسلام على البزدوى وللامام قطب الدين ابى الحسن على بن محمد الاسبيجابى ولشيخ الاسلام علآء الدين السمرقندى وللصدر الحميد ولفخر الدين قاضيخان وللعتابى انتهى والظاهر انّ لهم مصنّفات بذلك الاسم كما لابى الحسن الكرخى غير الشروح المذكورة فى جامع محمد بن الحسن ومنها الجامع الكبير فى الفتاوى للامام ناصر الدين محمد بن يوسف السمرقندى المتوفى سنة ٥٥١ ذكره فى آخر الملتقط وقال تمامه فى جمادى الاولى سنة ٥٤٨ ولمحمد بن محمد القباوى الحنفى المتوفى تقريبًا سنة ٧٣٠

[qui, teste *Tacki-ed-dín* in suis *Tabacát*, commentarium libri *El-Jámi' El-Kebír* edidit] — et *Abu'lhasan Ali Ben Khalíl Dimeshcki*, anno 651 (inc. 3. Mart. 1253) mortuus. — 3937. El-Jámi' El-Kebír, corpus magnum pariter de partibus juris Hanefitici specialibus, auctore *Abu'lhasan Obeidallah Ben Hosein Karkhi* Hanefita, anno 340 (inc. 9. Jun. 951) mortuo. Commemorat illud in ejus epitome: Qui, inquit, ea transgredi vult, quae in hoc libro, epitomen dico, leguntur, *El-Jámi' El-Saghír* a nobis compositum videat, sin autem plura cupiat, opus *El-Kebír*, quod haec omnia comprehendit. Jam vero plures sectae nostrae asseclae opera ediderunt *Jámi' Kebír* inscripta, quae libri *Hacáïc* auctor recensuit. Laudat inter eos *Fakhr-el-islám Ali Pezdewi*, Imám *Cotb-ed-dín Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Isbíjábi*, Sheikh el-islám *Alá-ed-dín Samarcandi*, *El-Sadr El-Hamíd*, *Fakhr-ed-dín Cádhi Khán*, *Attábi*. Haec ille; unde apparet, eos opera composuisse eodem nomine insignita, quo *Abu'lhasan Karkhi* suum appellaverit, exceptis commentariis in *Jámi' Mohammedis Ben-elhasan* laudatis. Praeterea opera *El-Jámi' El-Kebír* inscripta et responsa juridica continentia emiserunt Imám *Násir-ed-dín Mohammed Ben Yusuf Samarcandi*, anno 556 (inc. 31. Dec. 1160) mortuus, qui suum in fine libri *Multecat* commemorat, et mense Jomádi primo anni 548 (inc. 29. Mart. 1153) absolvisse dicit — *Mohammed Ben Mohammed Cobáwi* Hanefita, circa annum 730 (inc. 25. Oct. 1329) mortuus — et

ولابى عبد الله محمد بن عيسى بن ابى موسى المتوفى سنة ٣٣٤ ٣٩٣٨ الجامع الكبير فى فروع الحنابلة للقاضى ابى يعلى [المذكور فى الصغير] ٣٩٣٩ الجامع الكبير فى الحديث للامام ابى عبد الله محمد بن اسمعيل البخارى المتوفى سنة ٢٥٦ ذكره ابن طاهر ٣٩٤٠ الجامع الكبير فى معالم التفسير للامام ناصر الدين البستى ٣٩٤١ الجامع الكبير فى التفسير للرمانى ٣٩٤٢ الجامع الكبير فى المنطق والطبيعى والآلهى لموفق الدين عبد اللطيف بن يوسف البغدادى المتوفى سنة ٦٢٩ وهو كتاب مبسوط فى نحو عشر مجلّدات ٣٩٤٣ الجامع الكبير فى اخبار الامم لداود بن الجرّاح ٣٩٤٤ الجامع الكبير فى علم البيان لابن الاثير على بن محمد الجزرى صاحب الكامل [المتوفى سنة ٦٣٠ اوله الحمد لله مبدئ النعم اولًا وآخرًا الخ] ٣٩٤٥ الجامع الكبير فى احكام النجوم للخصيبى ٣٩٤٦ جامع الكبيسانى فى الفروع للامام سليمان بن سعيد الكبيسانى الحنفى رواية البشر بن وليد وعلى بن صالح الجرجانى وابى اسحق الكرخى وابى الحسن الكرخى ٣٩٤٧ جامع اللذات فى الباه لابى نصر بن على

Abu Abdallah Mohammed Ben Isa Ben Abi Musa, anno 334 (inc. 13. Aug. 945) mortuus. — 3938. El-Jámi' El-Kebír, corpus magnum de partibus juris Hanbalitarum specialibus, auctore Cádhi *Abu Yali*, [sub *El-Jámi' El-Saghír* laudato]. — 3939. El-Jámi' El-Kebír, corpus magnum de re traditionaria, auctore Imám *Abu Abdallah Mohammed Ben Ismaíl Bokhári*, anno 256 (inc. 9. Dec. 869) mortuo. Laudat illud *Ibn Táhir*. — 3940. El-Jámi' El-Kebír, corpus magnum de vestigiis exegesis coranicae, auctore Imám *Násir-ed-dín Bosti*. — 3941. El-Jámi' El-Kebír, corpus magnum de exegesi coranica, auctore *Rommáni*. — 3942. El-Jámi' El-Kebír, corpus magnum de logica, physica et metaphysica, auctore *Mowaffic-ed-dín Abd-el-latíf Ben Yusuf Baghdádi*, anno 629 (inc. 29. Oct. 1231) mortuo. Liber amplus decem fere voluminum. — 3943. El-Jámi' El-Kebír, corpus magnum de historia gentium, auctore *Dawud Ben-eljerráh*. — 3944. El-Jámi' El-Kebír, corpus magnum de doctrina expositionis, ab *Ibn-elathír Ali Ben Mohammed Jezeri* auctore libri *Kámil*, [anno 630 (inc. 18. Oct. 1232) mortuo,] editum. [Incipit ita: Laus Deo beneficiorum primo et ultimo auctori etc.]. — 3945. El-Jámi' El-Kebír, corpus magnum de astrologia judiciaria, auctore *Khasíbi*. — 3946. Jámi' El-Keisáni, corpus *Keisáni*ticum de partibus juris specialibus, auctore Imám *Soleimán Ben Saíd Keisáni* Hanefita. Continet ea, quae *Bishr Ben-elwelíd*, *Ali Ben Sálih Jorjáni*, *Abu Is'hac Karkhi* et *Abu'lhasan Karkhi* retulerunt. — 3947. Jámi' el-ledzdzát, promtuarium delectationum de doctrina stimulantium, auctore *Abu Nasr Ben Ali*

الكاتب الشهير بابن السمسانى وهو كتاب كبير حسن السبك والترتيب ٣٩٤٨ جامع اللطآئف
فى اسرار الغوارف ٣٩٤٩ جامع اللطآئف تركى لمحمود بن عثمان الشهير بلامعى البرسوى
المتوفى سنة ٩٣٨ وهو مختصر مشتمل على انواع الهزل والمجون ٣٩٥٠ جامع اللغة للسيّد محمد
ابن السيّد حسن ابن السيّد على صاحب الراموز المتوفى سنة ٨٩٩ تقريبًا ذكر فيه انّ صحاح
الجوهرى مشتمل على ما لا مدخل له فى معرفة اللغة من الاشعار والامثال والانساب واختصره
بعضهم ولكنه اخلّ كما انّ الاصل املّ فاضاف اليه جميع ما اهمله من اللغة والحق به غرآئب
من المغرب والقآئف والنهاية وبسط الكلام فى معانى الاحاديث فسمّاه بالجامع معنونًا باسم
السلطان الفاتح وكان فراغه من تأليفه ببلدة ادرنه سنة ٨٥٤ ٣٩٥١ جامع المبادى والغايات
فى علم الميقات للشيخ الامام الاوحد ابى على حسن بن على المراكشى المتوفى سنة وهو
اعظم ما صنّف فى هذا الفنّ اوله امّا بعد حمد الله والصلوة على محمد الخ ذكر انّه
رتّب على اربعة فنون آ فى الحسابيّات وهو يشتمل على ٨٧ فصلًا ٢ فى وضع الآلات

Scriba, vulgo *Ibn-elsemsáni* dicto. Liber magnus eleganti forma et dispositione. — 3948. Jámi' el-letáïf, corpus subtilitatum de arcanis mysticorum spiritualium. — 3949. Jámi' el-letáïf, corpus elegantiarum, auctore *Mahmúd Ben Othmán Bursewi*, vulgo *Lámii* dicto et anno 938 (inc. 15. Aug. 1531) mortuo. Compendium turcice scriptum et varia genera facetiarum et jocorum petulantium continens. — 3950. Jámi' el-loghat, corpus lexicologicum, a *Seyyid Mohammed Ben-elseyyid Hasan Ibn-elseyyid Ali* auctore lexici *Rámúz*, circa annum 866 (inc. 6. Oct. 1461) mortuo, editum. Commemorat ibi, lexicon *Sahháh* a *Jauheri* evulgatum versus, adagia et genealogias continere, quae proprie locum in lexicologia non habeant. Aliquis librum in epitomen contraxit, et certe haec epitome voluptatem eodem modo affert, quo archetypum taedio afficit. Ad eam enim omnia lexicologica addidit, quae ille omiserat, et res singulares ex *Mughrib*, *Fáïc* et *Nihávet* adjecit, multa verba faciens de traditionum sententiis. Librum, cujus compositionem Adrianopoli anno 854 (inc. 14. Febr. 1450) absolvit, *Jámi'* appellavit eique nomen Sultani *Mohammed* Expugnatoris praescripsit. — 3951. Jámi' el-mebádi we el-ghávát, corpus initiorum et finium de ratione temporis, auctore Sheikh *El-Imám El-Auhad Abu Ali Hasan Ben Ali Merákeshi*, anno . . . mortuo. Liber hic amplissimus est de ea scientia scriptus et incipit ita: Praemissis praemittendis. Laus Deo et benedictio super *Mohammed* etc. Auctor librum se in quatuor partes divisisse dicit, quarum prima de rationibus agit et octoginta septem capita continet, secunda de constructione instru-

وهو يشتمل على سبعة اقسام ٣ فى العمل بالآلات وهو مشتمل على خمسة عشر بابًا ٤ فى مطارحات يحصل بها الدربة والقوة على الاستنباط وهو يشتمل على اربعة ابواب فى كلّ منها مسائل على طريق الجبر والمقابلة ٣٩٥٢ جامع المتون لجامع هذا الكتاب اعنى كشف الظنون جمعت فيه نحو ثلثين متنًا من المتون المعتبرة المشهورة المتداولة كلّ منها فى فنّ ثمّ اخترت اثنى عشر متنًا من مختصرات تلك المتون فى مجلّد آخر اصغر منه حجمًا وسمّيته مختصر جامع المتون وذلك نظير محبوب الحمائل للفاضل على قوشجى ٣٩٥٣ جامع المحاسن لشرف الدين ابى العباس احمد بن محمد [بن على] الشهير بابن العطار الدنيسرى المتوفى سنة ٧٩٤ جمع فيه شعره ٣٩٥٤ الجامع المحلى فى اصول الدين لابى اسحق ابرهيم بن محمد الاسفرآئنى الشافعى المتوفى سنة ٤١٨ ٣٩٥٥ الجامع المختصر فى عنوان التواريخ وعيون السير للشيخ تاج الدين على بن انجب ابن الساعى البغدادى المتوفى سنة ٦٧٤ وهو تأريخ كبير فى نحو خمسة وعشرين مجلّدًا بلغ فيه الى آخر سنة ٦٥٦ والذيل

---

mentorum, quae septem libros comprehendit, tertia de operatione instrumentis facienda, quae quindecim capitibus constat, quarta de projectionibus, quibus scientia et facultas comparatur incognita eliciendi. In singulis quatuor hujus partis capitibus quaestiones proponuntur ad modum reductionis per aequationem. — 3952. Jámi' el-motún, corpus textuum ab auctore hujus libri, lexicon dico bibliographicum, *Kashf el-tzonún* inscriptum, compositum. Collegi hic triginta circiter textuum gravissimorum, notissimorum et tritissimorum, qui singuli doctrinam tractant. Postea duodecim textus e brevioribus volumine alio eoque minore selegi, et hanc epitomen, quae similis est operi *Mahbúb el-hamáïl* a bene merito *Ali Cushji* edito, *Mokhtasar Jámi' el-motún* inscripsi. — 3953. Jámi' el-mehásin, corpus elegantiarum a *Sheref-ed-dín Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed* [*Ben Ali*] *Doneiseri*, vulgo *Ibn-elattár* dicto et anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuo, editum, qui hic carmina sua collegit. — 3954. El-Jámi' El-Mohalla, corpus bene ornatum de principiis religionis, auctore *Abu Is'hac Ibrahím Ben Mohammed Isferáïni* Shafiita, anno 418 (inc. 11. Febr. 1027) mortuo. — 3955. El-Jámi' El-Mokhtasar, corpus in angustum deductum de inscriptione historiarum et vitis principibus, auctore Sheikh *Táj-ed-dín Ali Ben Anjeb Ibn-elsáï' Baghdádi*, anno 674 (inc. 27. Jun. 1275) mortuo. Magna est historia viginti quinque circiter voluminum, in quibus usque ad finem anni 656 (inc. 8. Jan.

لتلميذه كمال الدين عبد الرزاق بن احمد بن [محمد المحدث المؤرخ الفيلسوف البغدادى] الفوطى المتوفى سنة ٧٢٣ وهو كبير فى نحو ثمانين مجلّدًا عمله للصاحب ٣٩٥٩ الجامع المختصر فى الطبّ لاحمد بن عبد الرحمن ابن مندويه الاصفهانى الطبيب المتوفى سنة وهو على عشر مقالات ٣٩٥٧ جامع المختصرات فى فروع الشافعية للشيخ كمال الدين احمد بن عمر بن احمد بن مهدى النسآئى المدلجى المصرى الشافعى المتوفى سنة ٧٥٧ وله شرحه ايضا وعليه حاشية للعلّامة جلال الدين محمد بن احمد ابن المحلى المتوفى سنة ٨٦٤ ومن شروحه شرح الشهاب احمد بن محمد بن احمد بن ابرهيم البيّجُورى الشافعى الذى ولد سنة ٨٠٠ وهو شرح ممزوج مسمّى بفتح الجامع ومفتاح ما اغلق على المطالع وربّما يسمّى مفتاح الجامع ثمّ اختصره وسمّاه اسنان المفتاح ذكره السخاوى وشرح العلّامة شهاب الدين احمد بن عبد الله بن محمد القلقشندى الشافعى ٣٩٥٨ جامع المذاهب ٣٩٥٩ جامع المسانيد والالقاب للشيخ ابى الفرج عبد الرحمن بن على ابن الجوزى البغدادى المتوفى سنة ٥٩٧

1258) progressus est. Eam *Kemál-ed-dín Abd-el-rezzác Ben Ahmed Ben* [*Mohammed Baghdádi* Traditionarius, Historiographus, Philosophus] *Foweti* discipulus ejus, anno 723 (inc. 10. Jan. 1323) mortuus, continuavit, et haec appendix satis magna octoginta explet volumina, quae principi confecit. — 3956. El-Jámi' El-Mokhtasar, corpus in angustum deductum de medicina, auctore *Ahmed Ben Abd-el-rahman Ibn Mundeweih Isfahání* Medico, anno . . . mortuo. Tractatus decem dissertationum. — 3957. Jámi' el-mokhtasarát, corpus epitomarum de partibus juris Shafiitici specialibus, auctore Sheikh *Kemál-ed-dín Ahmed Ben Omar Ben Ahmed Ben Mohda Nesáyi Modliji Misri* Shafiita, anno 757 (inc. 5. Jan. 1356) mortuo. Idem libri commentarium edidit, et eruditissimus *Jeiál-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Ibn-elmahalli*, anno 864 (inc. 28. Oct. 1459) mortuus, glossas ad eum scripsit. Inter alios commentati eum sunt *Shehább-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Ben Ahmed Ben Ibrahím Beijúri* Shafiita, anno 820 (inc. 18. Febr. 1417) natus, cujus commentarius textum admixtum habet, et *Fat'h el-jámi' we mifláh ma oghlica ala el-motáli'* inscriptus est. Saepe etiam *Mifláh el-jámi'* appellatur. Postea eum in epitomen coegit, quam *Asnán el-mifláh* appellavit et *Sekháwi* laudavit — et doctissimus *Shehább-ed-dín Ahmed Ben Abdallah Ben Mohammed Calacshendi* Shafiita. — 3958. Jámi' el-medzáhib, corpus variarum sectarum. — 3959. Jámi' el-mesánid we el-alcáb, corpus auctoritatum traditionum et nominum honorificorum, auctore Sheikh *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi Baghdádi*, anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo.

اوله الحمد لله الذى قدّم كتابنا على الكتب الخ وهو كتاب كبير رتّبه الشيخ ابو العباس احمد بن عبد الله المعروف بالمحبّ الطبرى ثمّ المكى المتوفى سنة ٦٩٤ ٣٩٦٠. جامع المسانيد للحافظ عماد الدين اسمعيل بن عمر المعروف بابن كثير الدمشقى المتوفى سنة ٧٧٤ وهو كتاب عظيم جمع فيه احاديث الكتب العشرة فى اصول الاسلام اعنى الستة والمسانيد الاربعة ٣٩٦١ جامع المسانيد للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ذكره فى فهرس مؤلّفاته ٣٩٦٢ جامع المسانيد للشيخ جمال الدين النسائى ذكره التاجى فى كنز الراغبين ٣٩٦٣ جامع المسائل فى الفروع لمصطفى بن شمس الدين الاخترى القره حصارى الشهير بامّ الفتاوى الحنفى المتوفى سنة ٩٦٨ وهو كتاب كبير مرتّب على ابواب الفقه اوله الحمد لله الذى اخرج ارواح العلمآء من كتم العدم الخ ذكر انّه التقط فيه ما كثر وقوعه من مصنّفات المتقدّمين عريًّا عن الدلآئل لتصغير حجمه ٣٩٦٤ الجامع المستقصى فى فضآئل المسجد الاقصى للحافظ ابى القاسم على بن حسن الشهير بابن عساكر الدمشقى

Liber magnus, qui ita incipit: Laus Deo, qui librum nostrum ceteris libris praetulit etc., et ab Sheikh *Abu'labbás Ahmed Ben Abdallah*, vulgo *Mohibb* dicto, primum Tiberiadis postea Mekkae inquilino et anno 694 (inc. 21. Nov. 1294) mortuo, in ordinem digestus est. — 3960. Jámi' el-mesánid, corpus auctoritatum traditionum, auctore Háfitz *Imád-ed-dín Ismaíl Ben Omar Dimeshcki*, vulgo *Ibn Kethír* dicto et anno 774 (inc. 3. Jul. 1372) mortuo. Liber amplus, in quo traditiones decem operum de principiis Islami collegit, sex dico traditionum corpora canonica et quatuor *Mesánid* inscripta. — 3961. Jámi' el-mesánid, corpus auctoritatum traditionum, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Laudat illud in indice operum suorum. — 3962. Jámi' el-mesánid, corpus auctoritatum traditionum, auctore Sheikh *Jemál-ed-dín Nesáyi*. Laudat illud *Táji* in opere *Konz el-rághibín*. — 3963. Jámi' el-mesáïl, corpus quaestionum de partibus juris specialibus, auctore *Mustafa Ben Shems-ed-dín Akhteri Carahhisári* Hanefita, vulgo *Omm el-fetáwi* dicto et anno 968 (inc. 22. Sept. 1560) mortuo. Liber magnus et secundum capita juris dispositus, qui ita incipit: Laus Deo, qui spiritus virorum doctorum ex abdito nihilo produxit etc. Monet auctor, se ibi ex scriptis majorum collegisse, quae saepissime occurrant, ita tamen, ut voluminis deminuendi caussa argumentis sint destituta. — 3964. El-Jámi' El-Mostacsi, scriptura amplissima et diligentissima de praestantibus Mesquitae Hierosolymitanae qualitatibus, auctore Háfitz *Abu'lcásim Ali Ben Hasan Dimeshcki*, vulgo *Ibn Asákir* dicto et

المتوفى سنة ٥٧١ ٣٩٦٥ جامع المصنّف فى شعب الايمان للامام ابى بكر احمد بن حسين البيهقى الشافعى المتوفى سنة ٤٥٨ وهو كبير من الكتب المشهورة وله مختصرات منها مختصر شمس الدين القونوى ومختصر الامام معين الدين محمد ابن حمويه وفيه سبع وسبعون بابًا ومنتقاه للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ جمع زوائد الاصل على الكتب الستة وكتب منه الثلث فقط ٣٩٦٦ جامع المضمرات والمشكلات ويقال له المضمرات ايضا وهو من شروح مختصر القدورى يأتى فى الميم ٣٩٦٧ جامع المعارف تركى على عشرة ابواب فى مناقب المشايخ والبكآء والذكر وذمّ الدنيا والاوراد والصلوة وحساب الايام واحوال الخسوف ٣٩٦٨ جامع مفردات الادوية والاغذية للشيخ ابى عبد الله محمد الشهير بابن بيطار المتوفى سنة وهو كتاب كبير مشهور اوله الحمد لله الذى اقام بلطيف حكمته الخ ذكر فيه انّه امر بجمعه الملك الصالح اسند جميع الاقوال الى قائلها وهو اجلّ كتب

---

anno 571 (inc. 22. Jul. 1175) mortuo. — 3965. El-Jámi' el-mosannef, corpus bene compositum de fidei via, auctore Imám *Abu Bekr Ahmed Ben Hosein Beihacki* Shafiita, anno 458 (inc. 3. Dec. 1065) mortuo. Magnus est liber et inter opera celebrata, quem plures in epitomen coegerunt, ut *Shems-ed-dín Cunewi* et Imám *Moín-ed-dín Mohammed Ibn Hamaweih*, cujus epitome septuaginta septem continet capita. Potiora ejus selecta edidit Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, qui additamenta archetypi ad sex libros de re traditionaria canonicos collegit. Attamen tertiam tantum hujus florilegii partem scriptam reliquit. — 3966. Jámi' el-modhmerát we el-moshkilát, corpus locorum obscurorum et difficilium. Opus *El-Modhmerát* quoque inscribitur, et commentarius est compendii juridici a *Codúri* editi, de quo litera *Mím* videatur. — 3967. Jámi' el-meárif, corpus cognitionum. Opus turcice scriptum est et in decem capita dispositum — de virtutibus Sheikhorum, de fletu, Dei invocatione, bonis terrenis vituperandis, pericopis coranicis, precibus, dierum computandorum ratione et de lunae deliquii affectionibus. — 3968. Jámi' mofridát el-adwiyet we el-aghdiyet, corpus simplicia medicamentorum et ciborum continens, auctore Sheikh *Abu Abdallah Mohammed*, vulgo *Ibn Beitár* dicto et anno ... mortuo. Opus magnum et celebratum, quod ita incipit: Laus Deo, qui sapientiae suae elegantia constituit etc. Auctor eum *El-Melik El-Sálih* colligi jussisse narrat. Refert autem omnia dicta ad auctorem, et liber inter opera de

المفردات واجمعها وسمّاه بالجامع لكونه جمع بين الدوآء والغذآء والمراد من المفرد كلّ واحد من العقاقير قبل التركيب وهذا الكتاب موضوع لبيان ماهيّته وقوّته ومنافعه ومضارّه واصلاح ضرره والمقدار المستعمل من الجرم او العصارة او الطبيخ وبدله ٣٩٦٩ جامع المنطق للشيخ ابى اسحق ابرهيم بن السرى المعروف بالزجاج النحوى المتوفى سنة ٣١٠ ٣٩٧٠ جامع النحو لعبد الله بن مسلم ابن قتيبة النحوى المتوفى سنة ٢٧٦ وهو كبير وصغير ٣٩٧١ جامع النفيس فى الفروع للشيخ الامام بهآء الدين عبد الله بن عبد الرحمن المعروف بابن عقيل المصرى الشافعى النحوى المتوفى سنة ٧٦٩ ٣٩٧٢ جامع الواقعات للشيخ شمس الدين محمد الوفآئى الحنفى المتوفى سنة وهو مختصر مشتمل على مسآئل منشورة بسئل واجاب اوله الحمد لله معين العاجزين الخ ٣٩٧٣ الجامع لآداب الراوى والسامع للامام الحافظ ابى بكر احمد بن على المعروف بالخطيب البغدادى المتوفى سنة ٤٦٣ وهو مشتمل على قواعد اصول الحديث وفوآئده

---

medicamentis simplicibus clarissimus est et amplissimus, quem *El-Jámi'* (Conjungens) inscripsit, quod medicamenta et cibos conjunctim tractat. Sub *Mofrid* (remedium simplex) autem omnis planta medica intelligitur antequam composita sit cum aliis speciebus, et hoc opus conscriptum est ad demonstrandam plantae qualitatem, vim, utilitates, noxas, malae conditionis correctionem, mensuram corporis medici aut succi aut decocti adhibendam, et quae alia hujus generis sunt. — 3969. Jámi' el-mantic, corpus logicae, auctore Sheikh *Abu Is'hac Ibrahím Ben-elseri* Grammatico, vulgo *Zejjáj* dicto et anno 310 (inc. 1. Mai. 922) mortuo. — 3970. Jámi' el-nahw, corpus grammaticae, auctore *Abdallah Ben Moslim Ibn Coteiba* Grammatico, anno 276 (inc. 6. Mai. 889) mortuo. Magnum exstat et parvum. — 3971. El-Jámi' El-Nefís, corpus pretiosum de partibus juris specialibus, auctore Sheikh Imám *Behá-ed-dín Abdallah Ben Abd-el-rahman Misri* Grammatico Shafiita, vulgo *Ibn Ackíl* dicto et anno 769 (inc. 28. Aug. 1367) mortuo. — 3972. Jámi' el-wáckiát, corpus casuum controversorum, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Wefáyi* Hanefita, anno ... mortuo. Compendium, quod quaestiones continet diffusas adhibitis formulis „Interrogat" et „Respondet," et ita incipit: Laus Deo debiles adjuvanti etc. — 3973. El-Jámi' li adáb el-ráwi we el-sámi', corpus regularum referenti et audienti observandarum, auctore Imám Háfitz *Abu Bekr Ahmed Ben Ali Baghdádi*, vulgo *El-Khatib* (Concionator) dicto et anno 463 (inc. 9. Oct. 1070) mortuo. Continet leges fundamentales principiorum scientiae traditionariae hujusque utilitates. —

٣٩٧٤ جامع فى التفسير للامام الحافظ قوام السنة ابى القاسم اسمعيل بن محمد الاصفهانى المتوفى سنة ٥٣٥ وهو تفسير مبسوط فى نحو ثلثين مجلّدًا ٣٩٧٥ جامع فى الفروع للامام اسمعيل بن حماد بن ابى حنيفة الكوفى الحنفى المتوفى سنة ٢١٢ وهو رواية بشر بن غياث وللامام ظهير الدين الكندى وخلف بن ايوب وللامام البرغزى قال عبد القادر فى الجواهر رأيته مضبوطًا فى الغنية بالبآء آخر الحروف وفى موضع بالبآء الموحدة ٣٩٧٦ جامع فى الفروع للامام ابى حامد احمد بن [بشر بن] عامر المروزى الشافعى المتوفى سنة ٣٦٢ ولابى نصر محمد ابن هبة الله البندنيجى الشافعى المتوفى سنة [٤٩٥] وصنّف ابو العباس محمد بن الحسن البصرى تتمّة لجامع ابى حامد وسمّاه اللاحق ٣٩٧٧ جامع فى القرآآت العشر وقرأة الاعمش للامام ابى الحسن علىّ بن محمد بن على بن فارس المعروف بالخياط البغدادى المتوفى سنة ٤٥٠ ولابى جعفر محمد بن جرير الطبرى المتوفى سنة ٣١٠ كتاب حافل فيه نيف وعشرون قرأة سمّاه الجامع وصنّف الشيخ نصر بن عبد العزيز بن احمد الفارسى [الشيرازى] المتوفى سنة ٤٩١

3974. El-Jámi' fi el-tefsír, corpus de exegesi coranica, auctore Imám Háfitz *Chiwám el-sunnet Abu'lcásim Ismaíl Ben Mohammed Isfaháni*, anno 535 (inc. 17. Aug. 1140) mortuo. Commentarius Corani amplus triginta fere voluminum. — 3975. El-Jámi' fi el-forú', corpus de partibus juris specialibus, auctoribus Imám *Ismaíl Ben Hammád Ben Abi Hanífa Kufi* Hanefita, anno 212 (inc. 2. Apr. 827) mortuo, cujus opus ea continet, quae *Bishr Ben Ghayyáth* retulit, et Imám *Tzahír-ed-dín Kindi*, *Khalaf Ben Eyyúb*, Imám *Yarghazi*. *Abd-el-cádir* in *El-Jewáhir*: Vidi, inquit, *Yarghazí* nomen in opere *Ghunyet* ultima litera *Yá* et uno loco litera *Bá* scriptum. — 3976. Jámi' fi el-forú', corpus de partibus juris specialibus, auctoribus Imám *Abu Hámid Ahmed Ben* [*Bishr Ben*] *Amir Merwezi* Shafiita, anno 362 (inc. 12. Oct. 972) mortuo, et *Abu Nasr Mohammed Ben Hibatallah Bendenji* Shafiita, anno [495 (inc. 26. Oct. 1101)] mortuo. *Abu'liyádh Mohammed Ben-elhasan Basri* complementum composuit Corporis *Abu Hámidi*, quod *Láhic* inscripsit. — 3977. Jámi' fi el-ckiraát el-ashar, corpus de decem recensionibus coranicis et recensione *Amashi*, auctore Imám *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Ben Ali Ben Fáris Baghdádi*, vulgo *Khayyát* dicto et anno 450 (inc. 28. Febr. 1058) mortuo. *Abu Jafar Mohammed Ben Jerír Taberi*, anno 310 (inc. 1. Mai. 922) mortuus, librum copiosum edidit *El-Jámi'* inscriptum, qui viginti et quod excedit recensiones comprehendit, itemque Sheikh *Nasr Ben Abd-el-aziz Ben Ahmed Fárisi* [*Shirázi*], anno 461 (inc. 31. Oct.

جامعًا فى العشر ايضا وللشيخ كمال بن فارس جامع فى السبعة ٣٩٧٨ جامع لعلوم الامام احمد بن حنبل للشيخ الامام ابى بكر احمد بن محمد الخلال البغدادى [الحنبلى] المتوفى سنة ٣١١ وهو كتاب لم يصنّف فى مذهبه مثله ٣٩٧٩ جامع فى اللغة لابى عبد الله محمد بن جعفر القزاز القيروانى المتوفى سنة ٤١٢ وهو كتاب معتبر لكنه قليل الوجود وصنّف الشيخ محمد ابن عبد الله الكرمانى المتوفى سنة ٣٠٠ جامعًا فى اللغة جمع فيه ما اغفله الخليل فى كتاب العين ٣٩٨٠ جامع فى النحو لابى الطيب محمد بن احمد الوشّاء النحوى المتوفى فى حدود سنة ٣٠٠ وصنّف الشيخ عيسى بن عمر الثقفى النحوى المتوفى سنة ١٤٩ جامعًا فيه روى ان سيبويه اخذه وبسّطه وحشّى عليه من كلام الخليل وغيره فصار كتابًا كبيرًا مشهورًا بكتاب سيبويه ولعيسى هذا كتاب الاكمال فيه وفيهما يقول عميد شعر

بطل النحو جميعًا كلّه غير ما احدث عيسى بن عمر

ذاك اكمال وهذا جامع فيهما للناس شمس وقمر

1068) mortuus, Corpus de decem recensionibus composuit, et Sheikh *Kemál Ben Fáris* de septem tantum. — 3978. Jámi' li olúm El-Imám, corpus doctrinarum Imámi *Ahmed Ben Hanbal*, auctore Sheikh et Imám *Abu Bekr Ahmed Ben Mohammed Khallál Baghdádi* [Hanbalita], anno 311 (inc. 21. Apr. 923) mortuo. Liber, cui similis in hac secta compositus non exstat. — 3979. Jámi' fi el-loghat, corpus de lexicologia, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Jafar Cazzáz Cairawáni.* anno 412 (inc. 17. Apr. 1021) mortuo. Liber magni aestimatus, at inventu difficilis. Item Sheikh *Mohammed Ben Abdallah Kermáni*, anno 300 (inc. 18. Aug. 912) mortuus, *Jámi'* de lexicologia composuit, in quo ea collegit, quae *Khalíl* in libro *Aïn* omiserat. — 3980. Jámi' fi el-nahw, corpus grammaticum, auctore *Abu'ltayyib Mohammed Ben Ahmed Weshshá* Grammatico, circa annum 300 (inc. 18. Aug. 912) mortuo, et item Sheikh *Isa Ben Omar Thacafi* Grammaticus, anno 149 (inc. 16. Febr. 766) mortuus, Corpus de hac doctrina composuit, quod *Sibaweih* sumsisse, amplificasse, et glossas ei ex adnotationibus *Khalíli* et aliorum addidisse traditur. Inde liber magnus enatus est, vulgo Liber *Sibaweihi* dictus. Idem *Isa* librum *Ikmál* quoque de grammatica edidit, et in utrumque opus *Amíd* hos versus fecit:

Ars grammatica omnino omnis ad nihilum recidit, exceptis iis, quae *Isa Ben Omar* nova in ea protulit.

Alterum est *Ikmál* appellatum, alterum *Jámi'*. Utrumque est hominibus solis et lunae loco.

٣٩٨١ جامع فى الحديث للامام عبد الرزاق بن همام الصنعانى المتوفى سنة [٢١١] والفاضل قطب الدين محمد بن علآء الدين المكى المتوفى سنة ٩٩٠ جمع فيه الكتب الستة ورتّب وهذّب واحسن تهذيبه ولابن وهب [ابى محمد عبد الله الفهرى المتوفى سنة ١٩٧] ايضا ٣٩٨٢ جامع فى الفرآئض للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ وللشيخ زين الدين سَريجَا بن محمد الملطى ثم الماردينى المتوفى سنة ٧٨٨ ٣٩٨٣ جامع فى الحيض للامام ابى الرجآء مختار بن محمود الزاهدى الحنفى المتوفى سنة ٦٥٨ ٣٩٨٤ جامع فى تأريخ بنى سبكتكين لابى الفضل البيهقى ٣٩٨٥ جامع فى الطبّ لزين الدين محمد بن ابى بكر المعروف بابن جماعة المتوفى سنة ٨١٩ ٣٩٨٦ جامع فى ... لجعفر بن احمد المحائنى المتوفى سنة ٤٦٠ ٣٩٨٧ جامع فى ... للشيخ جمال الدين عبد الرحيم بن حسن الاسنوى الشافعى المتوفى سنة ٧٧٢ ٣٩٨٨ جامع فى ... لابى جعفر عمر بن اسحق اليمنى وكان حيًّا فى

3981. Jámi' fi el-hadíth, corpus de re traditionaria, auctoribus Imám *Abd-el-rezzác Ben Hemmám Sen'áni*, anno [211 (inc. 13. Apr. 826)] mortuo, et bene merito *Cotb-ed-dín Mohammed Ben Alá-ed-dín Mekki*, anno 990 (inc. 26. Jan. 1582) mortuo, qui in suo Corpore sex libros canonicos conjunxit. Disposuit et recognovit illud egregie, et pariter *Ibn Wahb* [*Abu Mohammed Abdallah Fihri* anno 197 (inc. 12. Sept. 812) mortuus] simile opus edidit. — 3982. Jámi' fi el-feráidh, corpus de jure hereditario, auctoribus Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo, et Sheikh *Zein-ed-dín Serija Ben Mohammed*, primum Malatiae, deinde Maridini inquilino et anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 3983. Jámi' fi el-heidh, corpus de purgationibus menstruis, auctore Imám *Abu'lrejá Mokhtár Ben Mahmúd Záhidi* Hanefita, anno 658 (inc. 18. Dec. 1259) mortuo. — 3984. Jámi' fi taríkh Beni Subuktekín, corpus de historia dynastiae *Subuktekín*, auctore *Abu'lfadhl Beihacki*. — 3985. Jámi' fi el-tibb, corpus medicum, auctore *Zein-ed-dín Mohammed Ben Abi Bekr*, vulgo *Ibn Jemáa* dicto et anno 819 (inc. 1. Mart. 1416) mortuo. — 3986. Jámi' fi ..., corpus de ..., auctore *Jafar Ben Ahmed Mehájy*, anno 460 (inc. 11. Nov. 1067) mortuo. — 3987. Jámi' fi ..., corpus de ..., auctore Sheikh *Jemál-ed-dín Abd-el-rehím Ben Hasan Esnewi* Shafiita, anno 772 (inc. 26. Jul. 1370) mortuo. — 3988. Jámi' fi ..., corpus de ..., auctore *Abu Jafar Omar Ben Is'hac Yemeni*,

سنة ٧١٣ ٣٩٨٩ جامع محمد بن زكريا الرازى المتوفى سنة [٣١١] ٣٩٩٠ الجامع المفيد فى الكشف عن اصول مسائل التقويم والمواليد للشيخ ابى العباس احمد بن [رجب المعروف بابن] المُنَجِّمى [المتوفى سنة ٨٥٠] رتّبه على مقدّمة وثلاث مقالات وخاتمة ٣٩٩١ جامعة الجواهر ارجوزة فى مطلع الكواكب الثابتة من نظم الشيخ قطب الدين ابى الخير ابن ابى السعود بن ظهيرة الشافعى المكى نظمها فى سنة ٩٠٥ فى سبع وسبعين بيتًا ٣٩٩٢ الجامعة اسم كتاب فى الجفر منسوب الى الامام جعفر الصادق ٣٩٩٣ جاودان خرد اسم كتاب للفرس منسوب الى هوشنك شاه وقد عرّبه حسن ابن سهل وزير المأمون ولخّصه ايضا فى تعريبه واورد الشيخ ابو على ابن مسكويه هذا الملخص فى مقدّمة كتابه المسمّى بآداب العرب والفرس ٣٩٩٤ جاودان كبير لفضل الله الحروفى وهو كتاب فارسى منثور ألّفه فى مذهبه وهو مشهور متداول بين الطآئفة الحروفيّة ٣٩٩٥ جاودان نامه فارسى مختصر فى التصوّف لافضل

---

anno 713 (inc. 28. Apr. 1313) vivo. — 3989. Jámi', corpus, auctore *Mohammed Ben Zakaríya Rázi*, anno [311 (inc. 21. Apr. 923)] mortuo. — 3990. El-Jámi' El-Mofíd, corpus fructuosum de descriptione subtiliori principiorum quaestionum ephemeridum et horoscoporum, auctore Sheikh *Abu'labbás Ahmed Ben* [*Rejeb*, vulgo *Ibn-*] *elmojdi* [dicto et anno 850 (inc. 29. Mart. 1446) mortuo]. Dispositum est in praefationem, tres dissertationes et conclusionem. — 3991. Jámiat el-jewáhir, series margaritas colligens. Carmen metro *Rejez* compositum de ortu stellarum fixarum, quod Sheikh *Cotb-ed-dín Abu'lkheir Ibn Abi'lsoud Ben Tzahíra Mekki* Shafiita anno 905 (inc. 8. Aug. 1499) septuaginta septem versibus edidit. — 3992. Jámiat, tabula fati. Nomen libri de arte ex membrana camelina divinandi Imamo *Jafar El-Sádic* attributi. — 3993. Jáwidán Khired, ratio aeterna, quod nomen libri Persarum est regi *Hushenk* attributi. *Hasan Ben Sahl Mamúni* Wezirus eum arabice transtulit, et in transferendo potiora ejus in epitome selegit, quam Sheikh *Abu Ali Ibn Miskaweih* praefationi operis sui *Adáb El-Arab we El-Fors* appellati inseruit. — 3994. Jáwidán Kebír, liber aeternus magnus, quem *Fadhlallah Horúfi* persice et soluta oratione de sectae suae disciplina composuit. Celebratus ille est et tritus inter sectae *Horúfi*cae asseclas. — 3995. Jáwidán-námeh, liber aeternus, auctore

الدين محمد الكاشى رتّب على اربعة ابواب كلّها فى احوال السلوك وحقآئق امور الصوفيّة

٣٩٩٦ علم الجبر والمقابلة

وهو من فروع علم الحساب لانه علم يعرف به كيفيّة استخراج مجهولات عدديّة من معلومات مخصوصة على وجه مخصوص ومعنى الجبر زيادة قدر ما نقص فى الجملة المعادلة بالاستثنآء فى الجملة الاخرى ليتعادلا ومعنى المقابلة اسقاط الزآئد من احدى الجملتين للتعادل وبيانه انّهم اصطلحوا على ان يجعلوا للمجهولات مراتب من نسبة تقتضى ذلك اولها العدد لانّه به يتعيّن المطلوب المجهول باستخراجه من نسبة المجهول اليه وثانيها الشىء لانّ كل مجهول فهو من حيث ابهامه شىء وهو ايضا جذر لما يلزم من تضعيفه فى المرتبة الثانية وثالثها المال وهو مربع المبهم فيخرج العمل المفروض الى معادلة بين مختلفين او اكثر من هذه

Afdhal-ed-dín Mohammed Káshi. Compendium persicum de Sufismo in quatuor capita dispositum, quae omnia de viae mysticae affectionibus et interioribus rerum Suficarum subtilitatibus agunt.

3996. Ilm el-jebr we el-macábelet. Doctrina reductionis per aequationem.

Pertinet ea ad partes arithmeticae speciales; est enim ea doctrina, qua modus cognoscitur, quantitates arithmeticas ignotas secundum certam rationem e certis quantitatibus notis eliciendi. Vox *jebr* (restauratio sive reductio partium ad totum) significat, transponendo numeros notos in alteram partem rem (Cosa sive x) quasi integram reddere, ita ut quantum ex parte rei demitur, tantum in alteram addatur, ut aequales sint duae partes. *Mocábelet* (oppositio) autem significat, numerum aliquem redundantem (subtrahendo vel dividendo) in alterutra propositione mutuae aequalitatis caussa tollere. Res autem ita declaranda est, viros doctos inter se convenisse, quantitatibus ignotis gradus e relatione quaerere, quae illos gradus quaesitos postulat. Primus gradus numerus (notus) est; hic enim quaesitum ignotum conspicuum reddit eo, quod quaesitum e relatione ignoti ad illum elicitur. Secundus gradus est res (Cosa sive x), omne enim ignotum, quatenus latet, res est vel etiam numerus, qui multiplicatus productum efficit; omnis enim res, quae in secundo gradu est, necessario duplicatur. Tertius denique gradus est potestas, quod quadratum

الاجناس فيقابلون بعضها ببعض ويجبرون ما فيها من الكسر حتى يصير صحيحًا ويؤل الى الثلثة التى عليها مدار الجبر وهى العدد والشىء والمال توضيحه انّ كلّ عدد يضرب فى نفسه يسمّى بالنسبة الى حاصل ضربه فى نفسه شيئًا فى هذا العلم ويفرض هناك كلّ مجهول يتصرّف فيه شيئًا ايضا ويسمّى الحاصل من الضرب بالقياس الى العدد المذكور مالا فى العلم فان كان فى احد المتعادلين من الاجناس استثناء كما فى قولنا عشرة الاشياء يعدل اربعة اشياء فالجبر رفع الاستثناء بان يزاد مثل المستثنى على المستثنى منه فيجعل العشرة كاملة كانّه يجبر نقصانها ويزاد مثل المستثنى على عديله كزيادة الشى فى المثال بعد جبر العشرة على اربعة اشياء حتى تصير خمسة وان كان فى الطرفين اجناس متماثلة فالمقابلة ان تنقص الاجناس من الطرفين بعدّة واحدة قيل هى تقابل بعض الاشياء ببعض على المساواة كما فى المثال المذكور اذا قوبلت العشرة بالخمسة على المساواة وسمّى العلم بهذين العلمين

---

ignoti est, ita ut ad singula genera, seu duo seu plura insint aequationi, sua operatio accommodetur. Unum igitur alteri opponitur, et quae in iis fracta sunt, integritati redduntur, ut sana fiant, et ad tres partes redeant, in quibus *El-Jebr* potissimum versatur, numerum dico, rem et potentiam. — *Expositio.* Omnis numerus per se multiplicatus relatione habita producti ex illa multiplicatione effecti in hac doctrina res (x sive radix) vocatur, itemque illic omne ignotum, quod in liberum hujus doctrinae arbitrium cadit, per rem definitur; ipsum vero productum ex multiplicatione effectum ratione numeri commemorati habita potestas in doctrina nominatur. Quodsi in uno generum inter se adaequatorum licet excipere aliquid, quemadmodum decem res (— x) aequant quatuor res, *Jebr*ae est tollere, quod utrimque demi potest eo, quod id, quod in exemplo proposito demendum est, additur ad id, e quo demendum est, ita ut decem res plenae fiant, quasi, quae inde desunt, restaurentur atque numerus ille datus, qui demendus est, addatur in alteram partem ei numero, qui ei respondet, quemadmodum in exemplo proposito auctus rei, additis quatuor rebus ad decem res, ut quinque fiant. Quodsi ab utraque parte genera aequalia reperiuntur, *Mocábelae* est, utrimque eundem numerum demere, quae et vocatur rerum utrimque positarum inter se compensatio facta secundum regulas aequalitatis, quemadmodum in nostro exemplo decem res compensantur cum quinque ad regulam aequationis. Scientia autem harum

علم الجبر والمقابلة لكثرة وقوعهما فيه واكثر ما انتهت المعادلة عندهم الى ست مسائل لانّ المعادلة بين عدد وجذر اى شى ومال مفردة او مركّبة تجئ ستة قال ابن خلدون وقد بلغنا انّ بعض ائمّة التعاليم من اهل المشرق انهى المعادلات الى اكثر من هذه الستة وبلغها الى فوق العشرين واستخرج لها كلّها اعمالا وثيقة ببراهين هندسيّة انتهى قال الفاضل عمر بن ابرهيم الخيامى انّ احد المعانى التعليميّة من الرياضى هو الجبر والمقابلة وفيه ما يحتاج الى اصناف من المقدّمات معتاصة جدا معتذر حلّها امّا المتقدّمون فلم يصل الينا منهم كلام فيها لعلهم لم يتفطّنوا لها بعد الطلب والنظر ولم يضطر البحث الى النظر فيها او لم ينقل الى لساننا كلامهم وامّا المتأخّرون فقد عنّ لهم تحليل المقدّمة التى استعملها ارشميدس فى الرابع من الثانية فى الكرة والاسطوانة بالجبر فتأدى الى كعاب واموال واعداد متعادلة فلم يتّفق له حلّها بعد ان افكر فيها مليّا فجزم بانه ممتنع حتى تبع ابو جعفر الخازن وحلّها بالقطوع المخروطية ثمّ افتقر بعده جماعة من المهندسين الى عدّة

---

duarum doctrinarum *Ilm el-jebr we el-mocábelet* vocatur ob multum earum in illa usum, et saepissime aequatio apud arithmeticos ad sex quaestiones revocatur, cum aequatio inter numerum, productum sive rem et potestatem versetur, et haec tria simplicia esse possint vel composita, unde sex quaestiones efficiuntur. *Ibn Khaldún*: „Aliquem, inquit, principem mathematicum in Oriente aequationes ad amplius has sex auxisse audivimus, ita ut supra viginti progressus sit, operationesque argumentis geometricis nixas elicuisse, quae in omnes illas aequationes cadant.“ — Bene meritus *Omar Ben Ibrahím Khiyámi* unam difficiliorum partium mathematicarum ex scientia *Riyádhi* doctrinam esse dicit *El-Jebr we El-Mocábelet*, cui plura insint, quae varias praemissas impeditas opus habeant, quarum solutio difficultatibus obstructa sit. Majores nihil nobis de illis dictum reliquerunt, cum fortasse post multum studium et speculationem eas minime intelligerent, neque disputatio in universum ad earum inquisitionem adigeret, vel quae disserverant, ea in nostram linguam non traderentur. Serioribus autem sese analysis praemissae obtulit, qua Archimedes in propositione quarta libri secundi de Sphaera et Cylindro interposita Algebra usus est, ita ut ad cubos, potestates et numeros inter se aequales progrederetur. Nec ei harum quaestionum solutio contigit, postquam aliquamdiu eas mente agitavit. Itaque rem ad effectum duci posse negavit, donec eum *Abu Jafar Kházin* secutus est, qui eas sectionibus conicis solvit. Post

اصناف منها فبعضهم حلّ البعض انتهى قيل اول من صنّف فيه الاستاذ ابو عبد الله محمد بن موسى الخوارزمى وكتابه فيه معروف مشهور وصنّف بعده ابو كامل شجاع بن اسلم كتابه الشامل وهو من احسن الكتب فيه ومن احسن شروحه شرح القرشى ومن الكتب المؤلّفة فيه

٣٩٩٧ علم الجدل

هو علم باحث عن الطرق التى يقتدر بها على ابرام ونقض وهو من فروع علم النظر ومبنى لعلم الخلاف مأخوذ من الجدل الذى هو احد اجزآء مباحث المنطق لكنّه خصّ بالعلوم الدينيّة ومباديه بعضها مبيّنة فى علم النظر وبعضها خطابيّة وبعضها امور عاديّة وله استمداد من علم المناظرة المشهور بآداب البحث وموضوعه تلك الطرق والغرض منه تحصيل ملكة النقض والابرام وفائدته كثيرة فى الاحكام العلميّة والعمليّة من جهة الالزام على المخالفين كذا فى مفتاح السعادة ولا يبعد ان يقال انّ علم الجدل هو علم المناظرة لانّ المآل منهما واحد

---

hunc denique multi geometrae plures praemissarum species desiderarunt et alii alias solverunt. Haec ille. — Primus, qui de hac doctrina scripsit, magister *Abu Abdallah Mohammed Ben Musa Khowarezmi* esse dicitur, et liber ejus de hac materia notus est et celebratus. Post eum *Abu Kámil Shojá' Ben Aslam* opus *Shámil* composuit, quod in optimis hujus generis operibus numeratur, et optimus ejus commentarius *Coreshi* auctorem habet. Ad libros de hac doctrina compositos pertinent ...

3997. Ilm el-jedl. Topica.

Est ea doctrina, quae in vias inquirit, quibus sententiae aut firmari aut dilui possint, et ad partes pertinet dialecticae speciales. Fundamentum theologiae controversae in topica positum est, quae partem efficit disquisitionum logicae. Attamen proprie in doctrinis theologicis versatur, et ejus principiorum alia in dialectica explicantur, alia rhetorica sunt, alia res consuetudine receptae. Ipsa autem auxilium petit ex arte disputandi (*Ilm el-monátzaret*), quae nomine *Adáb el-bahth* (regulae artis disputandi) innotuit; ejusque objectum illae viae sunt, et finis in comparanda facultate cernitur sententias vel diluendi vel confirmandi. Utilitates multae inde redundant in statuta theoretica et practica, quatenus adversariis silentium imponunt. Haec in *Miftáh el-seádet* leguntur. Neque tamen absurdum est dicere, topicam eandem doctrinam esse cum arte disputandi, cum utraque ars ad unum idemque redeat. nisi

الّا انّ الجدل اخصّ منه ويؤيده كلام ابن خلدون فى المقدّمة حيث قال الجدل هو معرفة آداب المناظرة التى تجرى بين اهل المذاهب الفقهيّة وغيرهم فانّه لمّا كان باب المناظرة فى الردّ والقبول مستفاد من الاستدلال ما يكون صوابًا وما يكون خطاء فاحتاج الى وضع آداب وقواعد يعرف منه حال المستدلّ والمجيب ولذلك قيل فيه انّه معرفة بالقواعد من الحدود والآداب فى الاستدلال التى يتوصّل بها الى حفظ رأى او هدمه كان ذلك الرأى من الفقه وغيره وهى طريقان طريقة البزدوى وهى خاصّة بالادلّة الشرعيّة من النصّ والاجماع والاستدلال وطريقة [ركن الدين] العميدى وهى عامّة فى كلّ دليل يستدلّ به من اىّ علم كان والمغالطات فيه كثيرة واذا اعتبر بالنظر المنطقى كان فى الغالب اشبه بالقياس المغالطى والسوفسطائى الّا انّ صور الادلّة والاقيسة فيه محفوظة مراعاة يجرى فيها طرق الاستدلال كما ينبغى وهذا العميدى هو اول من كتب فيها ونسب الطريقة اليه ووضع كتابه المسمّى بالارشاد ومختصرا وتبعه من بعده من المتأخّرين كالنسفى وغيره فكثرت فى الطريقة التواليف وهى لهذا

---

quod topica fines arctiores et propriores habet arte disputandi. Hanc opinionem ea confirmant, quae *Ibn Khaldún* in *Mocaddemet* habet, ubi topicam „cognitionem esse dicit regularum artis disputandi ab juris peritis variarum disciplinarum aliisque usu receptarum. Cum enim caput artis disputandi, quod in refutando et comprobando versatur, ex iis, quae vera et quae falsa sunt, probandis comparetur, leges et fundamenta constituantur necesse est, quibus status probantis et refutantis cognoscatur. Hac de caussa ea etiam cognitio dicitur fundamentorum legum et regularum in argumentando observandarum, quibus ad opinionem defendendam aut diluendam, sive ea jus spectat sive aliam disciplinam, perveniatur. Duas hic ingressi sunt vias, aut *Pezdewíi*, quae peculiariter argumenta ad legem spectantia et ex propriis textus Coranici verbis, virorum doctorum consensu et argumentatione probata sequitur, et [*Rokn-ed-dín*i] *Omeidi*, quae in universum omni argumento, quo quid ex quacunque doctrina probetur, nititur. Multae autem insunt huic rationi captiones, quae in errorem conjiciunt, et quando speculationem logicam respicit, plerumque ea proxime ad ratiocinationem captiosam et sophisticam accedit, nisi quod formae argumentorum et syllogismorum ibi custoditae et observatae sunt, in quibus variae argumentandi rationes idoneae, ut decet, cum delectu admissae sunt. Hic *Omeidi* primus de hac via scripsit, eaque ad ipsum refertur; idem librum *Irshád* inscriptum compendiumque confecit. Eum nonnulli posteriorum, ut *Nesefi* et alii, secuti sunt, ut multa de hac via opera

العهد مهجورة لنقص العلم فى الامصار وهى مع ذلك كماليّة وليست ضروريّة انتهى وقال المولى ابو الخير وللناس فيه طرق احسنها طريق ركن الدين العميدى واول من صنّف فيه من الفقهآء الامام ابو بكر محمد بن على [بن اسمعيل] القفال الشاشى الشافعى المتوفى سنة ٣٣٦ وعن بعض العلمآء ايّاك ان تشتغل بهذا الجدل الذى ظهر بعد انقراض الاكابر من العلمآء فانّه يبعّد عن الفقه ويضيع العمر ويورث الوحشة والعداوة وهو من اشراط الساعة كذا ورد فى الحديث ولله درّ القآئل شعر

ارى فقهآء هذا العصر طرّا
اضاعوا العلم واشتغلوا بلم لم
اذا ناظرتهم لم تلق منهم
سوى حرفين لم لم لا نسلّم

قلنا والانصاف ان الجدل لاظهار الصواب على مقتضى قوله تعالى وجادلهم بالتى هى احسن

---

scriberentur, quae hoc tempore, ubi scientia in urbibus primariis tantum detrimenti cepit, neglecta et derelicta sunt. Nihilominus tamen illa perfecta sunt, quanquam non necessaria.“ — Molla *Abu'lkheir* dicit: Homines varias in hac doctrina inierunt vias, quarum probatissima *Rokn-ed-dín Omeidi* auctorem habet, et primus, qui inter juris peritos de hac arte librum composuit, Imám *Abu Bekr Mohammed Ben Ali* [*Ben Ismaíl*] *Caffál Shâshi* Shafiita fuit, qui anno 336 (inc. 23. Jul. 947) decessit. Vir aliquis doctus dixisse traditur: Cave, ne in ista topica operam ponas, quae apparuit, postquam maximi virorum doctorum perierunt; avocat enim a jurisprudentia, perdit vitam et moestitiam inimicitiamque conciliat, et in conditionibus numeratur, quibus, ut traditio fert, resurrectionis hora praenunciatur. Deus poetam beneficentia sua cumulet, qui dixit:

Jurisconsultos video hujus seculi omnes
Scientiam perdentes et negando occupatos.
Quando cum iis disputas, nihil ex iis audis
Praeter literas duas „Non, Non, non concedimus.“

Juste autem ita dicimus, topicam multum conferre ad verum inveniendum et monstrandum secundum illud Coranicum: „Et discepta cum eis verbis, quae sint

لا بأس به وربّما ينتفع فى تشحيذ الاذهان والممنوع هو الجدل يضيع الاوقات ولا يحصل منه طائل انتهى ومن الكتب المؤلّفة فيه

٣٩٩٨ جذاب القلوب الى طريق المحبوب مختصر مشتمل على ثلثين بابًا فيما يقتدى به السالك وينجو من المهالك ٣٩٩٩ جذوة البيان فى فريدة العقيان لابى الحسن على بن ابرهيم البلبيسى الانصارى المتوفى سنة ٥٧١ ٤٠٠٠ جذوة المقتبس فى تأريخ علمآء الاندلس للامام الحافظ ابى عبد الله محمد بن ابى نصر فتوح الازدى الحميدى المتوفى سنة ٤٨٨ وهو مجلّد ذكره فى خطبته انّه كتبه من حفظه

٤٠٠١ علم الجراحة

هو علم باحث عن احوال الجراحات العارضة لبدن الانسان وكيفيّة برئها وعلاجها ومعرفة انواعها وكيفيّة القطع ان احتيج اليها ومعرفة كيفيّة المراهم والضمادات وانواعها ومعرفة

---

pulcherrima," quibus nullum inest impedimentum. Saepe etiam ad acuenda ingenia confert. Interdictum autem est, ne illam topicam exerceas, quae tempus perdit, et qua nullum omnino commodum comparatur. Haec ille. Ex libris de hac doctrina compositis sunt . . .

3998. Jidzáb el-colúb, corda in viam amati tracta. Compendium triginta capita complectens de iis, quae vitam spiritualem degens imitatur, et quae a ruina tutum praestant. — 3999. Jidzwet el-beyán, pruna ardens demonstrationis de gemma auri nativi pretiosa, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Ibrahím Bolbeisi Ansári*, anno 571 (inc. 22. Jul. 1175) mortuo. — 4000. Jidzwet el-moctebis, pruna ardens accendentis, de historia doctorum Andalusiae virorum, auctore Imám Háfitz *Abu Abdallah Mohammed Ben Abi Nasr Fotúh Azdi Homeidi*, anno 488 (inc. 11. Jan. 1095) mortuo. Volumen, quod se memoriter conscripsisse in praefatione fatetur.

4001. Ilm el-jiráhat. Chirurgia.

Haec est ea doctrina, quae de statu vulnerum corpori humano accidentium, eorum sanandorum et tractandorum ratione, variorum eorum generum cognitione, arte amputandi, si illa opus est, rationis faciendorum emplastrorum et taeniarum, et eorum variorum generum et qualitatis instrumentorum, quae hic necessario adhibenda sunt,

احوال الادوات اللازمة لها وهذا العلم جزء من علم الطبّ وقد يفرد عنه بالتدوين ومنفعته عظيمة جدا وهذا العلم بالعمل اشبه منه بالعلم وفى كتاب منهاج البيان ما فيه كفاية فى هذا الباب اقول الاصل فيه عمدة الجرّاحين لابى الفرج ومن الكتب المؤلّفة فيه

٤٠٠٢ جرّاح نامه تركى لابرهيم بن عبد الله الجرّاح ذكر فيه انّ قلعة متون لمّا فتحت وجد فيها كتابًا يونانيًّا اسمه جندار فترجمه ورتّب على ثلثة وعشرين بابًا ٤٠٠٣ جراحات الرأس لبقراط ٤٠٠٤ الجرجانيّة فى النحو هى الجمل للشيخ عبد القاهر وسيأتى ٤٠٠٥ الجرجانيّات مسائل رواها على بن صالح الجرجانى عن محمد بن الحسن

٤٠٠٦ علم جرّ الاثقال

هو علم يبحث فيه عن كيفيّة اتّخاذ الآلات لجرّ الاشياء الثقيلة بالقوّة اليسيرة ومنفعته ظاهرة وقد برهن ايرن فى كتابه فى هذا العلم على نقل مأئة الف رطل بقوّة خمسمأئة رطل

---

cognitione quaerit. Illa doctrina unam efficit specialium medicinae partium, et ab ea separata singularibus operibus tractatur. Utilitas ejus maxima est, et usus et tractatio difficilior quam cognitio ejus theoretica. Opus *Minhâj el-beyân* continet, quae in hoc scientiae genere sufficiunt. Primarium autem ejus opus vel quasi fundamentum est liber *Omdet el-jerrâhîn* ab *Abu'lfaraj* editus. Praeterea de chirurgia scripti sunt libri hi ...

4002. Jerráh-námeh, liber chirurgicus turcice ab *Ibrahîm Ben Abdallah* chirurgo editus. Hic in urbe munita Methone expugnata librum graecum se invenisse narrat *Jendár* inscriptum, quem tradiderit et in viginti tria capita disposuerit. — 4003. Jiráhát el-rás, vulnera capiti illata (*περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων*), auctore Hippocrate. — 4004. El-Jorjáníyet, tractatus *Jorjánii* grammaticus vulgo *Jaml* inscriptus, ut infra videbis, auctore Sheikh *Abd-el-cáhir*. — 4005. El-Jorjániyát, *Jorjáni*cae. Ita quaestiones dicuntur, quas *Ali Ben Sálih Jorjáni* a *Mohammed Ben-elhasan* accepit et tradidit. —

4006. Ilm jerr el-athcál. Ars mechanica.

Haec est ea doctrina, quae de ratione comparandorum instrumentorum quaerit ad onera gravia vi parva amolienda. Ejus utilitas apparet, et *Heron* in libro suo de hac arte edito centum millia librarum vi quingentarum librarum amoveri posse

وهو من فروع علم الهندسة وبرهن الامام فى آخر جامع العلوم على بعض مسائله ولم يذكر مباحث مفتاح السعادة كتابًا فى هذا الفنّ

٤٠٠٧ جرّ الذيل فى علم الخيل رسالة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ اولها الحمد لله خالق النهار والليل الخ وقد اوردها تمامًا فى تأليفه المسمّى بديوان الحيوان ٤٠٠٨ جرّ السلام من سيّد الانام صلعم للسيوطى المذكور وهو جزء من اجزآء الاحاديث كما سيأتى وقد صحّفوه بالمهملة

٤٠٠٩ علم الجرح والتعديل

هو علم يبحث فيه عن جرح الرواة وتعديلهم بالفاظ مخصوصة وعن مراتب تلك الالفاظ وهذا العلم من فروع علم رجال الاحاديث ولم يذكره احد من اصحاب الموضوعات مع انّه فرع عظيم والكلام فى الرجال جرحًا وتعديلًا ثابت عن رسول الله صلعم ثمّ عن كثير من الصحابة والتابعين فمن بعدهم وجوّز ذلك تورّعًا وصونًا للشريعة لا طعنا فى الناس وكما جاز الجرح

---

demonstravit. Pertinet ad partes geometriae speciales, et Imám ad finem libri *Jámi el-olúm* quaestiones nonnullas argumentis probavit, nec ullum hujus scientiae opus subtilis libri *Mifláh el-seádet* disputator commemorat.

4007. Jerr el-dzeil, tractus syrmatis de cognitione equorum. Tractatus, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Incipit ita: Laus Deo diei et noctis creatori etc., et auctor eum operi suo *Diwán el-heiwán* inscripto integrum inseruit. — 4008. Jerr el-selám, comparatio salutis per *Mohammed* hominum dominum, auctore *Soyúti* modo laudato. Pertinet ad fasciculos traditionum *Ajzá* inscriptos, qui paulo infra commemorabuntur. Perperam enim loco *joz'* puncto omisso *jerr* scripserunt.

4009. Ilm el-jarh we el-tadíl. Doctrina justae traditionariorum aestimationis.

Haec est ea doctrina, in qua de reprobandis traditionariis et probis ab improbis distinguendis peculiaribus verbis et de horum verborum gradibus quaeritur. Partem ea efficit doctrinae traditionariorum, nec tamen ullus encyclopaediarum auctor eam recenset, licet primaria sit inter speciales doctrina, et disputatio de justa traditionariorum aestimatione prophetam ipsum, multos ejus socios horumque asseclas, et qui hos secuti sunt, certos habeat auctores. Permissa autem est conscientiae et legis tuendae caussa, minime vero, ut aliis obtrectemus. Ut enim in testibus adhibendis reprobatio

فى الشهود جاز فى الرواة والتثبّت فى امر الدين أولى من التثبّت فى الحقوق والاموال فلهذا افترضوا على انفسهم الكلام فى ذلك واول من عنى بذلك من الائمّة الحفاظ شعبة بن الحجاج ثمّ تبعه يحيى بن سعيد قال الذهبى فى ميزان الاعتدال اول من جمع فى ذلك الامام يحيى ابن سعيد القطان وتكلّم فيه بعده تلامذته يحيى بن معين وعلى بن المدينى واحمد بن حنبل وعمرو بن على الفلّاس وابو خيثمة زهير وتلامذتهم كابى زرعة وابى حاتم والبخارى ومسلم وابى اسحق الجوزجانى والنسائى وابن خزيمة والترمذى والدولابى والعقيلى وابن عدى وابى الفتح الازدى والدارقطنى والحاكم الى غير ذلك اقول ومن الكتب المصنّفة فيه كتاب الجرح والتعديل لابى الحسن احمد بن عبد الله العجلى الكوفى نزيل طرابلس المغرب المتوفى سنة ٢٦١ وكتاب الجرح والتعديل للامام الحافظ ابى محمد عبد الرحمن بن ابى حاتم محمد الرازى المتوفى سنة ٣٢٧ وهو كتاب كبير اوله الحمد لله ربّ العالمين بجميع محامده كلّها الخ ذكر فيه انّه لمّا لم يجد سبيلا الى معرفة شىء من معانى كتاب الله تعالى ولا من سنن رسول

---

licita est, ita in traditionum narratoribus, et prudenter et considerate agere in rebus ad religionem pertinentibus praestantius est circumspectione diligenti in defendendis juribus et possessionibus, et hanc ob caussam de ea re disserere suum esse putarunt. Imamorum nomine *Háfitz* insignium primus, qui hanc doctrinam curae habuit, *Shoba Ben-elhejjáj* fuit, quem *Yahya Ben Saíd* secutus est. *Dzehebi* in opere *Mízán el-itidál* primum, qui de ea collegerit, Imám *Yahya Ben Saíd El-Cattán* fuisse dicit, et post hunc de illa ejus discipulos disseruisse *Yahya Ben Moín*, *Ali Ben-elmedíni*, *Ahmed Ben Hanbal*, *Amru Ben Ali Callás*, *Abu Kheithama Zoheir*, et horum discipulos, ut *Abu Zar'a*, *Abu Hátim*, *Bokhári*, *Moslim*, *Abu Is'hac Juzjáni*, *Nesáyi*, *Ibn Khozeima*, *Tirmidzi*, *Dulábi*, *Ocaili*, *Ibn Adi*, *Abu'lfat'h Azdi*, *Daracotni*, *Hákim*, alios. Libros de hac doctrina scriptos nomino hos: *El-Jarh we El-Tadíl*, auctore *Abu'lhasan Ahmed Ben Abdallah Ajeli Kufi*, Tripolis occidentalis inquilino et anno 261 (inc. 16. Oct. 874) mortuo — *El-Jarh we El-Tadíl*, auctore Imám Háfitz *Abu Mohammed Abd-el-rahman Ben Abi Hátim Mohammed Rázi*, anno 327 (inc. 29. Oct. 938) mortuo, cujus opus magnum est et ita incipit: Laus Deo mundorum domino cum omnibus ejus operibus laudabilibus etc. Narrat ibi, „cum cognoscendi ullius Coranici sensus nec non legati divini traditionis viam nullam invenerit, nisi

الله الّا من جهة النقل والرواية وجب ان يميّز بين عدول الناقلة والرواة وثقاتهم واهل الحفظ والثبت والاتقان منهم وبين اهل الغفلة والوهم وسوء الحفظ والكذب [والنزاع] واختراع الحديث الكاذب والكذب انتهى والكامل لابن عدى وهو اكمل الكتب فيه وميزان الاعتدال فى نقد الرجال للذهبى وهو اجمع ما جمع ولسان الميزان لابن حجر

٤٠١٠ جرى الانهر على ملتقى الابحر يأتى فى الميم ٤٠١١ جزآء الاعمال للشيخ ابرهيم ابن السرى الهروى

فصل

فى اجزآء الاحاديث من مرويات الحفاظ اوردتها على ترتيب الحروف

٤٠١٢ جزء ابن باجيد ٤٠١٣ جزء ابن بشران هو ابو الحسين على بن محمد بن عبد الله المعدّل ٤٠١٤ جزء ابن بَوْش هو محمد بن ابرهيم السراج ٤٠١٥ جزء ابن ترتال ٤٠١٦ جزء ابن دَيْزَل هو ابرهيم بن حسين الكسائى فيه حديث الافك

---

in iis, quae tradita et relata sint, opus esse, ut probi traditores et relatores, et qui fide inter eos digni, memoria tenaci, circumspicientia et certa cognitione conspicui sint, ab incuriosis, errori obnoxiis, de memoriae hebetudine suspectis, mendacibus, traditionum falsarum et mendaciorum fictoribus bene distinguantur" — *Kámil* ab *Ibn Adi* compositum, quod perfectissimum est ea de re operum — *Mízán el-itidál fi nacd el-rijál* a *Dzehebi* editum, quod amplissimum est et uberrimum — et *Lisán el-mízán*, auctore *Ibn Hajr*.

4010. Jeryo'l-anhor, fluxus fluminum versus confluxum marium, de quo in litera *Mím* sub *Multeca el-abhor* videatur. — 4011. Jezá el-amál, remuneratio operum, auctore Sheikh *Ibrahím Ben-elseri Herewi*. —

SECTIO

fasciculos continens traditionum, quas traditionarii memoria bene tenentes ediderunt. Eos hic ad ordinem literarum dispositos profero.

4012. Joz' Ibn Bojeid, fasciculus traditionum, auctore *Ibn Bojeid*. — 4013. Joz' Ibn Beshrán, fasciculus, auctore *Abu'lhosein Ali Ben Mohammed Ben Abdallah Moaddel*, vulgo *Ibn Beshrán* dicto. — 4014. Joz' Ibn Baush, fasciculus, auctore *Mohammed Ben Ibrahím Serráj*, vulgo *Ibn Baush* dicto. — 4015. Joz' Ibn Tertál, fasciculus, auctore *Ibn Tertál*. — 4016. Joz' Ibn Deizel, fasciculus, auctore *Ibrahím Ben Hosein Kesáyi*, vulgo *Ibn Deizel* dicto. Legitur ibi traditio

٤٠١٧ جزء ابن راهويه هو الامام اسحق ٤٠١٨ جزء ابن زيان هو ابو بكر احمد بن سليمان ابن زيان الكندى ذكره البقاعى فى مشيخته ٤٠١٩ جزء ابن سريج عبد الرحمن بن احمد فيه المائة السريجية ٤٠٢٠ جزء ابن السقاء هو ابو محمد عبد الله بن محمد بن عثمان ٤٠٢١ جزء ابن شادان هو ابو بكر احمد بن ابرهيم البزاز ٤٠٢٢ جزء ابن عبدكويه هو ابو الحسن على بن يحيى بن جعفر ٤٠٢٣ جزء ابن عرفة هو ابو على الحسن بن عرفة بن يزيد العبدى وكان حيًّا فى سنة ٣٩١ ٤٠٢٤ جزء ابن فيل هو ابو طاهر الحسن بن احمد بن ابرهيم الاسدى الانطاكى ٤٠٢٥ جزء ابن مخلد محمد العطّار ٤٠٢٦ جزء ابن مناجوف هو احمد بن عبد الله ٤٠٢٧ جزء ابن منده هو ابو جعفر محمد بن منده الاصفهانى ٤٠٢٨ جزء ابن نظيف ٤٠٢٩ اجزآء ابى بكر محمد بن القاسم ابن ابى الهيثم الانبارى ومنها منتقاه الكبير والصغير ٤٠٣٠ جزء ابى بكر يوسف بن يعقوب بن البهلول

---

mendacii. — 4017. Joz' Ibn Rahweih, fasciculus, auctore Imám *Is'hac*, vulgo *Ibn Rahweih* dicto. — 4018. Joz' Ibn Zeyyán, fasciculus, auctore *Abu Bekr Ahmed Ben Soleimán Ben Zeyyán Kindi*, vulgo *Ibn Zeyyán* dicto. Laudat eum *Becáï* in libro, ubi de magistris suis egit. — 4019. Joz' Ibn Soreij, fasciculus, auctore *Abd-el-rahman Ben Ahmed*, vulgo *Ibn Soreij* dicto. Legitur ibi *Casída* in *Má* exiens, vulgo *Soreijíyet* dicta. — 4020. Joz' Ibn-elsaccá, fasciculus, auctore *Abu Mohammed Abdallah Ben Mohammed Ben Othmán*, vulgo *Ibn Saccá* dicto. — 4021. Joz' Ibn Shádán, fasciculus, auctore *Abu Bekr Ahmed Ben Ibrahím Bezzáz*, vulgo *Ibn Shádán* dicto. — 4022. Joz' Ibn Abdekweih, fasciculus, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Yahya Ben Jafar*, vulgo *Ibn Abdekweih* dicto. — 4023. Joz' Ibn Arafa, fasciculus, auctore *Abu Ali Hasan Ben Arafa Ben Yezíd Abdi*, vulgo *Ibn Arafa* dicto et anno 296 (inc. 30. Sept. 908) vivo. — 4024. Joz' Ibn Fil, fasciculus, auctore *Abu Táhir Hasan Ben Ahmed Ben Ibrahím Asedi Antáki*, vulgo *Ibn Fil* dicto. — 4025. Joz' Ibn Mokhalled, fasciculus, auctore *Mohammed Attár*, vulgo *Ibn Mokhalled* dicto. — 4026. Joz' Ibn Menjúf, fasciculus, auctore *Ahmed Ben Abdallah*, vulgo *Ibn Menjúf* dicto. — 4027. Joz' Ibn Mendeh, fasciculus, auctore *Abu Jafar Mohammed Ben Mendeh Isfahání*. — 4028. Joz' Ibn Natzíf, fasciculus, auctore *Ibn Natzíf*. — 4029. Ajzá' Abi Bekr Mohammed, fasciculi, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben-elcásim Ibn Abi'lheithem Anbári*. Huc pertinent ejus epitomae major et minor, *Muntecá* inscriptae. — 4030. Joz' Abi Bekr Yusuf, fasciculus, auctore *Abu Bekr Yusuf Ben Yacúb Ben-elbehlúl*. —

٤٠٣١ جزء ابى بكر محمد بن [عمر بن] بكير النجار ٤٠٣٢ جزء ابى بكر محمد بن يحيى الصوفى ٤٠٣٣ جزء ابى جعفر محمد بن [عبد الله بن] سليمان الحضرمى ٤٠٣٤ جزء ابى الجهم العلاء بن موسى بن عطية الباهلى ٤٠٣٥ جزء ابى الحسن احمد بن عمر بن جوصا ٤٠٣٦ جزء ابى الحسن على بن محمد الحلبى ٤٠٣٧ جزء ابى الحسن محمد بن على ابن محمد الازدى من حديث مالك بن انس ٤٠٣٨ جزء ابى الحسن على بن محمد بن عبيد رواية المحاملى عنه ٤٠٣٩ جزء ابى الحسين بن زرقويه ٤٠٤٠ جزء ابى الحسين محمد ابن حامد بن السرى هو مترجم بكتاب السنة ٤٠٤١ جزء ابى الحسين ٤٠٤٢ جزء ابى حفص عمر بن عثمان بن شاهين الواعظ ٤٠٤٣ جزء ابى روق احمد بن محمد بن بكر الهزانى ٤٠٤٤ جزء ابى زرعة عبد الرحمن بن عمرو الضبى هو مترجم بكتاب العلل ٤٠٤٥ جزء ابى سعيد ابرهيم بن عبد الرحمن بن عوف الزهرى ٤٠٤٦ جزء ابى سلمة بن دينار

4031. Joz' Abi Bekr Mohammed, fasciculus, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben [Omar Ben] Bekír Nejjár.* — 4032. Joz' Abi Bekr Mohammed, fasciculus, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben Yahya Sufi.* — 4033. Joz' Abi Jafar, fasciculus, auctore *Abu Jafar Mohammed Ben [Abdallah Ben] Soleimán Hadhremi.* — 4034. Joz' Abi'ljahm, fasciculus, auctore *Alá Ben Musa Ben Atíya Báhili.* — 4035. Joz' Abi'lhasan, fasciculus, auctore *Abu'lhasan Ahmed Ben Omar Ben Jausá.* — 4036. Joz' Abi'lhasan, fasciculus, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Halebi.* — 4037. Joz' Abi'lhasan, fasciculus eas traditiones continens, quas *Abu'lhasan Mohammed Ben Ali Ben Mohammed Azdi* a *Málik Ben Anas* traditas accepit. — 4038. Joz' Abi'lhasan, fasciculus traditionum, quas *Mehámili* ab *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Ben Obeid* relatas tradidit. — 4039. Joz' Abi'lhosein, fasciculus, auctore *Abu'lhosein Ben Zarcaweih.* — 4040. Joz' Abi'lhosein, fasciculus titulo *Kitáb el-sunnet* insignitus, auctore *Abu'lhosein Mohammed Ben Hámid Ben-elseri.* — 4041. Joz' Abi'lhosein, fasciculus, auctore *Abu'lhosein.* — 4042. Joz' Abi Hafs, fasciculus, auctore *Abu Hafs Omar Ben Othmán Ben Sháhín* Concionatore. — 4043. Joz' Abi Rauc, fasciculus, auctore *Abu Rauc Ahmed Ben Mohammed Ben Bekr Hezáni.* — 4044. Joz' Abi Zar'a, fasciculus traditionum *Kitáb el-ilel* inscriptus, auctore *Abu Zar'a Abd-el-rahman Ben Amru Dhabi.* — 4045. Joz' Abi Saíd, fasciculus, auctore *Abu Saíd Ibrahím Ben Abd-el-rahman Ben Auf Zohri.* — 4046. Joz' Abi Salama, fasciculus, auctore *Abu Salama Ben Dínár,*

مولى ربيعة بن مالك ٤٠٤٧ جزء ابى طاهر حسن بن احمد بن ابرهيم الاسدى البالسى

٤٠٤٨ جزء ابى عبد الله احمد بن الحسن الصوفى عن يحيى بن معين ٤٠٤٩ جزء ابى عقيل

محمد بن على بن محمد الصابونى المحمودى وهو مترجم بكتاب التحفة ٤٠٥٠ جزء ابى عمر

محمد بن عبد الواحد اللغوى ٤٠٥١ جزء ابى عبد الرحمن السلمى ٤٠٥٢ جزء ابى الفتح

نصر بن عبد الرحمن النحوى ٤٠٥٣ اجزآء ابى الفضل احمد بن محمد بن احمد بن ابى

الفراتى النيسابورى ٤٠٥٤ جزء ابى الفضل احمد بن حسن حيرون ٤٠٥٥ [جزء ابى محمد

الحسن بن احمد الكوحبثنى السمرقندى فيه كتاب الابدال] ٤٠٥٦ جزء ابى محمد المبارك

ابن الطباخ ٤٠٥٧ جزء ابى محمد يحيى بن على بن الطراح ٤٠٥٨ جزء ابى مسعود احمد

ابن ابى الفرات بن خالد الضبى ٤٠٥٩ جزء ابى مسلم ابرهيم بن عبد الله البصرى عن ابى

عبد الله محمد بن عبد الله بن المثنى بن انس بن مالك ٤٠٦٠ جزء ابى معاوية

Rebíae Ben Málik liberto. — 4047. Joz' Abi Táhir, fasciculus, auctore *Abu Táhir Hasan Ben Ahmed Ben Ibrahím Asedi Bálisi.* — 4048. Joz' Abi Abdallah, fasciculus traditionum, quas *Abu Abdallah Ahmed Ben-elhasan Sufi* a *Yahya Ben Moín* accepit et edidit. — 4049. Joz' Abi Ackíl, fasciculus *Kitáb el-tohfet* inscriptus, auctore *Abu Ackíl Mohammed Ben Alí Ben Mohammed Sábúni Mahmúdi.* — 4050. Joz' Abi Omar, fasciculus, auctore *Abu Omar Mohammed Ben Abd-el-wáhid* Lexicologo. — 4051. Joz' Abi Abd-el-rahman, fasciculus, auctore *Abu Abd-el-rahman Sollemi.* — 4052. Joz' Abi'lfat'h, fasciculus, auctore *Abu'lfat'h Nasr Ben Abd-el-rahman* Grammatico. — 4053. Ajzá' Abi'lfadhl, fasciculi, auctore *Abu'lfadhl Ahmed Ben Mohammed Ben Ahmed Ben Abi'lforáti Nisabúri.* — 4054. Joz' Abi'lfadhl, fasciculus, auctore *Abu'lfadhl Ahmed Ben Hasan Heirún.* — 4055. [Joz' Abi Mohammed Hasan, fasciculus, cui liber *Ibdál* insertus est, auctore *Abu Mohammed Hasan Ben Ahmed Kuhmobtheni Samarcandi*]. — 4056. Joz' Abi Mohammed Mobárek, fasciculus, auctore *Abu Mohammed Mobárek Ibn-eltabbákh.* — 4057. Joz' Abi Mohammed Yahya, fasciculus, auctore *Abu Mohammed Yahya Ben Alí Ben-eltarráh.* — 4058. Joz' Abi Mes'úd, fasciculus, auctore *Abu Mes'úd Ahmed Ben Abi'lforát Ben Khálid Dhabi.* — 4059. Joz' Abi Moslim, fasciculus traditionum, quas *Abu Moslim Ibrahim Ben Abdallah Basri* ex auctoritate *Abu Abdallae Mohammed Ben Abdallah Ben-elmothanna Ben Anas Ben Málik* edidit. — 4060. Joz' Abi Moáwiya, fasciculus, auctore *Abu Moáwiya*

الضرير ٤٠٦١ جزء ابى يعلى احمد بن على المثنى التميمى ٤٠٦٢ جزء اسمعيل بن احمد
ابن يوسف السليمى ٤٠٦٣ جزء اسمعيل بن اسحق القاضى جمعه من حديث ايّوب
السختيانى ٤٠٦٤ جزء اسمعيل بن محمد الصغار ٤٠٦٥ جزء اسيد بن عاصم ابى الحسين
اخى محمد ٤٠٦٦ جزء الامالى والقرأة من حديث الحسن ومحمد بن على بن عفان
٤٠٦٧ جزء الانصارى هو محمد بن عبد الله الانصارى وابو محمد عبد الباقى الانصارى
٤٠٦٨ جزء ايّوب السختيانى ٤٠٦٩ جزء البانياسى هو ابو عبد الله مالك بن احمد بن على
ابن ابرهيم الفرآء ٤٠٧٠ جزء البزار هو ابو بكر محمد بن عبد الباقى ٤٠٧١ جزء البطاقة
لحمزة بن محمد الكنانى عرف بالبطاقة لحديث وقع فيه ٤٠٧٢ جزء البغوى هو ابو القاسم
٤٠٧٣ جزء بكار بن قتيبة بن عبد الله ٤٠٧٤ جزء بيبى امّ الفضل بنت عبد الصمد
ابن على بن محمد بن عبد الرحيم الهَرْثَمِيَّة ٤٠٧٥ اجزآء الثقفيّات للحافظ ابى عبد الله

El-Dharír (coeco). — 4061. Joz' Abi Yali, fasciculus, auctore *Abu Yali Ahmed Ben Ali Mothanna Temími*. — 4062. Joz' Ismaíl, fasciculus, auctore *Ismaíl Ben Ahmed Ben Yusuf Selími*. — 4063. Joz' Ismaíl, fasciculus, quem *Ismaíl Ben Is'hac* Judex e traditionibus *Eyyúbi Sakhtiyáni* collegit. — 4064. Joz' Ismaíl, fasciculus, auctore *Ismaíl Ben Mohammed Soghár*. — 4065. Joz' Esíd, fasciculus, auctore *Esíd Ben Asim Abu'lhosein Mohammed*is fratre. — 4066. Joz' el-amáli we el-ckirat, fasciculus dictatorum et recensionis Coranicae e traditionibus *Hasani* et *Mohammed*is *Ben Ali Ben Affán* collectus. — 4067. Joz' El-Ansári, fasciculus, auctoribus *Mohammed Ben Abdallah Ansári* et *Abu Mohammed Abd-el-bácki Ansári*. — 4068. Joz' Eyyúb, fasciculus, auctore *Eyyúb Sakhtiyáni*. — 4069. Joz' El-Bániyási, fasciculus, auctore *Abu Abdallah Málik Ben Ahmed Ben Ali Ben Ibrahím El-Ferrá*, vulgo *Bániyási* dicto. — 4070. Joz' el-bezzár, fasciculus, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben Abd-el-bácki*, vulgo *Bezzár* dicto. — 4071. Joz' el-bitácat, fasciculus *Bitácat*, auctore *Hamza Ben Mohammed Kináni*. Innotuit nomine *Bitácat* (pupilla oculi) ob traditionem ibi obviam. — 4072. Joz' El-Beghewi, fasciculus, auctore *Abu'lcásim*, vulgo *Beghewi* dicto. — 4073. Joz' Bekkár, fasciculus, auctore *Bekkár Ben Coteiba Ben Abdallah*. — 4074. Joz' Bibí, fasciculus, auctore *Bibi Fadhli* matre et filia *Abd-el-samedi Ben Ali Ben Mohammed Ben Abd-el-rehím Herthemíya*. — 4075. El-Ajzá El-Thacafíyát, fasciculi *Thacafi*ci, auctore Háfitz *Abu Abdallah*

القاسم بن الفضل بن احمد الثقفى الاصفهانى ٤٠٧٦ اجزآء الجعديّات المنسوبة الى الجوهرى
انى الحسن على بن الجعد بن عبيد الجوهرى وهى اثنى عشر جزءًا روى عنه جماعة
٤٠٧٧ جزء الجلا هو ابو عبد الله محمد بن على من حديث الانبآء على الآبآء من ولد
العباس ٤٠٧٨ جزء الجوهرى هو ابو الحسن محمد بن الحسن ٤٠٧٩ جزء حاجب بن
احمد الطوسى [المتوفى سنة ٣٣٦] ٤٠٨٠ جزء الحريرى هو ابو القاسم ٤٠٨١ اجزآء الخلعيّات
لانى الحسن على بن الحسن بن الحسين الخلعى ٤٠٨٢ جزء الدسكرى هو ابو طالب يحيى بن
على بن الطيّب من روايته ٤٠٨٣ جزء فى الردّ على منكرى العرش للامام انى بكر احمد بن
سليمان بن الحسن بن اسرائيل البغدادى ٤٠٨٤ جزء رشيد الدين انى الحسين يحيى بن
على القرشى العطار الحافظ فيه ثمانية احاديث ٤٠٨٥ جزء الرمى وفضله للقراب هو ابو
يعقوب اسحق بن ابرهيم بن محمد بن سهل الحافظ ٤٠٨٦ جزء السرخسى هو ابو
حامد احمد بن محمد ٤٠٨٧ جزء سعدان بن نصر بن منصور ٤٠٨٨ جزء سفيان

Cásim Ben-elfadhl Ben Ahmed Thacafi Isfaháni. — 4076. El-Ajzá El-Ja'díyát, fasciculi *Ja'dici Jauherío Abu'lhasan Ali Ben-elja'd Ben Obeid Jauheri* attributi. Duodecim sunt fasciculi, quos ex illius auctoritate plures tradiderunt. — 4077. Joz' El-Jellá, fasciculus traditionum notitias majorum Abbasidarum continentium, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Ali*, vulgo *Jellá* dicto. — 4078. Joz' El-Jauheri, fasciculus, auctore *Abu'lhasan Mohammed Ben-elhasan*, vulgo *Jauheri* dicto. — 4079. Joz' Hájib, fasciculus, auctore *Hájib Ben Ahmed Tusi*, [anno 336 (inc. 23. Jul. 947) mortuo]. — 4080. Joz' El-Haríri, fasciculus, auctore *Abu'lcásim*, vulgo *Haríri* dicto. — 4081. El-Ajzá El-Khalíyát, fasciculi *Khalici*, auctore *Abu'lhasan Ali Ben-elhasan Ben-elhosein Khali.* — 4082. Joz' El-Deskiri, fasciculus traditionum, quas *Abu Tálib Yahya Ben Ali Ben-eltayyib*, vulgo *Deskiri* dictus, retulit. — 4083. Joz' fi el-redd ala monkiri el-arsh, fasciculus de refutandis iis, qui thronum divinum esse negant, auctore Imám *Abu Bekr Ahmed Ben Soleimán Ben-elhasan Ben-Isráyíl Baghdádi.* — 4084. Joz' Reshíd-ed-dín, fasciculus octo traditionum, auctore Háfitz *Reshíd-ed-dín Abu'lhosein Yahya Ben Ali Coreshi Attár.* — 4085. Joz' el-remyi we fadhlihi, fasciculus de jaculatione et ejus praestantia, auctore Háfitz *Abu Yacúb Is'hac Ben Ibrahím Ben Mohammed Ben Sahl*, vulgo *Carráb* dicto. — 4086. Joz' El-Serakhsi, fasciculus, auctore *Abu Hámid Ahmed Ben Mohammed*, vulgo *Serakhsi* dicto. — 4087. Joz' Sa'dán, fasciculus, auctore *Sa'dán Ben Nasr Ben Mansúr.* — 4088 Joz' Sofyán, fasciculus, auctore

ابن عيينة الهلالى ٤٠٨٩ جزء السقطرى ٤٠٩٠ جزء السقطى هو ابو عمرو عبد الملك بن الحسن بن الفضل السقطى ٤٠٩١ جزء السلام من سيّد الانام لجلال الدين السيوطى جمع ما وقع له من عشاريات وهى ثلثة وعشرون حديثا فرغ من جمعه فى شهر ربيع الآخر سنة احدى عشرة وتسعمأئة ٤٠٩٢ جزء السلفى يعرف باجزء قليلا ٤٠٩٣ اجزاء السلفيّات للحافظ ابى طاهر احمد بن محمد بن سلفة السلفى الاصفهانى المتوفى سنة [٥٧٦] من انتخابه من اصول الشرف الانماطى ومن اصول ابن الطيورى وغيرهما والمشيخة البغدادية وغيرها وجملتها تزيد على مأئة جزء ٤٠٩٤ جزء الصغار هو ابو على اسمعيل بن محمد بن اسمعيل بن صالح الصغار المتوفى سنة ٣٤١ ٤٠٩٥ جزء الصولى ٤٠٩٦ جزء عبد السيد الزيتونى ٤٠٩٧ جزء عبد الملك بن محمد بن نزار البغدادى ٤٠٩٨ جزء العتيقى هو ابو الحسن احمد بن محمد ٤٠٩٩ جزء العصارى هو الزاهد ابو محمد العباس بن محمد بن ابى منصور العصارى

Sofyán Ben Oyeina Hiláli. — 4089. Joz' El-Sictiri, fasciculus, auctore *Sictiri.* — 4090. Joz' El-Sacati, fasciculus, auctore *Abu Amru Abd-el-melik Ben-elhasan Ben-elfadhl Sacati.* — 4091. Joz' el-selám, pars salutis per *Mohammed* hominum dominum comparata. Collegit hic *Jelál-ed-dín Soyúti* viginti tres traditiones per decem relatorum seriem ad legatum divinum relatas, in quas in legendo incurrerat, earumque compositionem mense Rebí' II. anni 911 (inc. 4. Jun. 1505) absolvit. — 4092. Joz' El-Silefi, fasciculus, vulgo fasciculus *Calboná* (cor nostrum) dictus, auctore *Silefi.* — 4093. El-Ajzá El-Silefíyát, fasciculi *Silefici*, quos Háfitz *Abu Táhir Ahmed Ben Mohammed Ben Silefe Silefi Isfahání*, anno [576 (inc. 28. Mai. 1180)] mortuus, delectu habito ex operibus *Osúl Sheref-ed-díni Enmáti*, *Osúl Ibn-eltoyúri* aliisque et doctoribus Baghdadicis et qui sunt reliqui composuit. Eorum summa centum fasciculos explet. — 4094. Joz' El-Soghár, fasciculus, auctore *Abu Ali Ismail Ben Mohammed Ben Ismail Ben Sálih*, vulgo *Soghár* dicto et anno 341 (inc. 29. Mai. 952) mortuo. — 4095. Joz' El-Sauli, fasciculus, auctore *Sauli.* — 4096. Joz' Abd-el-seyyid, fasciculus, auctore *Abd-el-seyyid Zeitúni.* — 4097. Joz' Abd-el-melik, fasciculus, auctore *Abd-el-melik Ben Mohammed Ben Nizár Baghdádi.* — 4098. Joz' El-Atícki, fasciculus, auctore *Abu'lhasan Ahmed Ben Mohammed*, vulgo *Atícki* dicto. — 4099. Joz' El-Osári, fasciculus, auctore asceta *Abu Mohammed Abbás Ben Mohammed Ben Abi Mansúr Osári Tusi*

الطوسى الواعظ المتوفى سنة فيه احاديث وحكايات واشعار انتخبه الامام تاج الاسلام بو
سعد السمعانى ٤١٠٠ جزء العطار هو ابو عبد الله محمد بن مخلد ٤١٠١ جزء على ابن
الحسن بن على بن الفضل المقدسى ٤١٠٢ جزء على بن حرب ٤١٠٣ جزء الغطريف هو
ابو احمد محمد بن احمد الغطريفى المتوفى سنة ٣٧٧ من حديث القاضى ابى بكر الطبرى
٤١٠٤ جزء الغسولى ٤١٠٥ اجزآء الغيلانيّات من حديث ابى بكر عبد الله بن محمد بن
ابرهيم الشافعى رواية ابى طالب محمد بن محمد بن ابرهيم بن غيلان [المتوفى سنة ٤٤٠]
٤١٠٦ جزء القطان هو ابو عبد الله الحسين بن يحيى بن عياش ٤١٠٧ جزء لُوَيْن محمد
ابن سليمان بن حبيب المصيصى ٤١٠٨ جزء المتوى هو ابو عبد الله الحسين بن يحيى
٤١٠٩ اجزآء الحاملى هو الحافظ ابو عبد الله الحسين بن اسمعيل وهى ستة عشر جزءًا
يقال لها المحامليّات ٤١١٠ جزء المحرّمى ٤١١١ جزء محمد بن سنان القزاز ٤١١٢ جزء

Concionatore, anno ... mortuo. Continet traditiones, narrationes et poemata, quae Imám *Táj-elislám Abu Sa'd Sem'áni* potiorem partem selecta edidit. — 4100. Joz' El-Attár, fasciculus, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Mokhalled*, vulgo *Attár* dicto. — 4101. Joz' Ali, fasciculus, auctore *Ali Ben-elhasan Ben Ali Ben-elfadhl Mocaddesi*. — 4102. Joz' Ali, fasciculus, auctore *Ali Ben Harb*. — 4103. Joz' El-Ghitrif, fasciculus, quem *Abu Ahmed Mohammed Ben Ahmed Ghitrifi*, anno 377 (inc. 3. Mai. 987) mortuus, e traditionibus Judicis *Abu Bekr Taberi* collegit. — 4104. Joz' El-Ghasúli, fasciculus, auctore *Ghasúli*. — 4105. El-Ajzá El-Gheiláníyát, fasciculi *Gheilánici*, quos *Abu Tálib Mohammed Ben Mohammed Ben Ibrahím Ben Gheilán*, [anno 440 (inc. 16. Jun. 1048) mortuus], e traditionibus *Abu Bekri Abdallah Ben Mohammed Ben Ibrahím* Shafiitae composuit. — 4106. Joz' El-Cattán, fasciculus, auctore *Abu Abdallah Hosein Ben Yahya Ben Ayyásh*, vulgo *Cattán* dicto. — 4107. Joz' Lowein, fasciculus, auctore *Mohammed Ben Soleimán Ben Habíb Masísi*, vulgo *Lowein* dicto. — 4108. Joz' El-Motwi, fasciculus, auctore *Abu Abdallah Hosein Ben Yahya*, vulgo *Motwi* dicto. — 4109. Azjá El-Mehámili, fasciculus, auctore Háfitz *Abu Abdallah Hosein Ben Ismaíl*, vulgo *Mehámili* dicto. Sunt sedecim fasciculi vulgo *Mehámiliyát* dicti. — 4110. Joz' El-Moharremi, fasciculus, auctore *Moharremi*. — 4111. Joz' Mohammed, fasciculus, auctore *Mohammed Ben Sinán Cazzáz*. — 4112. Joz'

محمد بن عاصم ٤١١٣ جزء محمد بن هشام بن ملاش النميرى ٤١١٤ اجزآء المخلصيات
من حديث ابى طاهر محمد بن عبد الرحمن بن العباس المخلص الذهبى ٤١١٥ جزء المروزى
٤١١٦ جزء المنذرى هو للحافظ زكى الدين عبد العظيم بن عبد القوى المتوفى سنة ٦٥٦
جمع فيه ما ورد فيمن غفر له ما تقدّم من ذنبه وما تأخّر ٤١١٧ جزء منصور بن عمار
تخريج ابى بكر محمد بن احمد بن عبد الرحمن الحافظ المزكى ٤١١٨ جزء من روى عمر 5
وولده وولد ولده لابن منده [محمد بن اسحق بن محمد بن يحيى العبدى الاصفهانى
المتوفى سنة ٣٩٥ قلت قال ابن شهبه فى تأريخه قال عبد الرحمن بن منده ولده كتب ابى
عن اربعة من شيوخه اربعة آلاف جزء عن ابن الاعرابى بمكة وعن خيثمة بطرابلس وعن الاصم
بنيسابور وعن الهيثم بن كليب ببخارا عن كل منهم الف جزء انتهى] ٤١١٩ جزء المؤمل
ابن اغاب ٤١٢٠ جزء النحاس هو ابو محمد عبد الرحمن بن عمر بن محمد ٤١٢١ جزء نعمان 10

Mohammed, fasciculus, auctore *Mohammed Ben Asim*. — 4113. Joz' Mohammed, fasciculus, auctore *Mohammed Ben Hishám Ben Mellásh Nomeiri*. — 4114. El-Ajzá El-Mokhallisíyát, fasciculi traditionum, quas *Abu Táhir Mohammed Ben Abd-el-rahman Ben-elabbás Mokhallis Dzehebi* tradidit. — 4115. Joz' El-Merwezi, fasciculus, auctore *Merwezi*. — 4116. Joz' El-Mondziri, fasciculus, ubi Háfitz *Zeki-ed-dín Abd-el-atzím Ben Abd-el-cawi*, vulgo *Mondziri* dictus et anno 656 (inc. 8. Jan. 1258) mortuus, traditiones collegit de iis revelatas, quibus peccata priora et posteriora perdonantur. — 4117. Joz' Mansúr, fasciculus traditionum *Mansúri* 5 *Ben Ammár*, quas *Abu Bekr Mohammed Ben Ahmed Ben Abd-el-rahman El-Háfitz El-Mozekki* elicuit. — 4118. Joz' min rawa howa, fasciculus traditionum ita laudatarum: Tradidit ille et filius ejus et hujus filius, auctore *Ibn Mendeh* [*Mohammed Ben Is'hac Ben Mohammed Ben Yahya Abdi Isfahání*, anno 395 (inc. 18. Oct. 1004) mortuo. *Ibn Shohbeh* in *Tarikh* suo haec habet: Dicit *Abd-el-rahman Ben Mendeh* ejus filius: Pater meus ex auctoritate quatuor suorum Sheikhorum quatuor millia fasciculorum conscripsit, *Ibn Arábi* Mekkae dico, *Kheithama* Tripoli, *Asamm* Nisaburae, *Heithem Ben Koleib* Bokhárae, quos singulos mille traditionum habet 10 auctores]. — 4119. Joz' El-Mumil, fasciculus, auctore *Mowemmel Ben Iháb*. — 4120. Joz' El-Nahhás, fasciculus, auctore *Abu Mohammed Abd-el-rahman Ben Omar Ben Mohammed*, vulgo *Nahhás* dicto. — 4121. Joz' Nomán, fasciculus,

٤١٢٢ جزء النقاش هو الحافظ ابو سعيد محمد بن على بن عمرو بن مهدى والحافظ ابو بكر محمد بن الحسن النقاش [المتوفى سنة ٣٥١] فى فضل التراويح ٤١٢٣ جزء وركان هو ابو عمر عثمان بن محمد بن احمد ٤١٢٤ جزء الوزير هو ابو القاسم عيسى بن الجرّاح ٤١٢٥ جزء الهاشمى هو ابو اسحق ابرهيم بن عبد الصمد بن موسى ٤١٢٦ جزء هلال الحفار ٤١٢٧ جزيل المواهب فى اختلاف المذاهب اى الاربعة لجلال الدين السيوطى ٤١٢٨ الجعفريّة فى الحساب رسالة فارسيّة لقوام الدين بن شمس الدين الخوى كتبها لشاه جعفر ورتّب على مقدّمة وخمس مقالات وخاتمة ٤١٢٩ الجغمينى صفة نسبيّة لصاحب الملخّص فى الهيئة غلبت على اسم هذا التأليف كصدر الشريعة ونحوه فصار لا يعرف الّا به وسيأتى فى حرف الميم وانّما اوردته هنا تنبيهًا على تلك الغلبة

٤١٣٠ علم جغرافيا

وهو كلمة يونانيّة بمعنى صورة الارض ويقال جغراويا بالواو على الاصل وهو علم يتعرّف منه

---

auctore *Noman*. — 4122. Joz' El-Naccásh, fasciculus traditionum de praestantia precum noctibus mensis Ramadhán faciendarum, auctoribus Háfitz *Abu Said Mohammed Ben Ali Ben Amru Ben Mehdi* vulgo *Naccásh* dicto, et Háfitz *Abu Bekr Mohammed Ben-elhasan Naccásh*, [anno 351 (inc. 9. Febr. 962) mortuo]. — 4123. Joz' Wirkán, fasciculus, auctore *Abu Omar Othmán Ben Mohammed Ben Ahmed*, vulgo *Wirkán* dicto. — 4124. Joz' El-Wezír, fasciculus, auctore *Abu'lcásim Isa Ben-eljerráh*, vulgo *Wezír* dicto. — 4125. Joz' El-Háshimi, fasciculus, auctore *Abu Is'hac Ibrahim Ben Abd-el-samed Ben Musa*, vulgo *Háshimi* dicto. — 4126. Joz' Hilál, fasciculus, auctore *Hilál Haffár*. — 4127. Jezil el-mewáhib, dona copiosa de discrimine quatuor sectarum orthodoxarum, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti*. — 4128. El-Jafaríyet, tractatus arithmeticus Jafaricus dictus, quem *Chwcám-ed-dín Ben Shems-ed-dín Khowayi* Sháho *Jafar* persice composuit, et in praefationem, quinque dissertationes et conclusionem digessit. — 4129. Jaghmíni, quod adjectivum relativum est ab auctore compendii astronomici derivatum et nomen hujus operis prae ceteris usitatum, ut nomen *Sadr-elsheríat* et alia, ita ut nullo alio nomine notum sit. Videatur in litera *Mím*, et opus hic attuli hunc usum praevalentem demonstraturus.

4130. Ilm Jaghráfiya. Geographia.

Vox *Jaghráfiya* graeca est et figuram terrae significat. Scribitur et *Jaghráwiya* litera *Wáw* secundum radicem posita. Haec est, ut in *Mifláh el-seádet* legitur,

احوال الاقاليم السبعة الواقعة فى الربع المسكون من كرة الارض وعروض البلدان الواقعة فيها واطوالها وعدد مدنها وجبالها وبراريها وبحارها وانهارها الى غير ذلك من احوال الربع كذا فى مفتاح السعادة قال الشيخ داود فى تذكرته جغرافيا علم باحوال الارض من حيث تقسيمها الى الاقاليم والجبال والانهار وما يختلف حال السكان باختلافه انتهى وهو الصواب لشموله على غير السبعة وجغرافيا علم لم ينقل له فى العربيّة لفظ مخصوص واول من صنّف فيه بطلميوس القلودى فانّه صنّف كتابه المعروف بجغرافيا ايضا بعد ما صنّف المجسطى وذكر انّ عدد المدن اربعة آلاف وخمسمأئة وثلثين مدينة فى عصره وسمّاها مدينةً مدينةً وانّ عدد جبال الدنيا مأئتا جبل ونيف وذكر مقدارها وما فيها من المعادن والجواهر وذكر البحار ايضا وما فيها من الجزائر والحيوانات وخواصّها وذكر اقطار الارض وما فيها من الخلائق على صورهم واخلاقهم وما يأكلون ويشربون وما فى كلّ سقع ممّا ليس فى الآخر غيره من الارزاق والتحف والامتعة فصار اصلًا يرجع اليه من صنّف بعده ولكن اندرس كثير ممّا ذكره

---

ea doctrina, qua status septem climatum in parte quarta globi terrestris habitata descriptorum, terrarum latitudines et longitudines ibi obviae, numerus urbium, montium, desertorum, marium, fluminum aliarumque rerum quartae illius partis cognoscuntur. Sheikh *Dawud* in suo *Tedzkiret*: „Geographia, inquit, scientia est status terrae, quatenus in climata, montes et fluvios dividitur, et qua ratione status incolarum varius ex divisionis varietate pendeat," quae definitio verissima est, quoniam plus illa septem climata comprehendit, et Geographia est scientia, cui nulla vox peculiaris in lingua arabica respondet. Primus, qui de illa scripsit, *Ptolemaeus Claudius* fuit, qui librum eodem titulo Geographia insignitum, absoluto opere *Mejisti*, composuit. Numerum urbium suo tempore, quas singulas deinceps recenset, quatuor millia quingentas triginta, et montes hujus terrae ducentos et quod excurrit esse narrat. Horum magnitudinem etiam, et quae iis insint metalla et lapides pretiosi describit, recenset maria quoque eorumque insulas et animalia ibi viventia et quae alia iis sint propria, et tractus terrae et homines ibi degentes secundum eorum formam et mores persequitur et quae edant et bibant, et quae singulis regionibus res ad vitam necessariae, bona, mercedes sint propria nec in ceteris inveniantur. Liber in hac doctrina primarius est et originalis, ad quem omnes recurrebant, qui post eum scripserunt. Attamen multa eorum, quae commemorat, obliterata et nomina et interna conditio mutata sunt, et

وتغيّر اسماؤه وخبره فانسدّ باب الانتفاع منه وقد عرّبوه فى عهد المأمون ولم يوجد الآن تعريبه ومن الكتب المصنّفة فيه

٤١٣١ علم الجفر والجامعة

وهو عبارة عن العلم الاجمالى بلوح القضآء والقدر المحتوى على كلّ ما كان وما يكون كلّيًا وجزئيًا والجفر عبارة عن لوح القضآء الذى هو عقل الكلّ والجامعة لوح القدر الذى هو نفس الكلّ وقد ادّعى طآئفة انّ الامام على بن ابى طالب رضى الله عنه وضع الحروف الثمانية والعشرين على طريق البسط الاعظم فى جلد الجفر يستخرج منها بطرق مخصوصة وشرآئط معينة الفاظ مخصوصة يستخرج منها ما فى لوح القضآء والقدر وهذا علم يوارثه اهل البيت ومن ينتمى اليهم ويأخذ منهم من المشايخ الكاملين وكانوا يكتمونه عن غيرهم كلّ الكتمان وقيل لا يقف فى هذا الكتاب حقيقة الّا المهدى المنتظر خروجه فى آخر الزمان وورد هذا فى كتب الانبيآء السالفة كما نقل عن عيسى صلعم نحن معاشر الانبيآء نأتيكم بالتنزيل

---

occlusa est porta utilitatis inde capiendae. Aetate *Mamúni* librum illum arabice verterunt, hoc autem tempore translatio arabica non amplius invenitur. Opera de ea doctrina composita sunt haec ...

4131. Ilm el-jefr we el-jámiat. Ars ex tabulis *Jefr* et *Jámiat* divinandi.

